3 1 8
1a
36150

NICol
Leonic
in
Galeni

BIBLIOTECA
DE LA
Universidad de Salamanca.

Sala Est. Tab. Núm.

1.ª
36150

Num. 34. cax. 8. num. 10.

# GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS, AB IPSO NICOLAO LEONICENO VICENTINO INTERPRETE RECOGNITI.

HANC Orationem, ſiue vnus ſit aphoriſmus, ſiue plures, eſſe procemium totius operis, pro confeſſo habetur apud omnes fere eius expoſitores: quid vero ſibi Hippocrates volens tali vtendum procemio cenſuerit, nō parum ſententiæ ambigunt. Forte vero id ipm inueniemus, ſi ſingulas orōnis partes prius diligentius conſiderauerimus. Quod quidem igitur vitam dixerit breuem, artis comparatione, omnibus

## APHORISMVS PRIMVS.

VITA Breuis, Ars vero lōga, occaſio autē pręceps, experimentum periculoſum, iudicium difficile. Nec ſolū ſe ipſum pręſtare oportet oportuna faciētē, ſed & ægrū, & aſſidētes, & exteriora.

fere libri expoſitoribus eſt manifeſtum. Artē vero ipſam hac ratione arbitror longam exiſtimare: quoniam omnium fere operationum occaſionem habeat momētaneam, & ob id difficulter cōpræhēſibilem, vt nemo eā poſſit agnoſcere, niſi qui diu ī hoc fuerit exercitat⁹. Et cum duo ſint inſtrumenta ad artes inueniendas neceſſaria: Alterum, ſcilicet experimentum, periculoſum eſt: Alterum vero, ex ratione iudicium, haud quaq̄ facile exiſtit: immo, ſicuti aliquod aliud, maximam habet difficultatē. Eſt igitur occaſio pręceps, quia materia circa quam verſatur ars, continue fluit, corpus ſiquidem noſtrum mutationibus obnoxium eſt, neq; a cauſis extrinſecis tantum, ſed etiam ab intrinſecis faciliter alteratur. Experimentum vero periculoſum, propter materiæ dignitatem, non propter tranſmutationis facilitatem, hæc enim in momentanea occaſione continetur. Iudicium vero, ſiquis (vt ego aſſero) pro ratione audiat, liquet ipſam eſſe difficilimam, cum ad hoc vſq; æui, ambigua permanſerit. Si vero (vt nonnulli, qui ſe ab experientia empiricos nominant, opinantur) per iudicium intelligat: eorum quæ ex experientia eueniunt diiudicationem, ſic quoq; non eſt obſcura eius rectitudinis difficultas. Sed autorem libri eſſe dogmaticum, in tota oſtenditur commentatione. Prima itaq; procemii particula ad hunc vſq; locum terminatur. Secundam autem ſcribit non pronuncianti ſimilis, ſed conſulenti. Nec ſolum ſe ipſum præſtare oportet oportuna facientem, ſed & ægrum, & aſſidentes, & exteriora. Quorum verborum vis talis exiſtit, ſi debes exquirere, & eorum quæ in hoc libro ſcribuntur, examinare veritatem: non modo te ipſum medicum oportet omnia quæ conuenit agere, ſed & ægrū, atq; miniſtros, & præterea exteriora omnia in nullo delinquere. Prima itaq; pars orationis hoc vnum caput complectetur. Vita breuis, ars vero longa. Nam reliqua oia quæ ſequuntur, artem eſſe long ā demonſtrant. [illegible] hanc ſecunda pars quoddam veluti cōſilium affert, vel pactum, ad eos qui librū lecturi ſunt, ac diiudicaturi. Sed quid nam ſibi vult, ſtatim in libri principio hoc ſcribens, breuem eē vitam, ſi ad artis magnitudinem cōferatur:

b 16793596

Nam & hoc ipſum indagare ab initio propoſueramus. Sunt ergo nõnulli qui volunt, id egiſſe Hippocratem, exhortãdi homines gratia ad artem nauiter exercendam. Nõnulli cõtra dehortandi cauſa. Quidã vero ad hunc finem vt experiretur, atq; diſcerneret eos q nauiter, & eos q ſecus, artem eſſent exercitaturi. Alii autem & in hoc volunt, ipſum cauſam attuliſſe, ob quã oportuit ſcribere cõmentationes. Quidã adiiciunt aphoriſticas. Quidã vero & hoc ſermone volunt ipſum cauſas aſſignaſſe, propter quas hęc ars ſit coniecturalis. Alii autem ex quot cauſis cõtingat medicos ſuo fine fruſtrari. Hi igitur, ut a poſtremis incipiam, mihi omnino uidentur nihil cõſonum dicere. Qui.n. hoc eſſet ſapiens inuentũ, aut dignũ Hippocratis ſententia, ſtatim circa initia operis docere, vel quod ars quędam cõiecturalis ſit medicina, vel ꝙ eius fruſtramur fine, ſiue hoc fiat ex nobis ipſis, ſiue ex magnitudine artis. Sed & uerba illa, Nec ſolũ oportet pręſtare ſe ipſum oportuna facientem, ſed & ęgrum, & aſſidentes, & exteriora, cõtrarium omnino demonſtrant, Hęc enim omnia, illi magis ſcribere cõuenit, qui profiteaẽ omnia quę in libro cõtinenẽ eſſe vera, quã qui fateẽ ob plurimas cauſas nõ ſortiri finẽ. Neq; enim dixiſſet. Oportet aũt, ſed poſt illa verba, Vita breuis, ars vero longa, occaſio pręceps, experimentũ vero periculoſum, iudiciũ autem difficile, hęc alia ſubiũxiſſet. Et medicus ipſe etiam delinquit, & ęgri, & eorum miniſtri. Sed neq; illi qui aiunt voluiſſe ipſum auertere a ſtudio medicinę, cum dicat, Vitam eſſe breuem, artem vero longam, videntur mihi conuenientia dicere. Nam extrema foret dementia ſimul ſcribere cõmentationes, & tradere poſteritati ad uitę utilitatem, & ſimul ab initio, nõ ſolum a legendo, atq; diſcendo ea quę ſcripſeris dehortari, ſed ab arte uniuerſa cuius doctrinam profitearis, abalienare. Qui vero aiunt uoluiſſe ipſum homines ad artem impenſiori ſtudio capeſcendam excitare (neq; enim aliter poteſt tota tempore breui, cum ſit longa, perdiſci) Hi & ſi aliquid ueri dicunt, non tamen mihi uidentur, uel uiri ſententia dignum, uel his quę in libro ſcribunẽ, pœmium congruens ſatis oſtendere: Sicuti neq; quicũq; arbitranẽ, hoc genus ſermonis fuiſſe ab Hippocrate uſurpatum, tentãdi gratia illos, qui ad artem accedunt. Verum enim eſt, quod ẽt a Platone dicitur, hac maxime uia periculum fieri illorũ animi, qui quãuis artem ſunt percepturi, ſi magnam, atq; difficilem eſſe eius perceptionem oſtẽdamus, at hoc haud quaq̃ per librum, ſed per mutuos ſermones agitur. Neq; mihi congruens uidetur pſenti cõmentationi, ſi quidem pœmium oportet his quę ſunt in libro ſcribẽda cohęrere: niſi forte quis ſentiat, omnium librorum primos eſſe legendos aphoriſmos, atq; ideo in pœmio cõmentatonis, cõem feciſſe de uniuerſa arte ſermonem, per hunc uolentem oſtendere, non poſſe unũquęq; pro ſuo arbitrio artem diſcere medicinalẽ, quę longa ſit, ſed illos tantum quibus ſuppetat tempus ad diſcendũ, & ſit natura ad hoc aptior. Quod ſi omnino pbabile appareat, hãc totius artis cõem eẽ pręfationẽ, Neq; illi ſunt rephendẽdi qui aiunt Hippocrãm aſſignaſſe, ob quã cõmẽtatiões ſcribere oporteat. Fecit aũt & in libro q κατ' ἰατρεῖον inſcribiẽ, omniũ lectionũ cõe pœmium, queadmodũ in eiuſdẽ libri expoſitione fuit a nobis oſtẽſum. Quicunq; igiẽ vel doctrinę modi, uel omnino cõmẽtationum neceſſitatis, volunt cauſam in pœmio aſſignari, mihi videtur eoꝝ ſentẽtia pręferẽda. Nam forma doctrinę aphoriſtica, quę omnes rei proprietates q̃ breuiſſimis uerbis circũſcribit, eſt illis vtilliſſima, qui uolũt breu[illegible]pore artem docere longam. Atq; hoc omnino, videlicet ſcribere cõmentationes, ob id ꝙ vita ſit breuis, ſi ad artis magnitudinem conferaẽ, ſummã habet pręomnibus aliis ratio



nem. Nemo.n. noſtrũ ſufficiat, ad artem ſimul & conſtituendam, & abſoluendam, ſed ſatis videri debet, ſi quę multorum annorũ ſpatio priores inuenerint, poſteri accipientes, atq; his addentes aliqd, illam aliquãdo cõpleant, atq; perficiant. Vel.n. propter iſtorum alterum, vel propter vtrunq;, mihi videtur tali eſſe vſus pœmio, ac ſi ita ſcripſiſſet. Quoniam artis magnitudo uitã excedit hominis, adeo ꝙ ab homine quãtũuis diligenti, ac laborioſo, non poſſit, & inchoari, & ad finẽ vſq; perduci: propterea operepretiũ eſt, quę quiſq; cognouit ea mandare litteris, & tradere poſteritati cõmentationes, quę reꝝ docendarum naturã omnem diligenter, ac cito, & ſermone dilucido interpretenẽ. Quod vero ars longa ſit, verba hęc quę ſubſequunẽ oſtendunt, Occaſio pceps, experimentum vero periculoſum, iudicium aũt difficile. Quaſi ita dixerit. Vita breuis, ars vero longa, quoniã occaſio pceps: & experimentũ periculoſum, & iudiciũ difficile. Propter hoc.n. & ars longa, quoniam occaſio agendoꝝ in ipſa eſt admodũ pceps, hoc eſt anguſtiſſima, & fere momentanea. Et pterea cũ ſint duo inſtrumenta per quę remedia inueniunẽ, ratio ſcilicet, & experiẽtia, hęc quidẽ eſt periculoſa, ratio vero difficilis, hoc eſt non facile vtrum ſit verius cognoſcere: Vera aũt eẽ quę dicunẽ, non eſt difficile paucis oſtẽdere. Occaſio.n. pręceps eſt: propter materię fluxũ, dico aũt corpus: quod cõtinue fluit: & momento temporis trãſmutatur. Experimentũ autem: & ipſum periculoſum: materię: ratione, neq;.n. lateres, lutum, ligna, lapides, tegulę, & coria ita artis medicinalis, ſicuti aliarum materia ſunt in qbꝰ multis modis impune licet experiri, & circa materiã exercitari: & in omni theorematũ meditatione verſari. Quod in lignis: fabri lignarii faciunt: in coriis coriarii, ligna enim & corium, ſi male tractando deſtruxeris, nullũ exinde piculũ. In corpore aũt humano illa experiri quę non ſunt experientia cõprobata nõ eſt citra periculum, cũ mala experientia ad totius animalis interitũ terminẽ. Et quidem iudicium, (eſt autẽ ratio ipſa iudiciũ, quoniam per ea quę ſunt facienda iudicanẽ) difficile eſt, & verum iudiciũ, ſeu vera ratio non facile inueniẽ, quod multitudo hęreſeum in arte oſtendunt medicinali. Neq;.n. ſi veritas eſſet inuentu facilis, tot: ac tanti viri qui illam pquiſierunt vnq̃ fuiſſent in tã contrarias ſectas diſpartiti: Empiricis vero nõ videtur ratio dici iudiciũ: ſed ea quę fit: illoꝝ quę per experientiã inuenta fuere: auxiliorum diiudicatio. Nam ut veꝝ fateamur: & hęc difficilis eſt: & non facilis exploratu: quãdo multa remedia adhibita fuerunt ęgrotanti. & aliquod illoꝝ in cauſa fuiſſe dicatur: vt ęger vel melius ſe habeat, vel deterius: quem ſi forte contigerit: vel dormiſſe: deinde vnctum fuiſſe: & poſtea emplaſtrũ adhibuiſſe: deinde clyſterem, vel ſpontaneã habuiſſe vẽtris deiectionem, & deinde comediſſe: & tales aſſumpſiſſe cibos, & poſt hęc omnia, ſenſiſſe iuuamẽ, uel detrimentum, nõ facile dictu eſt, quidnam eoꝝ quę circa ipſum facta ſunt: aut iuuerit, aut nocuerit. His igitur ex cauſis omnibus: iudicium perdifficile eſt. Iam enim ſermonem totum vno capite colligamus. ⁋ Ars quidem longa ſit: ſi eam vnius hominis vita metiamur. Expedit autem relinquere poſteris cõmentationes, pręſertim cõpedioſas: atq; aphoriſticas. Nã talis doctrinę modus: & ad primã diſciplinã: & ad illa q̃ didicerimus memoria retinẽda, vel ſi forte obliuio interciderit: ad memoriam reuocãda: vtiliſſimus eſt. Conſonant autem his: & verba ſequentia: nam vt qui pœmium fecerit ad cõmentationem, & ad ea quę in ipſa ſcribenda erant. cõuenienter ſub iferens: hęc protulit verba. ⁋ Nõ ſolum oportet pręſtare ſe ipſum oportuna facientem: ſed & ęgrum, & aſſidentes, & exteriora. Si quis inquit aliquando diiudicaturus eſt, quę in hoc libro ſcribuntur

quantum habeant ueritatis, non ſolum ſe ipſum prꝑſtare debet oportuna facientem, & nihil quod ægro poſſit conducere prꝑtermittentem, ſed & ipſe æger parere medico & in nullo propriꝑ indulgere voluptati debet miniſtri etiam idonei aſſideant oportet, & exteriora oīa adſint cōparata. Nā ꝓpter illa plerūq;, vel ꝓcognitionē: vel curationē: vel vtrāq; interrūpi cōtingit. Exteriora aūt ſunt habitationes idoneꝑ, vel turbaꝝ plenꝑ, vel omni turba vacātes, & prꝑterea quꝑ nuntiantur, aut aguntur quꝑ iram triſtitiā, aut aliquē alium effectum inſligunt ꝑgrotāti. Sicuti & illa quꝑ ſoporem nocturnū abrumpunt aliquādo, quꝑ milia ſuper milia poſſunt cōtingere. Si igitur inquit hꝑc oīa bene, & recte ſe habuerint, nihil eorum quꝑ ī hoc libro ſcribūtur, falſum eſſe inuenietur.

.ii.

IN perturbationibus ventris, & vomitibus ſpontinis, ſi talia pugentur qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt, ſin minus, contra. Sic & vaſorū inanitio, ſi talis fiat qualis fieri debet, cōfert, & bene tolerāt, ſin minus, cōtra. Inſpicere itaq; oportet & regionē, & tempus, & ætatem, & morbos, in qbus cōueniat, aut nō.

.ii.

NOn de quantitate eorū quꝑ euacuantꝛ ſermo ipſi eſt, vt nōnulli ſunt arbitrati, ſed de qualitate tantum, vt manifeſtant duo verba, qualia ſcilicet, & qualis. Nam in his quꝑ ſponte fiunt euacuationibus antea dixit. *Si qualia oportet purgari purgenꝛ, confert, & leuiter ferūt.* In alis vero quꝑ a medico. *Si qualis fieri debet ita fiat*, atqui potuiſſet dicere, ſi quātum purgari oportet purgetur, & rurſus, ſi tanta fiat quāta debet fieri. Hoc idem oſtēdit, & ex verbo purgari, neq; enim ſimplr̃ dixit ſi qualia oportet euacuari, ſed ſi qualia oportet purgari. Eſt autē purgatio, humoꝝ qui ſua qualitate moleſtāt euacuatio. In his itaq; multi delinquūt expoſitores, qui neq; uerba, neq; hominis mentē recte percipiunt. adhuc aūt magis peccant, cum vaſorum inanitionē alii ꝑ inedia accipiunt, alii ꝓuenꝑ ſectione, Hippocrates ſiqdem euacuationē ſolet, ab euentu nominare vaſorum inanitionē qm̃ in oībus euacuationibus cōtingit vaſa inaniri. Sermo quidē nunc ipſi eſt de qualitate eoꝝ quꝑ euacuanꝛ. *Sicuti autē ſemper adhortatur, vt quꝑ recte a natura fiunt, etiā in artis operibus medicus imiteꝛ*, ſic & nunc idē egit, a ſpontinis euacuationibus, ſuam exorſus orationem, in qbus ſi qualia oportet purgari purgenꝛ (hoc eſt ea quꝑ corpus infeſtant) confert, & leuiter ferunt. Quod ſi alioꝝ fiat euacuatio, & non eoꝝ quꝑ corpora noſtra moleſtāt, cōtrarium euenit, neq; enim confert, & grauiter ferunt ægrotantes. Eodem pariter modo, ſi medicus moliatur aliquā facere euacuationē, eorum eſto quꝑ corpora noſtra moleſtāt, quēadmodum & in aliis locis humorem noxiū prꝑcipit euacuari, neq; alterum illi in euacuatione prꝑferri. *Si igiꝛ* pituita ſuperabūdet, hāc omnino oportet euacuari, flaua autē bile, vel atra infeſtante, abſtinendū eſt a pituita, & bilem & infeſtantem euacuandum. Sic & ſi humor ſanguineus in corpore modum exceſſerit, ſanguinē euacuari oportet, ſicuti & ſeroſam eius partem, ſi hꝑc fuerit ſuperabundans. Humorē autem ſuperabundantē, ex colore debemus cōiectari, niſi aliq forte in profundū receſſerint, Color enim ſimilis effloreſcit humoribus, ſi non ingurgitauerint. In his ergo ꝓcipue, qui retroceſſerunt, & nō ſunt ꝑqua portione per totū corpus diffuſi, oportet inſpicere regionē, & anni tempus, & ætatē, & morbos, in qbus cōueniat, aut nō hoc eſt in qbus cōueniat, aut non talis, vel talis humoris

facere



facere euacuationē, Habet enim & vnusquiſq; humor in corpore ſuperexcedēs indicia propria, de quibus deinceps plenius dicemus, perfectꝑ tamē gratia cognitionis inſpicere oportet tēpus anni quod præſens eſt, & regionē in qua degunt ægrotantes, & eorum ætatē, & ſpeciem ægritudinis. Sint enim, ſi ita contingerit, flauæ bilis in corpore abundantis indicia, ſimul cum ipſis inſpiciendum erit, ſi tempus æſtiuum & ſi regio calida & ſi æger in ætatis vigore cōſiſtit. Eodē modo & in pituita cōſiderādū, ſi adſit hiems, ſi regio frigida, ſi homo ſenex. Et prꝑter hꝑc omnia ipſam morbi ſpeciē inſpicere oportet. Veluti ꝙ tertiana (ſi ita ꝯtingerit) fit a flaua bile modū excedente, quartana ab atra, quotidiana a pituita, cancer ab atra bile, eriſipelas a flaua, atq; ſingulæ aliꝑ morboꝝ ſpēs, eodē mō. Si enim hæc oīa diſtinxerimus, firmius atq; ſtabilius ad noxii humoris euacuationē peruēniemus. Illi aūt expoſitores prꝑ aliis (veluti abſurda dicentes) repudiandi, qui putant ipſum de ſola inedia (quæ adhibetur in febribus) ſermonem habere, cum tamen febres non nominauerit, & ſermo fiat de omnibus quæ ſunt præter naturam, quorum nos docet intentiones, ad quas reſpicientes nos oportet inuenire, non quantitatem, ſed qualitatem euacuationis, nam de quantitate ſequens diſerit aphoriſmus. Quo autem morbi tempore aggredi oporteat euacuationem, & quo modo ipſa ſit facienda, in aliis deinceps dicet aphoriſmis. Quare neq; nunc mihi de his dicere eſt neceſſarium, ſic enim noſtra doctrina non foret ſapientior & noſtræ cōmentationes, ad immodicam, & minime neceſſariam prolixitatem peruenirent.

.iii.

HAbitus exercitoꝝ qui ad ſummum bonitatis attingunt periculoſi ſi in extremo cōſtiterint, neq; enim poſſunt in eodem permanere, neq; quieſcere, cū vero nō quieſcant, neq; poſſunt ꝓficere in melius. Reliquum eſt igiꝛ vt decidāt in deteriꝰ. His de cauſis bonū habitū ſtatim ſolueꝛ expedit, vt corpꝰ rurſus nutriri ici-

.iii.

ILlum qui antecedit ſermonem eē, de eorum quæ euacuantur qualitate, docuimus. In hoc autem: & ſequentibus vult de quantitate docere, & ab immoderata repletione, atq; euacuatione initiū ſumit, in hoc quoq; aphoriſmo propoſito, ſicuti in alio præcedente, quoddam exemplum ſupponens: & ad hoc: vt cōſueuit, ſuum ſermonem dirigens. Exemplum autem ipſi eſt, exercitatorum, bonus habitus. Vocat autem bonum habitum exercitatorum, illorum ſcilicet quorum hoc eſt totius vitæ inſtitutum, aſſidue operam dare exercitationibus, vt alios deiciāt more athletarum. Qui enim ſimpliciter bonus habitus nominaꝛ, quem plurimi agricolæ habent, in fodienda terra, metēdis ſegetibus, & aliis vitæ laboribus occupati, ad īmodicā repletionē nō attingit. Athletaꝝ aūt bonus habitus, nō mediocrē hanc culpā habet, ꝙ ſtudēt tumoris molē corpori adiicere, & vt liquere poteſt, humorum multitudinem. Hi enim apparatus quidam ſunt totius corporis nutritionis. Et niſi ipſi præſto ſint, fieri non poteſt, vt corpora ad tumorem immodicum perducantur. Quare neceſſarium eſt huiuſcemodi diſpoſitionem eſſe periculoſam. Cum enim vaſa cibis, ac potibus fuerint ſupra modum repleta periculum eſt: ne diſrumpantur: aut calor natiuus ſuffocetur, aut extinguatur. *Sicuti* & nonnulli athletæ qui ad immodicam venerūt repletionem, eadē ex cauſa ſubita morte interierūt, Qui aūt ad naturæ opera vtilis eſt bonus corporis habitus,

nulli tali periculo obnoxius eſt, quia nunq̃ ad extremã peruenit repletionem,qua re neq; ipſum ſoluere oportet:ſicuti alterum athletarum,cum ad extremum peruenit. Hunc eni ſoluere oportet,haud quaq̃ morantes,ſed anticipantes ſolutione periculum. Cauſam vero ob quã ſoluere oporteat:talem ipſe ſubiecit dicẽs. Neq;.n. poſſunt in eodem permanere:neq; quieſcere. Nam cũ ſemper natura coctionẽ:alimenti diſtributionem:ſanguinis generationẽ,adiectionem,agglutinationem,atq;

.iii.

piat,neq; cõpreſſiones ad extremũ ducendæ,periculoſum enim. Sed qualis natura fuerit eius qui debet perferre,ad hoc ducere cõuenit. Sic & euacuationes quæ ad extremum deducũt periculoſæ. Et rurſus refectiões,cũ extremę fuerint,periculoſę.

aſſimilationẽ opet̃ qñ nihil adiici ſolidis corpis ptibꝰ põt:neq; venę amplius habent conceptaculum in quod alimentum diſtributum recipiatur:tunc periculũ iminet aut diſruptiõis,aut mortis repentinę. Vt igitur corpus rurſus habeat locum quo nutriatur, bonũ habitum oportet ſine mora ſoluere. Eius aũt ſolutio eſt euacuatio, vt liquet. Et hanc quoq; oportet non vltra modum facere, cum ſit immodica euacuatio,nõ minus immoderata repletione periculoſa. Intentio autem quãtitatis euacuationis,nõ ſolum humorem reſpicit ſuperabundantẽ, ſed & vires hominis q debet euacuari. Alii enim aliter magis perferunt euacuationes. Hęc qdem ab ipſo de bono habitu athletaꝝ dicta fuere,quę ipſa p ſe ipſa poſſunt ꝓducere,his q tale vitę inſtitutũ elegerunt, & ſunt medicis veluti exemplũ ſermonis,poſtea ſubiũgẽdi. Inquit enim ſic. Et euacuatiões quę ad extremũ deducũt periculoſę. Et rurſus refectiones cũ extremę fuerint periculoſę,In quo ſermone toto ſumma ſententię hęc eſt,quod neq; euacuare,neq; replere ſupra modum oporteat,cuius rei documẽto eſſe põt:bonus habitus athletarum,qui alioquin culpabilis exiſtens(vt q & bonis abũdet humoribꝰ, & vires habeat robuſtas)hoc ſolũ malum permaximum gerit,ꝙ ad extremã venit repletionẽ. Quapropter ſtatim eum ſoluere oportet,& ſicuti rurſus qui ſunt tali natura ꝑditi,nõ ſunt ad extremã euacuationẽ ꝑducendi. Sic & qui alia quauis egent euacuatione,nõ ſunt ſupramodũ euacuandi. Nã vt in vniuerſum dixerimus,in omni euacuatione vires ęgroti oportet attendere:& donec tolerat,& nundum laborat, tentandum eſt humorem exuperantem educere, cum vero diſſoluuntur: etiam ſi reſtent ſuperfluitates: cauere oportet earum euacuationem. Quod aũt ait:& rurſus refectiones ſi in extremo cõſtiterint periculoſę. Si quis debeat ſermonẽ hunc ad exemplũ retribuere:ne ſit decurtatus:in vltima dictus repletione videbitur:quã iubeat caueri:& nõ vſq; adeo refici corpora:vt ad extremã veniant repletionẽ: Si vero ſermonis figuram attenderis:vt nõnulli expoſitores fecere:de eadẽ re bis ipſum dicere:ſed aliter:atq; aliter cogitabis. Cum igitur ita dixerit:ſic & euacuationes:quę ad extremum perducunt periculoſę:hoc ſolum putabis:ꝑcipere fugiendas eſſe immodicas euacuationes:qm̃ ſint admodũ periculoſę. Cũ vero ſubiungens dixerit:& rurſus refectiões: cũ in extremo conſtiterint periculoſę:ob hoc vetare imodicas euacuatiões qm̃ & refectiones poſt eas:haud quaq̃ ſecure exiſtunt:cũ ſit natura iã facta imbecillis:& neq; iam poſſit ſufficienter coquere:neq; diſtribuere alimentum:neq; aſſimilare. Verum ſi quis ita ſermonem acceperit:altera doctrinę pars:de ſuperflua repletione manifeſte relinquetur: & fruſtra exemplum de bono exercitatorum habitu erit allatum.



allatum. Quid? ꝙ & hoc ipſum verbum:rurſum:in tota adiectum oratione: ſententiam quam diximus videtur manifeſtare, cum ita dicat. Et rurſus refectiones cum in extremo conſtiterint,periculoſę. Vt enim qui de altera re ſermonem faciat,ita verbum rurſus appoſuit. .iiii.

CVm in ſuperiori aphoriſmo de qualibet immodica repletione:atq; euacuatione in vniuerſum locutus fuerit,in hoc de ægrotantium victu,ſermonem habet,

.iiii.

VIctus tenuis,atq; exqſitus,in morbis qdem longis ſemper,in acutis vero in qbus nõ cõuenit difficilis. Et rurſus q ad extremum deuenit,tenuitatis grauis eſt. Nã & repletiones,quæ ad extremum deueniunt,graues ſunt. .v.

IN tenui victu ægri delinquũt,quo fit vt magis lædantur. Quicũq;.n. error cõmittitur magnus,maior in hoc fit, q̃ in paulo pleniori victu,propterea.

præcipiens nobis:in morbis lõgis ſemper victũ cauere tenuẽ, in acutis vero nõ ſemper. Plurimi enim horum victum tenuem exigere videntur,quidam vero eorum,& illũ qui ad extremũ tenuitatis deuenit:eẽt aũt victus tenuis i extremo,q p ſolam inediã,vł melicratũ:vſq; ad criſim, ſiue iudicationem procedit. Tenuis vero,qui per pauca:aut parum nutrientia edulia:quale eſt ptiſanę ſuccus, eius autem terminus eſt,virium exolutio quarum gratia nutrimus. Inſanis quidem corporibus ſemper oportet robur ſeruare naturæ: vel augere alimentis,non demoliri. Et eſt quidem augere potens alimentum: quod plenum uocatur, conſeruans vero quod modicum exiſtit: quod uero comminuit tenue. Hoc igitur ſemper fugere oportet:aliis uero:vt pręſentia exigunt:vti. In ęgrotantibus autem raro accidit, vt robur corporis maius reddere, q̃ accepimus ſtudeamus. Magna vero ex parte ꝓperamus,in longis quidẽ morbis fouere vires:in acutis vero parum debilitatas cõſeruare. Nam ſi eas tales,quales accepimus:properemus in iſtis ſeruare:uel etiam augere:ſemper addemus ad morbũ. Qui vero ſint morbi acuti qui victum exigant tenuiſſimum:in extremo:& qui tenuiſſimum quidem, non tñ in extremo:qui ẽt tenuem,in libro de victu acutoꝝ(qui de ptiſana a nõnullis inſcribit̃)plenius Hippocrates docuit. Et nos in noſtris in eundẽ librũ expoſitionibus:totũ ſermonẽ abſoluimus Nunc vero tñ dixiſſe ſufficiat:ꝙ in omnibus morbis:qbus maximus vigor:& iudicatio ꝑmis quatuor diebus futura ſit,modo natura ſit fortior:integrã inediam ſeruare debemus:q eſt in extremo tenuiſſimus uictus. In qbus uero nõ vltra primã ſeptimanã protrahant̃,forti exiſtẽte natura, ſolo vtendũ melicrato:ſolus aũt & hic ipſe uictus tenuiſſimus eſſet,nõ tamen in extremo. Quod ſi naturę robori nõ ſatis fidamus:ptiſanę utemur ſucco,Rationabiliter aũt huiuſcemodi victus tenuis diceret̃,ſicuti qui p ptiſanam ordeaceam:non eſt quidẽ tenuis exquiſite:niſi omnino pauca aſſumpta fuerit:nõ tñ propterea plenus: qualis qui fit per oua,& alicam,& piſces:atq; alia huiuſcemodi. Quod igitur adiectum eſt ſermoni de acutis in quibus non conuenit,haud quaq̃ dicitur propter per acutos,de his enim ipſe inquiet. Vbi igitur morbus peracutus eſt:ſtatim & extremos labores habet:victu etiam in extremo tenuiſſimo vtendũ eſt. .v.

HVius initium aphoriſmi etiam aliter ſcriptum inuenitur,hoc modo ſcilicet. In tenui uictu magna ex ꝑte duo peccant q ęgrotant,quo fit vt magis

læduntur:& hanc ſcripturam pleriq; magis altera probant:hoc putãtes Hippocratem uoluiſſe dicere:ꝙ in tenui uictu biffariam ęgri delinquentes magis lęduntur:nam inſcis medicis ob hoc ipſum coguntur cibari:quoniam tenui uictu ab ipſis reguntur:& hinc maius detrimentũ ſuſcipiunt:q̃ ſi victu tenuiore non regerentur. Adhuc aũt delinquunt: ſcilicet & iam natura exiſtente imbecilli:ut quę antea alimenti inopia laborauerit. Mihi autem uidetur prior ſcriptura melior: vt quæ hanc quoq; complectiť, & ſermonem facit generaliorẽ : cum de omni delicto doceat, ſiue volentibus ſiue inuitis ægrotantibus accidat : adeo vt talis ſit ſermo. Quicunq; error accidit ægrotantibus:qui tenui victu reguntur:hic maximũ affert periculum:& quia natura a tali victu debilitatur:et quia ad eũ tranſitus eſt inſuetus. Cõfirmãt aũt antea dictã ſcripturam : ea quę de ſanis dicuntur: in quibus tenuem ait victum eſſe periculoſum quoniã errores grauius ferunt, non quia propter victus tenuitatem cogantur delinquere. Quę vero de aphoriſmo ſequunť ſunt manifeſta. .vi.

etiã ſanis periculoſus exiſtit valde tenuis cõſtitutus & exquiſitus victus qm̃ errores grauius ferũt. Ob hoc igiť tenuis victus, atq; ad modũ exqſitus, eo q ſit paulo plenior, magis ut ĩ pluribꝰ periculoſus. .vi.

EXtremis morbis, extrema exquiſite remedia optima ſunt. .vii.

VBi morbꝰ peracutus eſt, ſtatim extremos hẽt labores, & extreme tenuiſſimo victu vtendũ eſt. Vbi vero nõ ſed, pleriorem victum cõtingit adhibere, tantũ cibi, indulgendũ eſt, quanto morbus extremis eſt mollior.

EXtremos morbos noiauit Hippocrates ſũmos vltra quos nõ ſunt alii. Quare pręcipit in ipſis fieri exquiſitiſſimã curationem, & victum pariter adhiberi tenuiſſimum. Eſſent autem oio morbi huiuſcemodi peracuti. in peracutis autem qui vſq; ad tertium in ſummo vigore ſunt victus tenuiſſimus optimus eſt. Vnde ſequentem ſubiungens aphoriſmum, ait. .vii.

SIcuti extremos morbos ſũmos nominauit, ita & nunc extremos labores ſummos apellat, labores aũt, vel acceſſiones, vel ſimpliciter caſus vniuerſos. Et enim acceſſione, atq; omnes ſimpliciter caſus maximos poſſidet morbus peracutus, ſtatim in p̄mis morbi diebus, nam in ipſos ſtatim morbi incidit vigor, qui nihil aliud eſt, q̃ morbi in caſibus ſummum, Et quidem morbus ille eſt peracutus qui ſtatim in ſummo vigore conſiſtit. Statim autẽ eſt intelligendum, circa primos quatuor dies, vel paulo ulterius, Idcirco aũt extreme tenuiter victũ adhibere cõuenit, quoniam victus tenuiſſimus morbis iam cõſiſtentibus eſt neceſſarius, quemadmodũ docuit in libro de victu acutorum & in hoc ipſo aphoriſmo. Cõſiſtit autem morbus peracutns ſtatim in primis diebus. Quod autem ſit rationi conſonũ in morbi vigore tenuiſſimo vti victu, alibi eſt a nobis plenius oſtenſum. Nunc id tantum dixiſſe ſat erit, quod ſi quis propter inflãmatiões, vel febres quę a morbis acutis ſunt inſeperabiles, quiſpiam veretur effatu dignũ afferre alimentum, hoc ipſum (morbo in ſuo vigore ꝯſiſtente) magis verebiť facere. Tũc enim phlegmaliæ maxime exiſtunt, vt ipſe inquit in libro de victu acutorum, ſiue quis per phlegmaſias, velit intelligere illas quę proprie dicuntur inflãmationes, ſiue etiam libeat fe





bres vna cõplecti, ſecundũ antiquam vocabuli acceptionem. Accedit ad hęc, ꝙ melius eſt naturam permittere vacare circa morbi coctionẽ, morbo in ſuo vigore conſiſtente, neq; diſtrahere ipſam ad cibos recẽter aſſũptos conficiendos, hac quidem rõne cũ morbꝰ conſiſtit victu tenuiſſimo oportet vti. Hoc ergo ſuppoſito, in aliis morbis q ſuũ vigorẽ ſunt poſterius accepturi, nõ licet afferre ſtatim ab initio tenuiſſimũ victũ. Nã prius hõ morietur q̃ morbus in vigore cõſiſtat. In qbus

.viii.

QVando morbus in ſuo vigore conſterit, tunc victu tenuiſſimo vtendum eſt. .ix.

COniectari autem oportet, an æger cum victu ſufficiat ꝑdurare donec morbus cõſiſtat, & nunquid prius ille deficiat, nec poſſit cũ victu ꝑdurare, vľ morbo antea deficiat, atq; hebereſcat.

vero morbi vigor ſtatim futurus eſt hoc eſt in primis quatuor diebus, in his poſſumus victu extreme tenuiſſimo uti, cũ vero etiã vires tolerẽt inediam omnimodã, & ſolius melicrati exhibitionẽ, & ptiſanæ ſuccum paucũ omnino, licet adhibere. Talis qdem eſt tenuiſſimus victus. Qui vero hoc minus tenuis exiſtit, quẽ et pleniorẽ nominauit, illis conuenit morbis qui poſterius in ſuo debent vigore conſiſtere, in quibus præcipit tantum a victus tenuitate declinare, quãtum morbus ab extremis recedit, hoc eſt a vigore ſummo. Hoc enim proximo exiſtente, paulo pleniorẽ victum aſſeremus, longius vero diſtante plus, & quanto tardiorem fore ſummum morbi vigorem expectabimus, tãtum victus figuram commutabimus. .viii.

HIc pariter ſermo pars quędam eſt artis, quę docet victum cõuenientem adhibere, qui a nõnullis ſeorſum ſcribitur per verba nuper dicta, ab aliis uero antecedẽti annectitur aphoriſmo, eo modo quo antea ſcriptus eſt. Docet autem nos, vtcũq; ſcribať, vnam & eandem victus rõnem antiquo magiſtro pręcipiente. Vbi morbus in ſuo vigore conſiſtit, victu tenuiſſimo vtendũ eſſe tum ꝓp caſum magnitudinẽ, tum propter morbi coctionem. neq; enim diſtrahere oportet naturã ad alterã nouam coctionem, cum eo tempore vni humorũ noxiorũ coctioni fortiter vacet, & haud ita multo poſt ipſos ſit euictura. Sic. n. oſtendimus & in tractatione de criſibus. Nunc vero de his tantum morbis ſermo tranſigitur, in qbus omnino & curationẽ & victus intẽdimus rationem, hi vero ſunt in qbus poſt vigorẽ ſequitur declinatio. Nam quorum ſummum vigorem excipit mors, in his parte artis vtimur, quę prognoſtica nominať, id ꝙ futurę ſit pręnunciantes, ne euentus rerum noſtro adſcribatur errori. Hęc igitur tibi ſit vna indicatio ſumpta ex morbi temporibus ad victus rationem, altera vero a uiribus ęgrotantis, quam in quenti docet aphoriſmo. .ix.

QVia in ſuperiori aphoriſmo tantum iuſſit ab eo, qui extreme tenuis victus nominatur declinare, quanto morbus mollior extiterit, q̃ ſit eius uigore, nunc in hoc loco alteram adiicit intentionem, ut quantitatem declinationis exquiſite noſcamus. Eſt autem hęc intentio uis ipſa ęgrotãtis, cuius gratia nutrimus, neq; enim morbi cauſa. Cum enim vis ita robuſta fuerit, vt ſperemus ipſam poſſe perdurare totum tempus intermedium, vſq; ad ſũmũ morbi vigorẽ, cum tali victus forma, tunc exquiſitã habebimus declinationis, quã diximꝰ, q̃titatẽ. Quod ſi ĩbecillior extiterit, adiiciẽdũ aliqd victui, & plenior ẽ ad

hibendus: tantum ſcilicet, q̃tũ natura imbecillior expoſtulat. Quo circa aliquãdo in ipſo morbi vigore, vbi caſus aliquis interuenerit, robur naturę diſſoluens, nutrire cogimur: Eſſet autem hic ſermo pars totius offerẽdi alimenti rationis. Vnde ſi quis, & hũc, & priorem, atq; ſequentẽ aphoriſmũ vnũ fecerit: nõ aberrabit. Ego vero in partes ſecans expono, quo ad fieri poteſt, doctrinę gratia clarioris. x.

x.

QVibus igiť ſtatim morbus cõſiſtit, his ſtatim tenuis victus adhibendus eſt, q̃bus vero poſterius debet cõſiſtere, his & in ipſo cõſiſtẽdi tpe, & paꝝ añ illud cibus ſubtrahẽdus, prius vero vberius agẽdũ, vt æger ſufficiat. xi.

IN acceſſionibus abſtinere oportet, nã cibum dare nocuum eſt, & quibus per circuitum fiunt acceſſiones, in ipſa acceſſ one abſtinere oportet. xii.

ACceſſiones vero, & cõſtitutiones, morbi indicabunt, & anni tempora, & circuituũ ſucceſſiua incremẽta, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue p maiora interualla fiant. Sed ex his quæ mox apparẽt ĩdicia ſumũť, quẽadmodũ ĩ

HIc pariter ſermo eandẽ ſententiã habet cũ priore, niſi ꝙ eſt vniuerſalior. Prius enim in pacutis morbis dicebat, ꝙ ſtatim in ipſis tenuiſſimo victu vti oporteret. Hic vero ſimpliciter de omnib⁹ morbis pronunciat: quibus ſtatim conſiſtendi tempus futurũ eſt, hoc eſt non multo poſt primam acceſſionẽ, iubens ob id tenuem adhibere victum. Quę vero ſequuntur manifeſta, cum eidem hereant ſententię. xi.

TOtius quidem victus formam in vno quoq; morbo a duabus intentionibus iuſſit aſſumere & ex futuro totius morbi vigore, & ex viribus ęgrotantis. Q ũo vero quiſpiam particulatim cibũ offerat cõuenienter, in hoc docet ſermone, caueri iubens morborũ acceſſiões, ipſe vero manifeſtius in libro de victu acutorũ dixit. Quod neq; cũ iã ad ſunt, neq; haud ita multo poſt affuturę ſũt acceſſiones, cibus dandus eſt, ſed cum declinant aut ceſſant. xii.

SI quę prius dicta fuerunt ab eo de victus rõne ad memoriam reuocemus, eorum quę nunc dicunť, vtilitas fiet nobis manifeſtior. Quę aũt pus dicta fuerunt, hęc ſunt. Totius victus figurã ad duas reſpiciens intentiones faciebat quarum altera erat vis ęgrotantis, & cõſtitutio morbi. Nã ſi morbus ſit acutus: vel peracutus, vel longus, & quando maxime in vigore cõſiſtet, nihil aliud eſt niſi morbi conſtitutionẽ conſiderare, particulares aũt ciboꝝ oblationes ex acceſſionibus particularibus ꝯiecturabatur. Cũ igitur tres eſſent intẽtiones ad pfectam, & indeficientem victus rõnem, prima q̃dem ſũpta eſt ex uiribus ęgrotãtis, ſecũda ex morbi ꝯſtitutione, & tertia pter has ex particularibus acceſſionibus. Vires q̃dem ſub primo ſtatim ingreſſu cõprẽhẽdere medicus põt, ex pulſibus. ſ. & aliis, q̃ ipſe in libro pgnoſtico latius ſcriptitauit, q̃uis forte q̃s dixerit virium magnitudinem eſſe in cõprẽhenſibilẽ. At ſi non poſſumus earum q̃titatem exquiſite cognoſcere, poſſe nos tamen artificioſa quadã cõiectura ad veritatẽ proxime accedere, nemo inficiabiť. Sed morbi conſtitutionẽ qualis nam ſit, & pticulares acceſſiones, multi medici exiſtimarunt, non poſſe dignoſci, nõ tamen idem ſenſit Hippo. ſed & in hac parte ſicuti, & in aliis ſępe q̃dẽ exquiſite, & vt q̃ſpiã dixerit, pite, atq; ſcienter, ſępe

vero

lo
ſuc
terc
bro de
cunq; b
petẽda: ſe
ab initio c
fiẽt acceſſiõ
ĩdicabũt. Nos
nõ expectata ſco
go poſt tpe ad ſuũ
futuri vigoris ĩ vtriſ
in aliis morbis eſt faci
nitis a gręcis nominanť, mo
ſtentio neruoꝝ, peracuti: Aq
Et morbo q̃dẽ laterali, & phren
rationib⁹ aũt q̃ vẽtri eueniunt, aut
vero ex liene laborant, & omnino ex a
de anni tpibus, ad ea q̃ antea dicta ſunt he
& acceſſiones, poſſunt ab anni temporibus vna
ficit hoc tñ ſciuiſſe, ꝙ quartana ĩuaſit hoc die, vt ab
tuendã eſſe victus rõnem, vt ad morbum futurum diutinu
re, vel æſtate, vel autumno, ſuũ fecit initium, pſpicere oporte
æſtate quartanę magna ex parte breues ſunt, autumnales lõgæ, & q
attingunt, nam hęc eadẽ ipſe nos in ſequentibus edocebit, & quidẽ tertian
cum alioquin cito termineť, citius tñ æſtate q̃ hieme: & aliis pariter ſingulis mo
bis ęſtas addit celeritatem, hiems vero tarditatem. Sed & acceſſiones: p tertiũ quidem magna ex parte æſtate fiunt, per quartũ vero autumno, ſingulis vero dieb⁹ aut noctibus, hieme. ¶ Sicuti autẽ in anni tẽporib⁹, ſic & in temperaturis ex pro

…ora
…iffert
…itata,
…fuiſſe fe
…anc febrē
…ores, vel plu
…, ſed prolixi-
…pus totius cir-
…uti reliquum tem-
…uum, ſiue per quar-
…, atq; ita anticipando
… afflixerit, tunc manife-
…tur vnumquodq; ex dictis,
… tempore anticipans: & lon-
…atu dignum indicabit augumentū,
…a multo poſt in ſuo vigore futurum.
…enta ſuſcipientibus acceſſionibus non ꝓxi
… autem acceſſio, quę ſcilicet parua faciat incre-
…amus, quantum ad hoc attinet, longius diſtare futu
…Hoc igit̄ ipſum per circuitū incremēta diſcemus, con
…ui poſt quantū tempus morbus in ſuo vigore cōſiſtet, ac pręte
…unitam qua acceſſio inuaſura ſit. Conducit autem prima cognitio
…m totius victus conſtituendam. Secunda vero ad temporum particula-
…m cognitionem, in quibus cibus eſt dandus, quorum intentiones ipſe ab initio
docere propoſuit. Quod autem circuitum uocet ſimilem ad idem reditum, nemi-
nem puto dubitare. ¶ Sed & ex his quæ mox apparēt ait ꝯiecturandū eſſe de ac-
ceſſione, & totius morbi conſtitutione. Siue autem caſus, ſiue ſigna, uelit quiſpiā
illa quę



ritatem, ſecuritatem ſalubrem ſignificant. Cruda vero & incocta, & quæ in abſceſ-
ſus malos cōuertuntur, iudicationū carētias, dolores, vel tempora, vel mortes, uel
reciduas oſtendunt ſic quidem in vniuerſum collaudauit, morbi coctionē. In libro
autem qui prognoſtica inſcribitur, particulatim in hunc modū ſimul docēs ipſius
indicia. Vrina autem optima quando ſedimentū album, leue, & æquale fuerit, in
tempus omne donec morbus terminetur. Significat, n. ſalubrem ſecuritatē, & mor
bum pauco tempore duraturū.

.xiii.

SEnes facilime ieiunium ferunt, ſecun
do loco qui ætatē conſtitutā habent,
minus adoleſcentes, omnium mini-
me pueri, præſertim q inter ipſos ſunt vi-
uidiores.

Sic rurſus laudauit vrinā mon-
ſtrantē coctionē in venenoſo ge
nere. Rurſus aūt cum dicit alui
excrementū optimū eſſe, quod
molle, ꝯſiſtens, & hora excretū,
qua ſolet, cū ſanitas adeſt, indi-
cia coctionū ventris ſimul col-
laudat, & docet. Sic & eam, quę
fit in mēbris reſpirationi ſeruiētib⁊ coctionē ſimul collaudās, ac docēs, in hūc mo
dū ſcribit. Sputū oportet in oīb⁊ dolorib⁊, q pulmonē, & coſtas īfeſtāt, celeriter,
ac facile expui, flauitiē fortiter ſputo cōmixtā apparere. Coctiōis igit̄ ſigna ſemp
bona ſunt, iudicationis vero ſigna nō ſemp. Sic ergo inqt, ſigna criſima. i. iudica
toria nō iudicātia, aliqua mortē, aliqua difficilem iudicationē portēdunt. Et qdē
cū ait, quæ ad melius iudicāt nō ꝯfeſtim apparere, ꝑ hęc verba eandē ꝓfert ſnīam.
Nā coctionis ſigna quo tempore apparent, bona ſunt, ſemp. n. eorū vniuerſum ge
nus optimum exiſtit. Non ergo repugnat illud qđ nunc dictū eſt, in morbo latera-
li ſputū ſtatim apparere, illi alteri qđ dr̄ ſigna iudicātia ad melius nō ſtatim appa
rere, nā ſigna iudicatoria nōnūq̄ mala fiunt, ſignū vero coctionis nullū vnq̄ prauū
fuit, ſed omnia optima ſemper, & tanto citius ægrum ſanitatē recuperaturū oſten
dunt, quanto citius apparuerint. Hęc dixiſſe ſufficiat ꝑ modum cōpendii, quantū
ad præſentem attinet locum. Totam vero de iſtis antiqui magiſtri ſnīam, in libro
de criſibus expoſuimus. Vt vero ex me ſermo quē nuper dixi ſecundū diuiſionem
perfectus habeatur qūo a dictis differant, & quæ paſſionis ſignificatiua, & quę aſſi
dentia dicunt̄ ſigna, iam volo tranſigere, vnam in medio adducēs pro exemplo paſ
ſionem, hanc ipſam videlicet, quam Hippocrates nominauit. In morbo igit̄ latera-
li, acuta qdem febris, vna cum ſpirandi difficultate, & tuſſi, & dolore lateris pungē
ti ſimili, ſigna paſſiōis ſignificatiua noiant̄. Quod aūt dolor, aut ad ilia, aut ad cla
uim perueniat, aſſidentia dicunt̄, ſicuti & ꝙ facilius in latus patiēs, q̄ in alterū decū
bat æger, ad idē genus aſſidentiū attinet. Scripſit aūt & Nicandro Praxagoras
duo volumina de aſſidentibus ſignis. De his aūt quę ſuperueniunt alterū, ſicuti ſi
de mox apparētibus inſcriberetur. Hęc igit̄ mox apparētia inquit Hippocrates,
& bonā morbi iudicationē, & malam, morbumq;, vel longū, vel breuē futurū oſtē-
dere. Meminit āt nō ſolū ſputorū, ſed & vrinarū & excremētorū alui, & ſudorū ea. ſ.
quæ ſunt in libro prognoſtico ſcripta, nobis exemplo ſubiiciēs, quę ad hunc locū
trāſferre ſit ſuperuacuū, nam de his in libro de criſibus diximus, & in cōmentariis
in prognoſtica, in qbus adhuc magis magiſtri antiqui ſnīam explanauimus. .xiii.

DIfferentia etiam ætatū confert, aliqd ad capiendam victus rōnem. Senes
ſi quidē facile ferunt inediā, pueri difficulter. Eſt autem facilitas in nō ap
petēdo, & nihil inde mali ſuſtinēdo. Difficultas autem ex cōtrariis orit̄.

Et enim pueri magis appetunt:& plus offenduntur in longis inediis. Mediç uero ętates inter ſenes,& pueros,quanto alteri ipſorum proſimiores exiſtũt,tanto minus,aur magis moleſtantur,atq; offenduntur ex longis inediis. Huius auté aphoriſmi cauſam ipſe in ſequẽte docet,qui ita incipit. Quç augenť corpora plurimũ caloris inati habent. Ita ꝙ ſi quis velit ipſum priori adiungere,& cũ enim,coniunctione proferre,tunc ſermo vnus fieret,& manifeſtus,in hunc modũ ſe habens. Senes facilime ieiunium ferunt,ſecundo loco qui ętaté conſtitutã habenť,minus adoleſcẽtes,minime vero pueri,quç enim augẽtur corpora plurimum calori s innati habent. Dicit aũt ętatẽ habentes cõſtitutã,eos qui mediam ętatem habent inter iuuenes,ac ſenes,ita ꝙ ab ætate uigente recedũt,nundũ tamẽ ſenſum habent ſenectç manifeſtũ. Sic & Thucidides dixit quoſdã in ætate cõſtituta eſſe. Verum inter hanc ætatẽ,& adoleſcentium,altera quędam eſt,quç ſicuti medium ętatum obtinet ordinem,ita ẽt facilitatis,& difficultatis. Ita ꝙ neq; ita facile ferre inediã poteſt,ſicuti qui in ætate ſunt conſtituta,atq; ſenili. Neq; difficulter, ſicuti adoleſcentes, & pueri. Eius tamen nõ meminit Hippocrates:ut quam poſſit vnuſquiſq; ex illis quas dixit intelligere. Nam cum inquit,prçſertim qui ſunt inter ipſos viuidiores,naturaꝝ differentias manifeſtauit. Qui.n. pueri calorẽ inatũ plurimũ habent,prõptiores ſunt ad cibos aſſumendos,& ipſos magis poſſunt concoquere,& ſi nõ aſſumpſerint,plus offendunť. Talis eſt ſermo Hippocraticus. indiget & quadã parua additiõe ad perfectionẽ. In his qdem qui ſunt in principio ſenilis ætatis,recte dictũ eſt. Senes facilime ieiunium ferunt. In his vero qui ad extremam ſenectam peruenerunt,nõ recte,quia neq; hi poſſunt tolerare longas inedias. Vel igiť addere oportet aphoriſmo breue aliqd, & hoc modo ipſum pronũtiare. Senes facilime ieiuniũ ferũt,prçter eos q ad extremã ſenectam pueuerunt,ſecundo loco,qui ætatẽ conſtitutam habent. Vel verbũ,ieiunium,in paucos cibos tranſponendũ,atq; ita dicendũ. Senes ciborũ tolerãt paucitatẽ,ſecundo loco qui ætatem conſtitutã habent. Nã & qui ad extemam ſenectã attingunt inueniunť:& ſi nõ poſſint longã inediã tolerare,paucis tamen cibis indigere. Tale enim qd patiuntur,quale lucernis pene extinctis accidit,quæ cõtinuã exigunt olei ſuffectionem,multã autem,& ſubitam ſimul,nequeunt ſuſtinere,ſic & his exibere oportet vniuerſam multitudinẽ paucã,& hanc ipſam cibi paucitatem in multas partiri portiones. Neq; vna illis longa inedia eſt iniungenda.

.xiiii.

Qui creſcunt plurimũ habẽt calidi ĩnati. Plurimo igiť egent alimento,aliogn corpus abſumiť. Senibus vero paꝝ calidi innati ineſt,paucis proptærea fomitibus egent,qa a multis extinguiť. Hanc etiã ob cauſam febres ſenibus nõ ſimiliter acutæ fiũt, frigidum enim eorum corpus.

.xiiii.

Dictum eſt a nobis plenius,ẽt in cõmẽtariis de temperaturis in ſecũdo volumine qũo nõnullis medicis uiſum eſt,eos q in iuuentę vigore conſiſtũt nõnullis vero pueros eſſe calidiores. Habent enim hi qdem calorẽ acriorem hi vero abundantiorem, Nunc vero ẽt neceſſarium eſt dicere,quantũ ad pſentẽ locũ ꝯducit ,ſermones lõgosquoad' fieri põt in pauca cõiicientes. Hoc igitur verbũ ipſum,calidũ aliquãdo trãſferimus ad qualitatẽ,cuius propriũ nomẽ eſt caliditas aliqñ vero denominatiue totũ corpus dicimus calidũ,a qualitate

cuius



cuius modi loquẽdi,vel plurimus in omni vita vſus eſt,q ẽt fuit apud antiquos, veluti Theophraſtus oſtẽdit,in eo libro q de calido,& frigido inſcribiť. Nã cum ſubſtantia corporea cõtrarias qualitates,caliditatẽ,frigiditatẽ,humiditatẽ, ſiccitatem,viciſſim recipiat:ſecundũ ſubſtantiã quidẽ recipientẽ:cũ corpus calidũ nominamus,multũ,vel paucũ dicimus eſſe calidũ,ad quantitatẽ ſubſtantiæ referẽtes. Et hoc dupliciter facimus,vno qdem modo in ſubſtantiis impermixtis, alio aũt in mixtis. In impermixtis qdẽ,veluti ſi duo haberent aquam æqualiter calidã in duobus inæqualibus labris contentã,alterum diceremus plus habere calidi q maius labrum poſſideret,alterũ vero minus. In mixtis vero,veluti ſi eſſent æqualia labra,ſed inęquali menſura ex vino,& aqua temperata. alteꝝ ipſorũ plus vini cõtinere,alterũ vero plus aquæ diceremus. Cui modo ẽt ille eẽt perſimilis,ſi duo labra inæqualia ſupponeremus,æqua ꝓportione temperari. Nõnũꝗ vero nõ ad ſubſtantiæ multitudinẽ ſermonem referentes:ſed ad qualitatẽ ſolã:huic quidem alicui dicimus plus calidi in eſſe,huic vero minus,ſicuti ſi ex duobus labris parem habentibus ad vnguem magnitudinẽ,alterum quidem calidius,plus habere calidi diceremus,frigidius vero,minus. Nõ tamen ꝓprie verbo,plus,vtentes in hoc loco,cũ melius ſit dicere,vel magis,vel minus,vel vehementius,atq; debilius,& ſimilia vocabula,quæ nos ſolemus qualitatibus accõmodare. Nã paucum,& multũ in ſola decet ſubſtantię quantitate ſeruare. Verũ nõ in hoc tantum huiuſmodi fiunt nominum abuſiones,ſed in pluribus aliis,quæ ꝑ vitã ſermone vſurpamus, quod maxime fit in ipſa arte medicinali. Omnes ſi qdẽ morbos magnos,aut paruos nominant,quãuis ſubſtantiæ non ſint,febrẽ magnam,febrẽ paruam,apoplexiã magnam,apoplexiam paruã. Sic & pleuritidẽ,phrenitidẽ,peripneumoniã & omnes itidem alios morbos. Aduertere igiť oportet æquiuocationes,& cõſiderare quid ſibi velit ſemꝑ vna quæq; dictio,dicentis. Si enim in altero ſignificato nomen ꝓtulerit,nos vero in alio accipiẽtes:ſermonem redarguimus,nõ illum q protulit (ſi verum fateri velimus) ſed noſtrã potius exiſtimationẽ redarguimus. Quod nõnulli videlicet agunt,hoc loco,qui Hippocrati ſtudent cõtradicere. Nam ad qualitatem nomen calidi transferentes,conanť oſtendere,hanc eſſe vehementiorẽ,his qui in ætatis vigore conſiſtunt. Verum Hippocrates nõ ad hanc ſcilicet qualitatem, ſed ad ſubſtantiam,in pręſenti ſermone refert id nomen. Nam ſubſtantia innati caloris aerea eſt,& aquea,ſicuti ex ſemine licet cõiectari,quod paucam omnino terrenam ſubſtantiam participat,plurimũ autem aeris calidi,humidiq;,in ſeipſo cõtinet,quemadmodum in cõmentariis noſtris de ſemine oſtẽdimus. Et qdem alterũ noſtrę generationis principium ſanguis meſtruus videlicet,humidum natura eſt. Cum igitur magis terreſtre efficitur animalis corpus,tale autem quotidie efficiť: dum augetur,tunc licet valde vehementer calidum exiſtat:& igneum,ſubſtantiam tamen innati caloris pauciſſimam habet. Aliquin febricitantes diceremus plurimum habere calorem innatum,qui ne dum plus,neq; priori habent æqualẽ. Bene enim temperata eſt caloris innati ſubſtantia. Ignea autẽ aduenticii. Et qui caloris aduenticii ſunt ꝑ totum corpus effluxus:fumei,fuliginoſi:aridique,& acres Contra vaporoſi ſuaues,& bene temperati caloris natiui. Et tu hæc potes tactu diſcernere. Nã ſanorum calor vaporoſus eſt,atq; ſuauis:& tactu cõueniens:nihil triſte:nihil aſperũ. nihil mordax prçſe ferens. Eorum vero qui febricitant:& prçcipue hecticas febres,aut eas quç ex putredine humorum ortum habent,aeris eſt & inſuauis,ac mordax,& noſtrum corrodẽs tactũ. Salubris vero eius qualitas in

pueris exquiſita habetur. Sicuti plures eorum qui in ætatis uigore cõſiſtunt inue
nire contingit, calorem habentes mordacem, & non amplius humidum, ac uaporo
ſum, neq; aereum. Neque mirum uideri debet. Oportet enim ſimilem eſſe defluxū
ſubiectę ſubſtantię, ut quando humida, atq; aerea ſubſtantia exiſtit, tunc quod ab
ea defluit, vaporoſum eſt, atque ſuaue. Cum uero terreſtris, atq; arida, tunc & quod
effluit fumoſum & fuliginoſum eſt, & acre, quod & in exterioribus euenit: Nã quę
ex aqua dulci, & calida euaporant, optĩa ſunt, & uaporoſa, quæ uero ex aliquo cor
pore ſolido exuſto, fumea ſunt, & acria. Cum igitur duę ſubſtantię ſint, & hæc qui
dem ſuauem habeat caliditatem, hæc uero triſtem, alteram quidẽ plurimã habent
pueri, alteram uero hi qui in ætatis uigore conſiſtunt, ut ad totius uidelicet corpo
ris proportionem. Vt autem ſermo ſit naturalior totum ad elementa transferens
in hunc modũ tranſigam: Cum quatuor ſint elementa, ex quibus omnia corpora
ſunt temperata. Puerile quidem corpus multum in ſe ipſo cõtinet aereę, atq; aquo
ſæ ſubſtantię, minimũ terreſtris. Contra uero eorum qui in ætatis uigore cõſiſtũt
a terreſtri ſiccitate obtinent, deficit autem aquoſa atque aerea ſubſtãtia. Adeo ut
ſi quartum in utriſque elementum ignem ſcilicet pari portione poſuerimus, atque
æqualiter calida corpora eſſe uoluerimus, non tamen ſimilem ſubſtantiam calidã
in utriſque eſſe dixerimus, cum puerorũ quidẽ ſubſtantia humida ſit. Eorum uero
qui in ætatis uigore conſiſtunt, ſicca. Humida ſi quidem eſt maxime innati caloris
affinis, quia ex humido noſtra eſt generatio. Sicca uero aduenticii caloris eſt pro-
pria. Sic quidem infantes recenter nati ſubſtantiam calidam aquoſam atq; aereã
plurimã participantes, plurimum dicerentur habere calorẽ innatum. Qui uero
ætate uigẽt, & iam declinant, quantum iſte deficiunt, terreſtris uero ſupabundat,
tantum habere minorem ſubſtantiam natiui caloris, & ipſi putarentur. Quod ve
ro ex aquoſa, & aerea ſubſtantia plus defluere ſit neceſſarium q̄ terreſtri, etiã ſi am
bę ſint æqualiter calidę ſecundum qualitatem, neminem arbitror dubitare. Hoc ti
bi etiam in exterioribus liquido licet intueri. Nã ex corporibus quę ad ſimilẽ per
veniunt caliditatẽ, nõ æqua portio uidetur defluere, ſed ex ſiccis quidem minimũ,
ex humidis vero plurimum. Statim igitur aqua & oleo mediocriter calefactis, plu-
rimũ defluit, atq; diſſoluitur. Ex ferro uero, & ære, atq; lapidibus, minimũ. Adeo
ꝙ ſi tibi libuerit exponere ad ſolem ardentem aquam, ſi ita ꝯtigerit, & ferrũ ęquo
pondere deinde tranſacto die ambo ponderare, aquam quidem inuenies multo ſe
ipſa minorem effectam, ferrũ uero æquale. Sic & ſi uelis oleum, æri, & ferro, & lapi
di comparare, illud quidem abſumptum inuenies, hæc uero æqualem ſubſtantiæ
molem retinẽtia. Hinc uero ad cæram, & picem bitumenq;, & reſinam tranſcendẽs,
& quæcunq; alia plurimam ſubſtantiam humidam obtinent, uidebis & hæc ſub ſo
le calente multo magis abſumi, atq; defluere, q̄ lapidem, ęs, & ferrum, & alia ad mo
dum ſicca. Quare ſi neceſſarium eſt alimentum, ut quod effluxit ex corpe ſupplea-
tur, ex humidioribus uero, & plus aeris participantibus, multo plus effluit, ſit ut
huiuſmodi corpora pluri egeant alimento. Puerorũ uero corpus tale exiſtit, plus
humidę, & aereę ſubſtantię obtinens, non ſicuti iuuenum, & declinantium, ac ſenũ,
ſiccę, atq; terreſtris. Hippocrates igitur cum hoc in libro propoſuiſſet compẽdio
ſam, atq; aphoriſticam doctrinam facere, nõ ita ſermonem ampliauit, quẽadmodũ
ego nunc, ſed loco illorum uerborum. Quę augent corpora, & ſi æqualem habeãt
ſubſtantiam calidam, atq; igneam, cum his qui in ætatis uigore conſiſtũt. A quoſę
tamen, atq; aereę ſubſtantię, plus habẽt, quæ augentur, dixit. Plurimum habent in
natum



natum calorem: ſimul memoriæ ſubiiciens ipſorum ſubſtantiam: & ſimul etiã pro
poſitum demonſtrans. Quia enim humidã: & calidam habent ſubſtantiam: quæ
augentur: idcirco plurimum ab ipſis defluere ſit neceſſarium: plurimo autẽ egent
alimento: alioquin corpus: inquit: abſumi: & recte inqt. Vbi enim id quod defluit
plurimũ eſt: quod vero influit paucum: hic neceſſe eſt ſubiectam corrũpi ſubſtan-
tiam. Senibus vero paucum ineſt calidum: ſiue quis ad qualitatem ſermonem refe
rat: ſiue ad ſubſtantiam. Nã &
& tẽpori, & anni cõſtitutioni, ac regioni morbi calidiores ſunt cõgruẽtes. Frigidiorib⁹ vero frigidiores eadem rõne & ſiccioribus, ſicciores, & humidioribus, humidiores. Contrarium aũt a Diocle dictum eſt, & in libro de ſeptimanis, cuius autores opinãtur, incitari qdẽ a ſimilibus morbos, ſolui vero a cõtrarijs, quoniam & ab ipſo Hippo. ſcriptũ eſt, ꝯtrarijs morbis ꝯtraria eſſe remedia. Putant igitur febrẽ ardentẽ factam hiberno tpe facilius poſſe ſanari, ea quæ fit in æſtate, non aduertentes ꝙ vehemens diſpoſitio cauſa eſt, vt febris ardens hieme fiat, neq̧.n. ab initio facta fuiſſet, niſi cauſa potentior temporis cõtrarietatẽ ſuperaſſet. Cũ igitur anni temp⁹ cohibere nõ poſſit cauſę magnitudinẽ, cum tamen habeat ſanitatẽ ſibi ſuffragantẽ, multo minus morbo iam facto ſuperauerit, nõ aſſiſtente ſanitatis robore. Sed & hoc eſt ipſa experiẽtia cõpertum. Nam duarꝫ febriũ ardentiũ magnitudine pariũ, illa quæ aduenit hieme eſt, pernicioſiſſima, ſicuti qñ in calidiori temporis ꝯſtitutione ortum habuerit, ſubita aũt ad frigus mutatio facta fuerit, non parum iuuaṫ hęc febris ardens ab ambientis aeris frigiditate, cum hæc ipſi vtraq̧ bona inſint. Prima qdẽ temporis cõſtitutio, ĩ qua morbus factus eſt tanquam ſignum, altera vero in qua ſolutus eſt tanq̃ cauſa. Hęc igiṫ omnia magis atteſtantur, & non aduerſantur ſententiæ aphoriſſimi, ſicuti neq̧ illud ꝙ raucedines, & grauedines in valde ſenibus nõ concoquuntur. Atqui hæ paſſiones ſenili ætati maxime congruunt. Primũ & enim non idem eſt ꝙ aliquid nõ concoquaṫ & qđ ſit periculoſum. Deinde ꝙ nõ ſimpliciter ſenes nominauit, ſed cũ adiectione valde. Omnia.n. in his ſunt pĩculoſa ob viriũ imbecillitatẽ. Sed neq̧ illud qđ ſcribitur in primo Epidemiarũ. Et maxime moriebantur quibus natura vergebat ad phtiſim, his quæ dicta ſunt aduerſanṫ. Neq̧.n. eam quę fit ex elementis nunc dixit temperaturã, ſed corporis formã. Eſt.n. vbi & hãc naturã nominant, & ſicuti verꝫ eſt calidã temperaturã minus in morbis calidis pĩclitari, ita qui anguſtũ pectus habent, nõ ſolũ magis incidere in phtiſim, ſed & iã ubi incidere pĩclitari. Nõnulli qdem q aphoriſmos expoſuerunt talibus decepti ſuaſionibus, illũ cõgruere naturę ægrotãtis morbũ dixerunt q ſi tempatura ꝯtrarius quaſi aptior eſſe diceret, multũ vt oſtẽdimus, & a veritate ipſa, & ab Hippocratis ſnĩa deerrãtes. .xxxv.

PArtes oẽs quę ad epigaſtriũ.i. abdomen attinẽt, omni vacare diſpoſitione, quę ſit præter naturã, oportere, eſt manifeſtũ. Et hoc in prognoſtico dem fuit, vbi his vtiṫ uerbis Ilia optimũ eſt abſq̧ dolore eẽ, & molia, & æqualia,

ſed &



ſed & ex his ipſis quædã ſunt tenuiora, quædã craſſiora, de qbus nunc ſermonẽ habet. Quęcũq̧ qdem craſſiora ſunt, hęc meliora eſſe inquiẽs. Quęcũq̧ vero tenuia mala. Et tãq̃ ſigna videlicet, & tãq̃ cauſę. Signa enim ſunt ptium quę cõtabuerunt imbecillitatis. Cauſę vero, ꝙ coctio bona nõ fiat, in ventre ciborꝫ, neq̧ ſanguificatio in hepate. Et.n. membrũ vtrunq̧ a craſſitudine dictorꝫ corporꝫ concalefactum iuuaṫ. Tantum igiṫ ubi contabuere offendũṫ eorꝫ operationes, quantũ in-

.xxxvi.

QVi ſalubritatẽ corpis hñt p medicamenta euacuati cito exoluunṫ. Et q prauo vtunṫ cibo. xxxvii.

QVI bene ſe hñt corpore difficulter ferũt medicatiões. .xxxviii.

PArũ deterior potus, aut cibus, ſuauior autem, melioribus quidem, ſed minus ſuauibus, eſt præferendus.

tegris ipſis iuuabanṫ. Qđ autem earum quas diximus partium tenuitas, ad inferiores purgationes ſit periculoſa, manifeſtum. Oportet enim omnia quæ ſunt infra thoracem eſſe robuſta, vt bene purgationibus ſeruiãt, alioquin magna incõmoda patiuntur. Cur aũt de ſolis inferioribus purgationibus fecerit mentionẽ, dignũ eſt quęrere. Superiores enim, hoc eſt p uomitũ, his q ita affecti ſunt, periculoſę. An has qdem tanq̃ manifeſtas prętermiſit, illarꝫ vero cõmeminit, vt de qbus magis poſſet dubitari? Imum autẽ ventrẽ proprie nominat, & appellat partẽ ventris imã quæ vmbilicũ, ac pudẽda interiacet. Ita vt in hæc tria torũ epigaſtriũ, ideſt abdomen diuidaṫ, in hypocõdriũ, ideſt ilia & ad vmbilicũ attinẽtia, & ventrẽ imũ. .xxxvi.

QVi ſalubritatẽ corporis habent, nõ abſq̧ rõne in euacuationibus cito exoluunṫ. Cõtabeſcunt.n. nõ purganṫ. Qui vero vitioſo vtunṫ alimẽto ob malorꝫ humorum ſuperabundantiã facile exoluũṫ in purgationibus. Siue aũt illud qđ exterius aſſumitur, ſiue qđ in corpore cõtineṫ vitioſum alimentum nominet, vterq̧ ſermo veritatẽ habet. Quoniam cibi vitioſi ſoleant ſanguinem gignere vitioſum. Sic ergo vitioſi dicũtur per relationẽ ad ſanguinem qui debet ex eis generari. .xxxvij.

NOn cuiuſcũq̧ medicamẽti aſſumptionẽ ſolet Hippo. medicationẽ noiare, ſed tali vocabulo in ſola vtiṫ purgatiõe. Verꝫ is q prius ſcribiṫ aphoriſmus, caſum vnũ q in ea fit manifeſtat. Cito.n. inqt exolui in purgatiõibus q corporis habẽt ſalubritatẽ. In hoc aũt gñaliori vocabulo de eiſdẽ oſtendit, inqens. Hos difficulter ferre medicationẽ. Nam & vertigines, & tormina patiunṫ, & difficulter his purgatio pcedit, & pterea celeriter exoluunṫ. Fiũt aũt hęc oia purgãte medicamẽto, ppriũ qdem attrahere humorẽ appetẽte, vel flauã bilẽ videlicet, aut atram, aut pituitã, aut aquoſam ſupfluitatẽ. Quia vero iſti nõ adſũt, ſanguinẽ colliquat, ac carnes, vt ex ipſis ppriũ attrahat humorẽ. xxxviii.

NOn ob id ſolum hoc eſt faciẽdum, vt ægro gratificemur. Sed etiam quia vtilius ipſi exiſtit. Nam quęcunq̧ cum voluptate aſſumuntur iſta ventriculus amplexatur, & magis cõquoqt, ſicuti illa quę diſplicẽt refugit. Vnde & nauſeę, & flatus, & fluctuatiões ſubſequunṫ. Quod igiṫ in pluribus cibis bonos ſuccos habẽtibus fit qñ cum voluptate aſſumitur cibus, q paulo deterior, nõ modo, nõ manet deterior ſed quandoq̧ redditur melior. .xxxix.

NOn omnes ſeniores minus ægrotãt q̃ iuuenes: neq; .n. omnes maiorem habent circa victũ ꝯtinentiam, qui vero nõ habẽt, magis ægrotant, vt q iuuenib⁹ ſunt debiliores. Q đ vero plures ex morbis diuturnis ipſos ad mortẽ comitantur, clarum eſt, ſi quidem & vis eſt imbecillis quæ neq; morbos facile coquere poſſit, & oẽs morbi diuturni frigidi ſunt, vñ & magis ſenibus, q̃ iuuenibus accidũt. Oẽs ſi qdem ſimilioribus morbis facilius corripiunť. .xl.

.xxxix.

SEniores iuuenibus plurimum ægrotant minus. Qui vero morbi ipſis accidunt longi maxima ex parte comitantur ad mortem. .xl.

RAucedies, et grauedines ĩ valde ſenib⁹ coctionẽ ñ admittũt. .xli.

QVI frequenter ac fortiter abſq; cauſa manifeſta exoluunť, de repente moriuntur. .xlii.

SOluere morbũ, quẽ apoplexiam vocant fortem, impoſſibile debilem vero, non facile.

SI ſimul iũxerimus ambos aphoriſmos vtriuſq; ſmo talis erit. Senes iuuenib⁹ plurimũ ęgrotant minus. Quicũq; vero morbi ipſis accidũt longi, maxima ex pte comitanť ad mortẽ. Raucedines igiť atq; grauedines in valde ſenib⁹ coctionẽ nõ admittũt, ita ut hic aphoriſmus ſit, veluti exemplũ quoddã antecedẽtis. Neq; .n. hi ſoli morbi ſenes comitantur ad mortem. ſed nephritis, i. paſſio renum, podagra morbus articularis: coxẽdicũ dolores, & quæ laxiori, inteſtino, ac ſpleni, frigidæ inſunt diſpoſitiones, & præterea crebri anhelitus (quos grę ci aſthmata nominãt) tuſſes gibbi, recuruationes, obliquationes, & quęcunq; alia morborum genera ex frigidis humoribus ortum habent, quæ in quibuſdam iuuenibus ne dum in ſenibus difficulter coquuntur. .xli.

NON Oẽs q exoluunť de repẽte moriunť, ſed ſi tres diſtinctiones adieceris. Vnã qdẽ ꝑmã, vt ſępius hoc patiãť: ſecũdam vt fortiter, tertiã vt ſine cã manifeſta. Nam mulier q̃dã longũ in balneo tp̃s cõmorata, frequẽter exoluebať ob tp̃is diuturnitatẽ, & qm̃ balneo magna ex pte ligna ſuccẽdebanť viciata, vel ñ nõ erat hoc morbi ſignũ, cum cãm hẽret manifeſtã. Altera vero quã vteri affectus infeſtabãt, hoc idem patiebať. Quidã vero alter poſt longũ ieiuniũ in balneo exoluebať. Alteri aũt, & ſi ꝑ horã lauabať, idẽ accidebat, niſi prius aliqd panis aſſumpſiſſet. Quibus oĩbus, aut debile erat, aut ſenſum plurimũ hẽbat vẽtriculi os. Quicũq; vero ex nulla tali cauſa ſæpius, ac fortiter exoluunť hi⁹ ob virtutis vitalis imbecillitatẽ hoc patiunť, ſicuti & ille, cui dũ exolueret, cor fortiter palpitabat, de repente mortuus eſt, non aliter q̃ illi qui acutiſſimis cordis affectibus, quos ſyncopas vocant: arrepti ſubito intereunt. .xlii.

IN apoplexiis totũ corpus ſenſu priuať: ac motu ſolus reſtat anhelitus, qui ſi & ipſe ꝓhibeať, maxima eſt, & acutiſſima hec apoplexia. Quicũq; vero reſpirãt qdẽ, ſed magna cũ vi, fortis adeſt iſtis apoplexia. Fortis aũt adeſt, & illis, ſed minus, q neq; intentũ, neq; violentũ, inęqualẽ tñ, atq; exordinatũ, ac ꝓterea intermittẽtẽ hñt anhelitũ. Sicuti in qbus aliquẽ ſuat ordinẽ debilior exiſtit. & ſi oĩa fiãt q̃ ſunt neceſſaria, cito curať. Oẽs aũt apoplexię fiũt vi aĩali nõ potẽte defluere ad ptes ĩfra caput exĩtes, aut ꝓp aliquã diſpõnẽ ſimilẽ iſlãmationi q̃ ĩ ipſo cerebro ſit conſtituta



conſtituta, aut ventriculis ipſis oppletis humore pituitoſo, verum cauſæ magnitudinem, etiam paſſionis magnitudo conſequitur. Magna autem ex parte curationem non admittit propter reſpirationis læſionem, & mirari licet quomodo omnibus aliis muſculis motu carentibus in apoplexiis, illi qui thoracem attollunt, quamuis difficulter mouentur: tamen plerunq;. Videtur autẽ hoc fieri ꝓpter reſpirationis neceſſitatem quæ neruorum uim excitat ad operationem. Et

.xliii.

STrangulati, ac diſſoluti, nondum mortui, non referuntur, quibus ſpuma circa os fuerit.

ob hanc ipſam cauſam magnã ex parte muſculi omnes in apoplexiis operãtur thoracem mouentes, & ſi raro prius omnes operabantur, quemadmodum & in vehementibus exercitiis quoniam anhelitus plurimus eſt neceſſarius. Verum in apoplexiis, non id quod ſit adaucta neceſſitas reſpirationis, ſed quia vis eſt imbecillis, ideo omnes muſculi thoracis ſimul coguntur operari, quẽadmodũ & in aliis qui cum febre vires habẽt imbecilles, ob hanc ipſam cauſam omnes mouere coguntur ſeipſos, in ſũmam effatu dignam ex omnibus operationem colligentes. .xliii.

OMnis ſpumę generatio ex duabꝫ ſubſtantiarum mixtione cõficitur. Altera ſpirituoſa, altera humida. Fit autem earum mixtio ambabus in multa perfractis, & multis mutuo complexu paruis ampullis ab ipſis effectis. Cum vero tenacem habuerit is qui perfringiť humor conſiſtentiã, quo ſpiritum circũplectente, ampullas contigit generari, non facile diſſolubilis, ſed ſtabilis ſpuma perficitur, qualis maxime currentibus equis, vel ira percitis hircis, circa os aggregatur. Ambarum vero ſubſtantiarum confractum, ac mixtionẽ facit nonunq̃ motus violentus, vel vtriuſq;, vel alterius tantum, nonunq̃ vero & fortis calor, niſi & hunc dixerit quiſpiam ſpumam per motũ operari. Verum homini ea quę manifeſta videntur conſectanti, tutius eſt duplicem dicere ſpumæ generationem. Ventis quidem vehementioribus mare occupantibus propter ictum fortiorem, in liberibus aũt caloris ratione. Sic itaq; & in corporibus animalium, cum adſunt ex morbo comitiali, conuulſiones, vehementia motuum ſolet ſpumam generare. In hircis vero calor, in curſibus autem equorum vtraq; cauſa vigorem habet. Nam cum continue per reſpirationes, aer intro, atq; extra feratur, tunc ſaliua in ipſis extenuatur, & aliquid etiam ex pulmone, inſtar uaporis, effertur, quod ſaliuæ miſceť, ac circumplicať, vnde factam ſpumę ſubſtantiam augeri contingit. Qui vero opinantur hanc ſpumam ex vẽtre prodire, deerrant. Neq; enim fieri poteſt ut ſubito tota inde proueniat, cum neq; eo tempore animal euomat, neq; nauſeam vllam patiatur, citra quos caſus quicq̃ efferri ex vẽtre eſt impoſſibile, & multo magis fieri non poteſt, vt plurimus aliquis vapor efferatur eodem modo quo in expirationib⁹, cum nulla talis, ex ventre ſubſtantia efferatur, qualis e pulmone expiratur. Et ſane ſanguis qui quidem e pulmone educitur ſpumoſus, eſt ſimilis viſceri. Qui vero ex ventre, neq; huic proximus eſt. Sed quę vna cum ſanguine e pulmone educitur ſpuma ſubito ſimul, & cum tuſſi educitur. Qui vero ex tali humore paulatim vapor exſpiratur, nõ excitat tuſſim. Vbi autem loquens collo circundatur, neceſſe eſt quidem cordi, atq; pulmoni ut fuliginoſam expiret ſuperfluitatem. Hoc enim a nobis oſtenſum eſt in libro de reſpiratione. Prohibẽte autem laqueo, totam violenter impellit, quo fit vt pars propriæ humiditatis vna expellatur, eo

quo fit in ſanguinis eductionibus. Signũ itaq; eſt exitiale quoniã pulmonis violentiam ſignificat, quã ſtrangulato patitur animali. Pręcipue vero hoc fieri rationabile exiſtit, propter eam quę ex corde ad ipſum impellitur caliditatẽ vnde & caloris efferueſcentia, & motu ſpiritus violento, & vehementi pulmonis conatu ad educendũ, ſpuma ennata ſignũ eſt mortale. Nõnulli tamen raro ſtrangulatorũ relati ſunt qbus ſpuma circa os apparuerat, & forte Hippocrates non tanq̃ ſemper itereãt, ſed cõtra rariſſime eueniat, ita pronunciauit, quẽadmodum &, paulo antea oſtenderat per alterum aphoriſmum, ita ingens. Quibus iuuenibus aluus humida, his ſeneſcẽtibus exiccatur. Nam hoc in loco magna ex parte dicere ꝑtermiſit, quod tamen verbũ in ſequentibus adiecit, vbi inquit, Quicũq; aluum humidam habẽt, iuuenes qdem, melius euadũt his qui ſiccas habent, ad ſenectam vero deterius euadunt. Nã magna ex parte ſeneſcentibus exiccantur.

.xliiii.

QVi natura admodũ craſſi ſũt, citius intereũt, q̃ q graciles. .xlv.

QVicũq; iuuenes morbo comitiali laborãt mutatiõe maxime ætatis, & temporũ, & locorum, & victuum quoq; liberantur. .xlvi.

DVobus doloribus ſimul eundẽ locum infeſtantibus, vehementior, alterum obſcurat.

.xliiii.

EOs q ex prima ętate craſſi ſunt, & graciles inuicẽ comparans, de craſſis pronunciat ꝙ cito ad mortẽ perueniunt, magiſq̃ graciles. Optimũ .n. bene carnoſum eſſe natũ, hoc eſt cõmoderatũ, vt neq; craſſitudo adſit, neq; gracilitas. Tales .n. poſſunt ad longã ſenecti perduci. Si vero a modo recedat̃, melius eſt vt ad gracilitatẽ. Nã malus eſt ad craſſitudinẽ exceſſus, anguſtę .n. ſunt hoꝝ arterię, ac venę, atq; ob id paucum oio ſanguinẽ habent, ſpiritũ ue, adeo vt cũ ętate ꝓceſſerit cito ipſis, vel paruã ob cauſam calor natiuus deſtruatur. Graciles aũt hac qdem ratione non periclitant̃. Quia vero partes principales ita affectę ſunt, vt nullum habeant munimen, a cauſis exterioribus prompte offendunt̃. Qui vero natura qdem mediocres erant verũ victu delicatiore vtentes poſtmodũ craſſi facti ſunt, his licet caro atq; pinguedo adnatę ſint, venę tñ, atq; arterię latę cõſiſtunt, atq; idcirco in eis calor natiuus minus obnoxius eſt extinctioni. .xlv.

MOrbus comitialis proximus quodãmodo eſt morbo, quẽ apoplexiã appellãt, cũ idem locus in vtroq; patiat̃, & idem humor in cã ſit. Verũ apoplexia ob omnimodã carẽtiam illius potẽtię, quę ad neruos defluit. morbus aũt comitialis pp motũ uitioſum generatur. Frigidus ãt, & craſſus eſt humor ambobus, atq; idcirco iuuenũ ętas calidã & ſiccã habens temperaturã, maximũ affert auxilium, his qui morbo comitiali laborant, ſic & locoꝝ ꝓportionales mutationes. Dico aũt proportionales, quãdo ad calidiorẽ, ac ſicciorẽ cõmutant̃, eodẽ modo, & victuũ. Neq; .n. & hoꝝ mutatio q̃libet morbũ ſoluit comitialẽ ſed quę calidiorẽ, & ſicciorẽ corporis habitũ efficiũt. Cõtingit aũt & audire ſimpliciter victus mutationẽ morbo cõmitiali prodeſſe, q̃m magna ex parte victus deprauatus paſſionem generat, vnde & mutatio multo ad melius perducit. .xlvi.

SI qs eundẽ exqſite audiat locũ, nunq̃ duo poſſunt in eodem fieri dolores. Si qs vero late, poſſibile eſt. Dico aũt late circa mẽbrũ, manus veluti, vel circa

brachium



brachium, vel cubitum, aut femur, aut tibiam. Verũ hi duo dolores ſimul augent loci afflictionem cum neuter lateat ęgrotantẽ. Si vero ſint in locis diuerſis, alter quidem ſi ita contigerit, in cubito, alter vero in tibia. Tũc alterum ab altero obſcurari contingit, cum uis ſenſibilis tota ad vehementiorem ducatur, ac diſtrahat̃. Nã & hoc nobis in mœroribus ſolet accidere, qui ſunt & ipſi veluti dolores quidam ſolius animi ſine corpore. Nam & horũ qui ſunt vehementiores occultant minores, ſi qdem non eadem ex re ortũ habeant, aliogn & illi ſeipſos coaugent. .xlvii.

.xlvii.

CVm pus cõficitur dolores, ac febres accidũt magis q̃ iã cõfecto. .xlviii.

IN omni corporis motu vbi laborare cœperit, quies ſtatim laſſitudinem aufert. .xlix.

QVi cõſueti ſolitos labores ferre, & ſi fuerint imbecilles vel ſenes nõ cõſuetis, fortibus, atq; iuuenibus, facilius ferunt. .l.

QVæ ex longo tempore cõſueta ſunt, & ſi deteriora ſũt, inſuetis minus moleſtare ſolent. Oportet igit̃ ad inſueta permutari.

PVs ex ſanguine ortũ habet qui ſeminalã ut quiſpiam dixerit habet trãſmutatiõem. Nam mala ſimpliciter cũ putrefactiõe fit olida, ſicuti quæ ſimpliciter optima eſt ipſa nutritio partiũ aialis, atq; pus gñat mediũ iter has obtinet locũ, neq; a ſolo calor̃ extra naturã: neq; a ſolo ſꝫ naturã facta. Mixtus .n. quodã mõ ex vtriſq; eſt calor inflãmationis. Fit aũt dolor extenta ſimul, ac calefacta pręter naturã inflãmata particula. Febres vero ſequunt̃ principio cõcalefacto, & hęc ambo cõtingũt ex q̃dã veluti ebulitiõe, atq; exuſtiõe ſanguinis, q ubi ex toto exuſtus fuerit, reſiduũ eius fit pus, quẽadmodũ ex lignorũ exuſtiõe cinis, atq; ideo tempore illo dolores ſedant̃, ac febres, ꝓſertim cũ pus fuerit excretũ, vtpote iam conſumpta materia, extincta aũt ignea caliditate. .xlviii.

VErbũ, laborare, ſignificat, & dolere, ſignificat aũt & fatigari, & in vtroq; ſignificato ſermo verus eſt. Siue enim membra iam doleant ex multitudine motionum, ſiue ſint fatigata, vt vix iam agere aliquid poſſint, quies ſtatim laſſitudinem aufert. .xlix.

ALius alii labor cõſuetus eſt huic curſus, vel alius aliqs motus per crura factus, huic vero manus certa mouere lege, ſiue quouis alio modo operari manibus, alijs fodere terram, vel remigare, vel arare, vel ſimpliciter qduis aliud agere. Differunt autem omnes iſti labores, quia vel plures, vel pauciores partes operantur: & quia vel magis: vel minus laboratur: hoc tamen omnibus cõmune exiſtit ꝙ partes exercitatæ fiunt robuſtiores: atq; idcirco labores conſuetos facilius ferunt. .l.

NOn de ſolis exercitiõibus hic ſermo, eſt ſicuti prior, verũ de omnibus ſimpliciter conſuetis hic aphoriſmus enunciat: cibis, potibus, balneis, illotionibus, vigilijs, ſomno, calefactiõe, frigefactione, curis. Horũ &. n. ſingula minus nocẽt, cum fuerint cõſueta: his quę natura qdẽ minus noxia ſunt: ſed nũq̃ in conſuetudinem ꝑuenerunt. Quod igitur ita ſe habeat in exercitationibus: ad partiũ quę operãtur robur: refertur: vt antea diximus. In reliqs vero quo

modo fiat iam dicemus. Cibi, ac potus naturam aduentitiam efficiunt, maxime quidem in ventriculo, cum hoc vero, & in aliis partibus. Nam & ſi maxime obtineantur & tranſmutantur a corpore, ipſum tamen quodāmodo pro ſui natura diſponunt ita ꝙ proceſſu temporis multa fit permutatio, ac ſimilitudo nutritorum ad nutrientia. Hoc enim oſtenſum eſt a nobis in libro de conſuetudinibus, oſtenſum eſt etiam ꝙ vnum quodq; facilius a ſimilibus alteratur. Ob hanc igitur cauſam quanto ſimilius factum fuit id quod tranſmutat ei ꝙ trāſmutatur, citius alterat ipſum. Et quidem ab aliis omnibus quibus corpus adhæret quodammodo afficit. veluti in aere frigido, ac calido, denſatum quidem a frigido laxatū vero a calido, atq; ideo conſueta facilius perfert, ab inſuetis vero moleſtatur. Si enim laxato corpori ob caloris adhęſum repente frigus superuenerit, & in imas eius ſtatim ptes ſubintrat, & maxime offendit. Cauſa itaq; de omnibus cōſuetis dicta eſt in libro de conſuetudinibus. Quod vero experientia notum eſt, id iam noſcimus ꝙ ſolum ab Hippocrate ſcriptum eſt, qui cauſam adſcribendam non cenſuit. Nos vero ad eiuſdem inuentionem aliquas dedimus occaſiones. Hæc igitur dicta ſufficiant quantum ad primam aphoriſmi attinet partem. Quod vero in fine ſcribitur, in quo cōſulit trāſmutari quodammodo ad non conſueta, ſalubris gratia ſecuritatis, dictum eſt. Eſt enim vnica tantum conſuetudo periculoſa, cum omnes homines inopinatis rerum ſortibus ſubiiciantur, ne igitur incidentes aliquando repente in nobis inſueta, multum offendamus ſatius eſſe inquit omnia tentare. Fit autem hoc non inhærētibus nobis ſemper his quibus aſſueuimus, ſed & nonnunꝗ cōtraria tētantibus.

.li.

PLVrimum atque repente euacuare, vel replere, vel calefacere vl' refrigerare, ſiue quouis alio mō corpus mouere, periculoſum. Quoniam omne nimis eſt naturæ inimicum: ſed quod paulatim fit tutū eſt, tum alias, tum cū ab altero ad alterum tranſitus fit.

.lii.

OMnia ſecundum rationem faciēti, ſi non ſuccedat ſecundū rationem nō eſt tranſeundū ad aliud, ſtante eo quod a principio viſum eſt.

.li.

CAuſam ob quam plurimum, aut repente, euacuare, vel replere, vel calefacere, vel refrigerare, ſiue quouis alio modo corpus mouere periculoſum ſit, ipſe oſtendit, inquiens. Omne nimium eſſe naturæ inimicum. Eſt enim natura in elementorum conſiſtens cōmoderatione, quare non abſque ratione nimium omne, vt qđ deſtruat cōmoderationem, vna ſubſtantia animalis diſſoluit, qđ vero paulatim, vt inquit, implere. ſ. vel euacuare, & quęcunq; alia ſubinde dixit tutum eſt, tū aliter factum: ſed maxime cum ab altero cui aſſueuimus tranſimus ad alterum, nam in antecedente aphoriſmo conſuluit, & ad inſueta permutari. In hiſce igitur permutatiōibus, quod plurimum exiſtit, atq; repente, periculoſum eſt ſatis, quod vero paulatim fit tutum,

.lii.

NOn paruæ eſt opus ſcientię non permutari ab his quæ recte viſa ſunt, & ſi nondum manifeſta appareat vtilitas ex his ſequi ad ea quæ ita facta ſunt. Queadmodū. n. in gutta ſubiectam petram percutiente vix lōgo tpe ſenſibilis paſſio ī lapide manifeſtat̄, ſic accidit ēt ī crudis, & q̄ difficulter cōcoq̄ pn̄t diſpōnibus, ī qbus cū recta rō inuenerit id qđ ꝯducit, nō diſcedit ab illo qđ primum



mū faciendum exiſtimauit, ēt ſi nihil ex facto manifeſtū ſit ſubſequutū.

.liii.

QVicunque aluos humidas habent, ſi quidem iuuenes fuerint melius euadunt his qui ſiccas habent. Ad ſenectam vero deterius commutāt, nam ſeneſcentibus magna ex parte exſiccantur.

MAnifeſtus eſt hic aphoriſmus, & quicquid de eo dicere conuenit: prius eſt dictum in eo aphoriſmo cuius principium. Quibus iuuenibus vetres humidi ſunt, his ſeneſcentibus exſiccantur.

.liiii.

MAgnitudo corporis iuuentæ quidem, neque indecens, neque illiberalis, ſenectę vero inutilis, & deterior paruitate.

MAgnitudo corporis ꝓprie quidem nominatur, quæ lōgitudine, latitudine, profunditate moderantiā exuperat. Iam vero, & qđ lōgitudine ſola amplius auctum eſt corpus, ſolemus magnum aliquādo nominare. At qui huic proprium nomen eſt longum, nam & aliquando qđ ſecundum latitudinem, ac profunditatem vltra modum corpus eſt auctum, dicunt eſſe magnum: quamuis & hoc craſſum proprio vocabulo nominetur. Si igitur magnitudinem corporis in proprio ſignificato Hippocra. dixit nihilo deterior eſt in ſenectute, q̄ paruitas. Si vero vel longitudinem corporis vel craſſitudinem intellexit, hę deteriores, atq; inutiliores ſeneſcentibus ſunt. Verum neque craſſitudo eſt iuuentæ decens, neque liberalis. In ſola ergo longitudine ꝙ ſit iuuente liberalis ſenectæ vero inutilis, vere diceretur. Ex hac enim ſeneſcentes gibbi fiunt, & vix poſſunt onus perferre, quod Hippo. inutile dixit.

IN TERTIO HOC IN APHORISMOS HIPPocratis commentario, eorum quæ de temporibus, atq; ætatibus, ab Hippocrate ſcripta ſunt, expoſitionem faciemus, maxime quidem quicquid eſt in ipſis obſcurum declarantes. Hoc enim eſt proprium expoſitionis opus. Verumtamen ſingulis etiam quæ recte dicta ſunt demonſtrationem apponentes, quoniam & hoc fieri in cōmentariis conſueuit. Miror autem hoc loco & Lyci inæqualitatem, ſcribētis quidem (ut ipſe ait) expoſitiones Cointi præceptoris. Nulli autem eorum quæ de temporibus, & ætatibus dicta ſunt, probationem demonſtratiuam apponentis, ſed ad experientiam, & obſeruationem omnia referentis, cum tamen ipſe in aliorum aphoriſmorum expoſitionibus rationalem adhibeat conſiderationem: de ea quæ in ipſis cōtinetur veritate, non ſola contentus experientia. Quod vero ſola experientia non ſufficiat ad talem contemplationem aggregandam ipſe Hippocrates oſtēdit. Hoc & in proceſſu ſermonis oſtendetur.

.i.

MVTATIONES TEMPORVM. Nõnulli exiſtimãt dici qbus inuicẽ
cõmutantur: quaſi ſucceſſiones diceret. Nã hieme in ver cõmutata fit di-
ctorũ morborũ generatio de qbus ipe deinceps loqt. Vere .n. furores, atræ
biles, & morbi comitiales. Vere rurſus in æſtatẽ deſinente qd eſt initium
æſtatis. Febres ꝯtinuę inqt, & tertianę, & ardẽtes, & q̃ ſubide cõnumerauit. & de au
ctũno, atq; hieme ſiſr ſcripſit, ut inquũt illi q pro eodẽ accipiũt mutationes, & ſuc
ceſſiones. Verũ id verbũ, potiſſi
mũ, qd ſmoni adiectũ ẽ aphoriſ
mi hãc expoſitionẽ nõ admittit.
Nã nõnunq̃ tpa inuicẽ cõmutã-
tur, & ſicuti qdã morbi ex ea cõ
mutatione generãtur: eodẽ mõ
ẽt ſoluunt, & hocipſe Hippo. di
xit. Quare nihilo magis ſucceſ-
ſiões tẽporũ pariũt morbos quã
ſoluũt. Q ũo igit nõ ſat fuit ipſi
dicere. Mutatiões temporũ pa
riũt morbos, ſed & potiſſimum,
addidit. Melius itaq; fuerit ob
hãc adiectionẽ pmutatiões tem
porũ intelligere eas q̃ fiunt ſm
illorũ tẽperaturas alterationes,
Hæ ſiqdẽ ſunt q̃ potiſſimũ ge-
nerãt morbos qñ multę, alia poſt aliã, fiunt alteratiões, quẽadmodũ in Epidemiis
ſcripſit, & nũc ẽt paulo poſt dicet. Si vero vni? tpis ſolius alteratio efficit morbos
aliquos, nõ tñ potiſſimũ. Tũc igit fiunt morbi potiſſimũ ex vnius tpis alteratiõe:
qñ ꝯtigerit magnã eſſe alterationẽ, & ob hãc cãm ipſe inqt. Et i tpibus magnæ mu
tationes vel frigoris, vel caloris, vel alicuius alterius rei, veluti humiditatis: ſiccita
tis, aut ventorũ, aut horũ defectus. Hęc igit expoſitio recta eſt i iſta ſcriptura. Inue
nit tñ & alia ſcriptura q̃ ita ſe hẽt. Mutatiões tẽporũ pariũt morbos, & maximos.
Potiſſimũ aũt & in tpibus magnę mutatiões. Quę ſcriptura nullã hẽt obſcuritatẽ
his pſertim q ea audierũt, q̃ a me ſtati antea dcã fuerũt. Sũt vero & aliæ ſcripturæ
idẽ dicentes, quas intelliges, atq; pbabis, ſi illa q̃ diximus aiaduerteris. .ii.

## GALENI IN HIPPOCRATIS aphoriſmos liber tertius, interprete Nicolao Leoniceno

.i.

MVTATIONES TEMPORũ potiſſimũ pariunt morbos, et in temporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris, & alia pro rõne eodẽ modo. .ii.

NATVRArum, hæ qdem ad æſtatem, hę vero ad hiemẽ bene, maleue ſe habent.

NAturas hoc in loco dixit Hippo. ſecundũ principaliſſimũ & primũ ſignifi
catũ qd ſecũdũ ipſam maxime ſubſtantiã naturę eſt. Dicebamus aũt in prę
cedentibus ipſam eẽ tẽperaturã q̃tuor elemẽtorũ, humidi, ſicci, calidi, & fri
gidi. Et qdẽ oñſum a nobis ẽ in libris de tẽperaturis. Vna qdẽ tẽperatura
bene tẽperata, atq; optima. Male aũt tempatę, & vitioſę nũero octo, q̃tuor qdẽ ſe
cũdũ qualitatẽ excedentẽ, q̃tuor vero alię ſecũdũ duas. Secũdũ vnã qdem calida &
frigida, ſicca, & humida, Secundũ duas vero calida & ſicca, humida & calida, & frigi
da & humida, & frigida & ſicca, Ad æſtatẽ qdem frigidę & humidę naturę optime
afficiunt. Ad hiemẽ vero calidæ & ſiccę: ſicuti & male afficiuntur calidę & ſiccæ ad
æſtatẽ, frigidæ & humidæ ad hiemẽ. Perfectiſſimæ qdem igit naturæ huiuſcemo-
di ad dicta tẽpora optime, ac peſſime afficiunt. Mediocriter aũt q̃ quouiſmodo ex
tpibus, vel iuuant. vel offendunt, ſicuti humida, & calida æſtate, & hieme, qm̃ æſtate
qdem quatenus humida eſt, melius afficit, hieme vero ꝯtra q̃tenus calida. .iii.





EXORdinato quodam interpretandi genere mihi videtur vſus Hippocra-
tes in hoc aphoriſmo. Nam melius vtiq; ita dixiſſet. Morbi & ætates, alii ad
alia tempora, & loca, & victus genera bene, maleue ſe habẽt. Morbi igit bene
ſe habẽt, ad tẽpora qdem, vt ad generationẽ ſimiles, vt ad ſolõnem vero ꝯtra
rii. Nos. n. de hoc ipſo determinauimus in expoſitiõe illius aphoriſmi cuius initiũ
eſt. In morbis minus periclitant. Aetates autem quẽadmodum & naturæ. Frigidę
quidem ad calida. Calidæ vero
ad frigida. Senum quidẽ ad ęſta
tem, iuuenum vero ad hiemem.
Eadem ratione, & ad loca, non
morbi tantum: ſed etiam ętates
afficiũtur. Nam morbi calidi in
locis calidioribus magis gene-
rãtur: & minus ſunt periculoſi:
& magis ſanæ ſunt in frigidis
regionibus ætates calidiores, &
in aliis proportionaliter. Sic ve
ro & ad vict? genera, alii ad alia
bene maleue ſe habent morbi,
& ætates. Nam calidiores ad fri
gidiores, frigidiores vero ad ca
lidiores: & ſicciores quidem ad
humidiores, hũidiores vero ad
ſicciores bene ſe habẽt, & ut ſim
pliciter dixerim contrarii quidẽ
ad contraria bene. Similes aũt
ad ſimilia male, preterquam ſi ætas temperata, & victui, & regioni, & loco tempe-
rato comparetur. Hoc enim ſolo modo ſimiles a ſimilibus bene afficientur. Quæ
vero plus a temperie receſſerunt ætatibus, ſecundum temperaturam contraria
loca, & tempora, & victus genera conferunt magis. Cum vero omnes morbi a tem
perie, & modo recedant: generatio quidem a ſimilibus locis: atq; temporibus ſo-
lutio vero a contrariis fit.

.iii.

MORbi quoq; alii ad alia bene, vel male ſe hñt, & quędam ętates ad tẽpora, & loca, & victus gña .iiii.

IN Temporibus quãdo eadẽ die modo calor, modo frigus fit, auctumnales morbos expectare oportet. .v.

HAVſtri auditũ hebetãtes, caliginoſi, caput grauãtes, pigri, diſſoluentes, Quãdo huiuſcemodi tẽpeſtas pualuerit talia in morbis patiuntur. At ſi aqlonia fuerit tuſſes, fauces, alui duræ difficultates vrinæ, horrores, coſtarum dolores, & pectoris. Qñ hæc tẽpeſtas pualuerit talia ĩ morbis expectare oportet.

CVm ratione fit hoc. Neq; .n. appellatiões temporum cauſæ morborum ſunt .iiii.
ſed temperaturæ. Cũ igit ipſæ cõuariãt, neceſſe ẽ & morbos ꝯuariari. .v.
ID Quidem qd fit declarauit, inquiens. Hauſtri auditũ hebetantes caliginoſi:
caput grauantes, pigri, diſſoluẽtes. Cauſam autem adſcribens ob quã: vbi hæc
tempeſtas pręualuerit talia in morbis patiũtur. Semper ſi quidẽ oportet me-
dicum diſtinguere, & ſeparare id qd ex cauſa extrinſeca fit, & nõ morborum ra
tione ut præcognitiones faciat diligentiores. Cauſam vero ob quã hauſtri reddãt
auditum grauiorem, & viſum caliginoſum, non eſt difficile ex eius temperatura co
gnoſcere, q̃ calida, & humida natura eſt. Omnia & .n. talia ſunt apta replere caput.
Ob hoc igitur & ſenſuum inſtrumenta plurima implent humiditate, & capitis gra
uitatem efficiunt. Principio autẽ neruorũ humectato, neceſſe eſt, & circa volũtarios
motus pigritiam euenire, & veluti in ſe ipſo diſſolutum hoĩem apparere. Contra
vero in aquloniis, vt ipſe inqt inferius corpa fiũt robuſtiora, vegetiora: & ad mo
tus promptiora, & melius audientia. Nunc vero hęc nõ oppoſuit his q̃ ex hauſtro

circa corpus contigunt, quoniam in hoc aphoriſmo de lęſione tantūmodo, quę ex vtroq; accidit vento, tractare ꝓpoſuerat, vt hęc cognoſcentes ab illis ſeparemus quę ex morbo℞ natura cōtingunt. In aquilonijs igiť (vt inquit) fiunt tuſſes, ꝑꝑ videlicet inſtrorum reſpirationi obſeruientium intemperiem, & ꝑꝑ faucium aſperitatē, de qua nobis inſinuauit adiungens verbū illud, fauces, vt ſubintelligeremus, partiunť. Nam ſolet hoc modo loqui aliquando. Paulo poſt igiť inquiet. Auctumno & plurimi ęſtiuo℞, & febres quartanę, & erraticæ, & lienes. Licet aūt & ſimul duo cōiungētes legere, fauces alui duræ, vt nōnulli expoſitores legēdū exiſtimarunt. Nā fauces in aquilonijs cōſtitutionibus apparent duræ quoniā exiccātur, ac refrigerantur, & venter inferior dura excernit, & ꝑꝑ temporis cōſtitutionis temperaturā quę ucrgit ad ſiccitatem toto corpore exiccato, & magis ipſo ad ſe ipſum trahēte eas, quæ fiunt ex cibis humiditates. Sed & alia ratione: quoniam ſi longiori tempore maneant: & non excernantur, omnia exicantur. Vrinæ etiam accidunt difficulcates, veſica flatu aquilonis ob frigiditatem offenſa. Eſt enim exauguis, & propterea ex cauſis frigidis, pluſquam aliæ partes, ipſa eſt offenſioni parata. Eadem aquilonis frigiditas: etiam thoracis dolores efficit, vltra cōmunem ad alias partes lęſionem & illam quoq;: quæ fit ex reſpiratione aſſumentis: quæ non pari modo pulmonē attingit: & cor, ob ſui caloris multitudinē. Hoīes vero horridos fieri in aquilonijs cōſtitutionib⁹, clar℞ ē: cōſentaneæ videlicet aeris: ambiētis tēperaturæ. vi.

.vi.

QVando ęſtas fit veri ſimilis ſudores in febribus multos expectare oportet. .vii.

IN ſiccitatibus febres acutæ fiunt, & ſi annus magna ex parte talis fuerit, qualem fecerit conſtitutionem, tales plurimū morbos oportet expectare.

QVemadmodum paulo antea dicebat: Quando die eadem: aliquando frigus: aliquando calor accidit: morbos auctumnales expectare oportet: ſic nunc rurſus. Quando æſtas fit veri ſimilis: hoc eſt temperaturā habet commoderatam, expectare (inquit) oportet multos ſudores in febribus, & hoc non ſine ratione. Neq; enim ſine aeris ambientis calore multi ſudores fieri poſſunt: neq; abſq; hoc: ꝙ aliqua humiditas in corpore contineatur. Horum vero alterum eſt in æſtate: alterum vero in hieme. Auctumno vero neutrum vere autem vtrunq;. Rationabiliter igitur æſtas quidem arida: ſatis abſumit: atq; reſoluit humiditatem. Similis autem veri ob caliditatem quidem attrhait ad cutim, ob humiditatem vero non poteſt per modum vaporis reſoluere. Tota igitur ſimul humiditas in morbo℞ iudicijs expulſa ſudores facit. .vii.

NOn multas ait febres in ſiccitatibus fieri: ſed acutas: quoniam paulo poſt inquiet. Conſtitutionum autem anni: ſicca tempora: pluuioſis ſunt ſalubria magis: & minus mortifera. & his deinceps adiungens rurſus inquiet. Morbi in pluuioſis temporibus: magna ex parte fiunt febres longæ. Non abſq; ratione. Nam aeris ambientis humiditas pituitoſos aceruat humores & nō paucas generat aquoſas ſuperfluitates. Siccitas vero, pauciores qdem humores efficit, ſed qualitate bilioſiores, & ob hanc cauſam febres numero quidē ſunt pauciores, his quę fiunt in temporib⁹ pluuioſis, ſed accutiores. Quę vero deinceps in aphoriſmo dicuntur, manifeſta. .viii.

Conſtantia



COnſtantia tpa nominat q̄ ordinatim ꝓpriā recipiūt tēpaturā. Quem vero ꝯſtantē appellet annū: tibi licet diſcere ab ipſo ī libro de aqua, aere, locis: & regionibus: ita dicēte. Si qdē ꝑ rōne facta fuerint ſigna huiuſcemodi in ortibus, & occaſibus ſiderū, & in auctūno, ſi aquæ deſcēdunt, & hiems mediocritatē ſeruauerit, neq; valde ſerenus: neq; frigore excedens. & vere aquæ euenerint tempeſtiuę, & æſtate, ſic par eſt annū fore ſalubriorem. Poſtq̄ igiť qualis debeat eſſe ꝯſtās annus didiciſti facile, eſt ēt incōſtantē ītelligere. Oīa. n. q̄ non fiant ſecundū aliqd anni ꝯſtantis ductū, ea nunc Hippo. incōſtātia vocat, & eos qui in ipſis accidunt morbi ſiſt appellat. Ait aūt & ipſos diffículter, hoc ē male iudicari. Vel .n. cū caſibus ꝑiculoſis iudicia in his morbis eueniūt: vel ſtati ſunt ꝑiculoſi, vľ omnino faciūt recidiuam. .ix.

.viii.

IN cōſtantibus tēporibus, cum tempeſtiue tempeſtiua reddūtur, morbi cōſtantes, et boni iudicii fiunt, in inconſtantibus autem, inconſtantes, & mali iudicii. .ix.

AVctumno morbi acutiſſimi, atque exitiales, maxīa ex parte. Ver vero ſaluberrimū & minime exitiale. .x.

Auctumnus tabidis malus. .xi.

DE temporibus, ſi quidē hiems ſicca, & aqlonia fuerit, ver vero pluuioſum, & auſtrale: neceſſe eſt ęſtate febres acutas, & lippitudīes (græci ophthalmias vocāt) et inteſtinorū difficultates, præcipue vero mulieribus, et viris q̄ natura ſunt humidiores.

CVm tpa ꝯuenientē fiāt totā tēperaturam, inter ipſa ver ē ſalluberrimū, vt qđ bonā habet temperaturā. Morbos aūt acutiſſimos, atq; mortiferos aliorū tēporū cōparatione auctūnus afferet, quādoqdem ver tēperiem habet. Auctumno vero hoc in primis ineſt ꝙ eadē die aliqn̄ calorē, aliqn̄ frigus ꝯtinet. Deinde æſtiuū ſubſequiť tp̄s, in quo multis qdē humores aſſati ſunt. Quibuſdā vero & vires ſunt debilitatę. Nō ſolū vero hac rōne: auctumnus malus eſt: ſed ēt qa ꝑmum quidē humores mouebanť ad cutē atq; diſſlabant auctumno vero ab aeris ambientis frigiditate truduntť, atq; ad interiora impelluntur: hæc quidē oībus hoībus cōmunia ſunt. His vero qui malo victu vtunť ex ſuperabundanti, fructus accedunt, qbus abundanter repleti, malorum humo℞ multitudinē generant. .x.

DAmnauit qdē & alr auctumnū ī añcedēte aphoriſmo. Nūc aūt ꝑcipue nocentē tabidis rurſus vituperat. vt℞ vero illos ſolū noiet tabidos qb⁹ pulmo eſt exulceratus, vel oēs qūocūq; tabeſcētes nō poſſumus coniectari. Liquet āt vtriſq; auctumnū eē malū, cū ſit ſicc⁹, ſiľ ac frigid⁹ & ineq̄lis. .xi.

DE alteratiōe, q̄ in tpibus fit hic docet ab hieme ſicca, & aqlonia initium ſumēs. Vere aūt pluuioſo, & hauſtrino. Parūe igiť tales mutatiōes, ꝑter naturā tn̄ ſunt quapp & ad ęſtatē ſeq ait hos morbos, febres acutas; & lippitudines, & inteſtino℞ difficultates, Cām vero ob q̄ ſupabūdāt ī tali ꝯſtōne huiuſcemodi morbi, ipſe explicauit ī libro de aquis, de locis, & aere. Verba āt ei⁹ ſe hn̄t ī hūc modū. Si āt hiems qdē ſicca, & aqlonia fuerit: ver vero pluuioſum & hauſtrale, neceſſe ē ęſtatē febribus abūdare: & lippitudines, & difficultates inteſtino℞

aduenire, quando enim æſtate ſuffocatio repente ſuperuenerit, & terra madida ex pluuiis vernalibus, & ab hauſtro fuerit: neceſſe eſt, æſtum duplicari, & a terra madida: atque calente, & a ſole comburente non conſtantibus hominum ventribus, neque exiccato cerebro. Neque enim poſſibile eſt tali vere exiſtente, non inflammari corpus: ac carnem, vnde febres accidunt acutiſſime, tum reliquis omnibus, tum præcipue pituitoſis. Difficultates vero inteſtinorum mulieribus, & viris humidioribus conuenit fieri. Hæc quidem Hippocrates in libro de aquis, & locis, & aere dixit. Nos vero latius eius ſermonem explanabimus, & primum quidem ob quam cauſam, neque in hieme, neque vere per talem conſtitutionem dixerit vulgari morbos. Atqui i ſecundo Epidemiarum, in ipſo tempore vitiato, ait, apud Cranonem factos eſſe carbones. Verba autem eius inibi hæc ſunt. Pluebat in æſtibus aqua ruente per totum, fiebant autem hauſtro magis: Manifeſta igitur ex his, quæ dixerat cauſa: ob quam apud Cranonem facti ſint æſtate carbones, Neque enim paulatim mutauit temperaturam, ſed ad talem peruenit conſtitutionem, in qua facile putrent quæcunque naturam habent vt putreant. Habiles.n. ſunt humiditates modum excedentes ad putredinem faciendam, Nam (ut ipſe inquiet) morbi in temporibus pluuioſis fiunt magna ex parte febres longe, & alui fluxus, atq; putredines adhuc autem magis calidiſſime ex his quæ ſunt. In vnum itaque conuenientibus adeo fortibus, atque immoderatis diſpoſitionibus, veluti in Cranone, tempus ſecundus corpus non expectat. Verum anticipat in priore plurimum offendi. Per hiemem vero ſiccam: & aquiloniam, corpora quidem tali modo afficerentur, qualem eſſe dixit per hæc verba. Si vero aquilonia fuerit, tuſſes, fauces, alui duræ, vrinæ difficultates, horridi dolores laterum, pectorum, non tamen effatu dignus morbus adcreſcet, nam & alioquin ſicciores temperaturæ ſunt ſalubriores. In totum enim ait ſiccitates pluuioſis temporibus eſſe ſalubriores, & minus mortiferas'. Hiemæ vero aquilonia, ac ſicca, nocebit quidem rectis ſtantibus hominibus, ad tuſſes, & alui ſuppreſſionem, & difficultatem vrinæ, atque dolores locorum ad thoracem attinentium, non tamen febres, vel difficultates, inteſtinorum, aut tale quiddam operabitur. Cur autem neq; in vere pluuioſo, atque hauſtrali exiſtente morbi vulgantur? quoniam anteceſſit hiems frigida ac ſicca ſufficienter, Ipſe vero dixerat non ſimpliciter præſentes conſtitutiones fore conſiderandas, ſed ex qualibus, ad quales ve fiant permutationes exiccatum. Itaque corpus per hiemem cuius ſicca, atque aquilonia fuit temperatura non modo nihil ex vernis pluuiis patietur, ſed potius aliqua ex parte iuuabitur ad naturalem rediens mediocritatem. Si vero totum ver humidum fuerit ad contrariam ducetur corpus conſtitutionem illi quæ ipſi prius inherat ſiccæ tranſcendens illam quæ medium tenet, mediocritatem. Quare æſtas ſubſequens paratum excipiet offenſioni, cum terra adhuc humecta ſit, atque ob hanc cauſam ſuffocationem efficiat utpote eteſiis nondum potentibus flare. Nam illi poſtea, & poſt Canem flare incipiunt. Quare totum tempus medium habebit febres acutas propter caliditatem, & humiditatem, humoribus in corpore putreſcentibus, nec non lippitudines, & difficultates inteſtinorum, pro aptitudine partium quæ offenſionem recipere natura aptæ ſunt. Aliæ enim alus magis, aliæ minus paſſibiles ſunt, ſecundum corporum temperaturas. Nam lippitudines fere omnes infeſtant repleto capite, quibuſdam exceptis quibus oculi præualidi



lidi ſunt. Difficultates vero inteſtinorum eos qui naturas humidas habent, & mulieres, hæ ſi quidem viris ſunt humidiores. Si igitur totam conſtitutionem tanquam noſtra putrefacientem corpora, damnamus, liquet ꝙ putredo magis humidis aduenient corporibus. Ipſum ſi quidem humidum quod in noſtris putret corporibus, quædam veluti materia eſt a vi caloris patiens, humiditas vero ambientis aeris: quatenus exiccari non ſinit humorum in corpore ſuper

SI vero hiems hauſtralis, & pluuioſa, & ſerena fuerit. Ver autem ſiccum & aquilonium, mulieres quibus partus ad ver, ex quacunq; occaſione abortiunt. Quæ vero parient, imbecilles, & morbidos infantes pariunt. Quare vel ſtatim intereunt, vel tenues, & valitudinarii. Cæteris vero mortalibus difficultates inteſtinorum, lippitudines ſiccæ fiũt. Senioribus autem deſtillationes quæ cito interiment.

abundantiam: eatenus adiuuat vim putrefacientem. Nihil itaque mirum ſi in talibus conſtitutionibus plus offenduntur naturæ humiodiores, & propterea ait: febres pituitoſis magis aduenire, hi ſi quidem neceſſario ſunt humidiores. Manente igitur putredine in corpore febres fiunt. Si vero per ventrem euacuetur: difficultates inteſtinorum. Et hæc per totam æſtatem contingent, niſi fiat circa Canis ortum permutatio de qua ipſe in libro de aquis locis & aere tranſegit poſt verba paulo antea ſcripta quorum finis eſt. Difficultates autem in teſtinorum par eſt fieri mulieribus, & viris humidiſſimis. Nam ſermonem continuans deinceps ſcribit in hũc modum. Et ſi quidem ſuperuenerit circa Canis ortum aqua, & hiberna tempeſtas, & eteſiæ perflauerint, ſpes eſt quietis, & ꝙ auctumnus ſalubris erit. Alioquin periculum eſt ne pueri moriantur, & mulieres minime vero ſeniores, & ne qui euaſerint, in quartanam finiant, & ipſa quartana in aquam intercutem terminetur. Verum de his quæ adiecit in libris de aqua, & aere, & locis, cum librum illum exponemus, diligentius conſiderabimus. De his vero quæ in præſenti aphoriſmo proponuntur, ſufficienter eſt dictum, excepta vna dictione, ex neceſſitate quam non ſolum appoſuit in aphoriſmo, ſed etiam in libro de aquis, locis, & aere, oſtendens per eam, ꝙ rei natura perſuaſus, & non ex aliqua obſeruatione, iſta notauerit. Quotiens igitur veriſimile fit ipm vidiſſe talem conſtitutionem, vel quot in locis, nunquid bis, vel ter, quater. Sed neque ſi ſæpius inquias poſſumus dicere ꝙ ita ſemper erit, ſicuti neque ſi ex medicina aliqua videris purgatos ſex, vel ſeptem homines, iam dicere certe poteris quod omnes poſt hac homines ſimiliter purgabuntur. Quare pro manifeſto relinquitur ꝙ rei naturam Hippocrates ſequens, & non aliquam obſeruationem, ita ſcriptitauerit. Neceſſe eſt æſtate febres acutas: & lippitudines, & difficultates inteſtinorum fieri.

.xii.

COntrario modo ſe habet temperatura duobus quæ improprio aphoriſmo ſunt dicta tpibus, ad illas quæ in iſto dicunt. Qualis.n. erat hiems primũ in illo, tale nũc eſt ver. Quale autẽ eſt in illo ver, talis nunc eſt hiems. Qđ igit̃ nõ erat in illo neceſſarium, in vere morbos vulgari vehementes, ſuffi-

cienter dictum eſt. Nunc aūt ꝙ hieme humida qdem, ac calida facta, vere aūt frigi-
do, ac ſicco, neceſſarium ſit in ipſo vere homines ęgrotare, eſt demonſtrandum. Mu-
lieres itaqꝫ quibus partus ad ver fuerit ex quacunqꝫ abortiunt occaſione, corpora
ſiquidem humida, ac mollia, & laxa facta, hieme ſerena ad intimas ſui partes aeris
ambiētis frigiditatē facile admittūt. Ita ꝙ qcūqꝫ īfantes lōgo tpe calori ſunt aſſue-
ti, pcuſſi vehemēter a frigore, nō abſqꝫ cā, hi qdē iā mortui in ipſo vtero ſūt, hi ve-
ro ī ipſo partu morient̄. Qui vero viui in lucē edunt̄ non ferentes ſubitā ad contra-
rium tranſmutationem, vel breui poſt tempore moriuntur, vel exiles, atqꝫ inſalu-
bres creati, vix in vita perdurant. Alijs vero ceu pituitoſis, ac mulieribus, difficul-
tates inteſtinorum, ait accidere, ex pituita a capite ad ventrem defluente, hunc enim
humorem par eſt in dicta conſtitutione plurimum generari, hieme qdem capite re-
pleto. Subito autem refrigerato circa veris initia, quoniam cerebrum natura aptū
eſt ad generandas pituitoſas ſuperfluitates. Cum enim refrigeratur, non poteſt ali-
mentum cōuincere. Ineſt autem & hoc pituitę generationi. Quę enim a forti ſit fri-
giditate, acida euadit. Quę vero a caliditate replente caput, ſalſa. Sicuti & quæ a
pauca ſit frigiditate, vel paucā habet dulcedinem, vel nullam manifeſtam qualita-
tem. Ea igit̄ quę ſit in pręſenti cōſtitutione pituita, propter eam quę eſt in hieme ca-
liditatē, ſalſa erit: & hac ratione maxime difficultatem inteſtinorū generabit, quan-
do longiori tempore mordens, atqꝫ abradens inteſtinum offenderit. Et eſt hæc dif-
ficultas inteſtinoꝝ difficillima ſi quidem humor bilioſus tranſitu efficit: hic vero p-
pter lentorem permanet & ob morā magis exulcerat. Vt enim illa quę propter len-
torem inter exeundū, in inteſtinis retineatur, & tardet, & ſemper ipſa detergat, pro-
pter qualitatem facit inteſtinorum difficultatem. His autem qui natura calidi ſunt
ac bilioſi inquit ipſe Hippocrates lippitudines ſiccas accidere, ſic autē, vocat eas
quæ ſunt ſine fluxu. Par autem eſt calidis, ac ſiccis naturis in ſicca, ac frigida con-
ſtitutiōe, quæ calidam atqꝫ humidam excipit, tales lippitudines fieri. Caput enim
prius repletum eſt in calida, atqꝫ humida conſtitutione. Frigus autē ſuperueniens,
veluti manus quædam extrinſeca capiens, ac premens, quandam vti ſpōgiam cere-
brum exprimit illam quæ in ipſo continetur humiditatem. Hæc vero delata alias
ab vno loco ad alium, ex his qui faciles ſunt ad patiendū, multos generat morbos:
atqꝫ ita his qui oculos habent natura imbecilles lippitudines accidūt. Nihil vero
ex ipſis effluet ad extra: propter aeris ambiētis frigiditatem denſantis ſuperficiem
exteriorem. Quod vero Hippocrates ipſe hęc omnia quæ diximus ad cauſas re-
ferat antedictas: manifeſtum ex his quæ ſcripſit in libro de aqua, locis, & aere, in
hæc verba. Pituitoſis itaqꝫ par eſt difficultates inteſtinorum aduenire, & mulieri-
bus pituita a cerebro defluente, propter naturæ humiditatem. Bilioſis autem ſic-
cas lippitudinis ob carnis caliditatem, ac ſiccitatē. Quod vero ſcribitur circa finē
aphoriſmi. Senioribus vero deſtillationes quę ſubito interimant, ipſe in libro de
aqua, locis, & aere per hęc verba ſcripſit. Valde autem ſenibus deſtillationes ꝑpter
raritatem, & venarum colliquationem, ita ꝙ repente interimit quoſdam, quoſ-
dam vero contingit dextra, aut ſiniſtra parte ſtupidos fieri. Per hæc verba vide-
tur Hippocrates, non quas communi vocabulo deſtillationes conſueuimus nomi-
nare, quæ ſcilicet ex capite fluunt ad pulmonem per aſperam arteriam, ſed omnes
quæ feruntur fluctiones per venas a capite ad partes inferiores quare & cito in-
terimentes, bene videtur adiectum: quoniam hæ velociter terminantur: cum aliæ
perdurent. Quidam vero expoſitores per deſtillationes audientes, illas quæ a ca-
pite



pite ad pulmonē fiunt per fauces, & arterias, cū negatione, non hunc ſcribunt ſer-
monem, hoc modo, nō cito interimētes. Et recte quidē. Neqꝫ enim frigidę fluctio-
nes in ipſis cōcoquunt̄ ob ętatem. In qbuſdā vero exēplaribus ſcriptū eſt. Cito in-
terimētes, qm̄ & in libro de aqua, locis, & aere. Ipſe iqt. Ita ꝙ repēte itereūt. xiii.

EAndem tēperaturā nūc ſimul poſuit ęſtati, & auctumno, quā & paulo antea
dixit de vere, atqꝫ hieme, cū ita dicebat. *Si hiems ſicca, & aquilonia fuerit, ver
autem pluuioſum, & hauſtrale.* Verum ibi qdem in hac æſtatis
cōſtitutione dixit febres acutas lippitudines, & difficultates ite-
ſtinorū fieri. Nunc vero hieme dolores capitis, tuſſes, raucedi-
nes, atqꝫ grauedines, Nō autem vel ibi adiecit ęſtiuam cōſtitu-

.xiii.

SI vero æſtas ſicca fuerit, & aquilonia,
auctumnus uero pluuioſus, & hau-
ſtralis, dolores capitis ad hiemem fi-
unt, & tuſſes, raucedines, atqꝫ grauedines
quibuſdam autem & tabes.

tionē, vel hic hibernam, vt q̄ vtrunqꝫ tempus ſuam ſeruare temperaturam ſuppo-
ſuerit. Si.n. & in his altera aduenerit aeris ambientis intemperies, erit aliquis pro-
pter illam a pręcictis diuerſus eius morbus, proprius intemperiei. Verū in illa q̄-
dem cōſtitutione, qua dixit hiemem fieri ſiccam, & aquiloniam, ver autem pluuio-
ſum, & hauſtrale, ipſe ſubiecit cauſas ob quas tales morbi æſtate fiunt in libro de
aere, locis, & aquis. In pręſenti vero cōſtitutione, nihil dixit in illo, Nā poſt duas
antea ſcriptas cōſtitutiones. Alteram quidem in qua hiemem aquiloniam, & ſiccā
vult fieri, ver aūt pluuioſum, & hauſtrale. Alterā vero in q̄ cōtrariū pluuioſam &
hauſtralē hiemē, ver autem ſiccum, & aquilonium, & ſequentē ordine poſt has ter-
tiam exiſtentem conuerſionē, de qua pręſens eſt ſermo, non amplius adiecit, ſed lo-
co huius, alteram talem. *Si vero ęſtas pluuioſa fuerit, & hauſtralis, & auctumnus
ſimiliter, neceſſe eſt hiemem forem inſalubrem.* Deinde p ordinem quaſdam alias
neqꝫ illas eodem modo, quo iſta propoſita, ſe habentes. Sed de illis quidem, cum
ad earum expoſitionem peruenerimus, ſermonē faciemus. Nūc vero de ea quę ab
ipſo dicitur in aphoriſmis, agamus idem noſtro ſermoni initiū facientes, qđ etiam
paulo ante diximus. Par etenim eſt ſeruare ipſam hiemem ſimilem ei quæ eſt na-
turalis, hoc eſt frigidam, atqꝫ humidam, quantum hæ duæ qualitates conueniunt
temperatæ regionis habitationibus, de qbus nos paulo poſt nominatim mentio-
nem faciemus. Seruante itaqꝫ hieme ſuum temperamentum, nulla fortior in ipſa
ægritudo conſiſtit, ſolum autem capitis dolores, ac tuſſes, raucedines, atqꝫ graue-
dines, quæ ſunt repleti capitis accidentia. Si igitur, vt prius diximus, vtriqꝫ tem-
pori, æſtiuo ſcilicet, atqꝫ auctumnali fieri pluuias hauſtrales contigerit, forte & in
ipſa æſtate, ſi minus, ſaltem in ipſo auctumno vulgabuntur morbi propriæ cōſti-
tutionis humidæ, & hauſtralis. Nunc quoniam æſtatem ſiccam, & aquioniā fieri
ſuppoſuit, Auctumnum autem humidum, & auſtrinum. Par eſt non ſolum quoſdā
nō incipere ægrotare verum & immodicæ per æſtatem ſiccitatis habere remediū
non mediocre, eam quæ facta eſt in auctumno humidam conſtitutionem. Quia
vero totus auctumnus talis eſt ſubſequutus, neceſſe erit his q̄ naturam habent hu-
midiorem, ſufficienter ſupra modū repleto capite, nuper dictos morbos hieme ad-
uenire, qbuſdam autem eorum, & tabem, qui ſcilicet adhunc morbum apti natura
ſunt. Sunt aūt apti natura & qui anguſto ſunt pectore, & quibus a capite ad pul-
monem fluctio defertur. Hi igitur tabidi fient. Alijs vero nullus quidem fortior

morbus aduenietſed tuſſes, atq; raucedines, & quicquid alij huiuſcemodi caſus fiet, tempore hiberno capita ſuſcipiente hauſtrinis pluuijs, antea repleta: ſiue in quibuſdā hoc ſolum efficiente, q; ſuperfluitas in capite perſeuerans ſit ipſi doloris cā. Nullam ſiquidem plenitudinem neq; in parte aliqua corporis diſſoluit hiems. In quibuſdam uero coacto in vnum, & compreſſo quodammodo capite expreſſa materia inutilis, ad loca capite inferiora deſcendit, hoc quidem ueluti purgatio quædam, & capitis ē euacuatio. In quibus vero a multa materia grauatum antea laborauit, nec potuit hibernū frigus tolerare in his ſubiectis ſibi partibus refrigeratū iam propter maiorem intemperiem, eſt fluctionū cauſa. xiiii.

.xiiii.

SI Vero aquilonius, & ſiccus, his qui naturam habēt humidiorem, & mulieribus conferet. Reliquis autem erūt lippitudines ſiccæ, & febres acutę, & grauedines. Nōnullis vero, & atræ biles.

HIc ſermo nunc dictus liquet q; non eſt integer aphoriſmus, ſed pars ſecunda vnius aphoriſmi cuius priorem partem nuper deſtitimus explanare. Nam manente communi ea quæ eſt æſtatis ſuppoſitiōe, vtriuſq; ſermonibus, prior quidem pluuium, & hauſtralem in ipſa ſupponit auctūnum ſecundus uero qui inſtat, ſiccū & aquilonium. Quod uero nil differt, ſiue ſiccū ſiue aridum, ſiue inaquoſum dixerimus, vnicuiq; eſt manifeſtum. Ambobus ergo temporibus aridis, & ſiccis effectis, humidæ quidem naturæ, non modo nihil offendentur ex tali conſtitutione, quin potius aliquam ſentient vtilitatem. Cauſam vero ipſe dixit in libro de aquis, & locis, & aere, ſcribēs in hunc modum. Pituitoſis vero hæc omnia auxilio ſunt. Exiccantur enim, atq; ad hiemem minime laxi perueniunt, ſed exiccati. Reliquis vero qui nō ſunt tali natura præditi, lippitudines ſiccæ, febres, acutæ, atq; grauedines accidunt, & nonnullis eorum atræ biles. Cauſam vero horum generationis, ipſe in libro nuper dicto, per hęc verba inquit. Bilioſis vero hoc eſt inimiciſſimum, quia valde exiccantur, & lippitudines his ſiccæ eueniunt, & febres acutæ. & diuturnæ, & atræ biles. Deinde cauſam ſubinferēs, inquit. Bilis enim pars humidiſſima, atque aquoſiſſima exiccatur, atque abſumitur. Craſſiſſima vero, & acutiſſima linquitur, & ſanguinis pariter eadem ratione, ex quibus hi morbi ipſis contingunt. Hæc itaque a nobis ad propoſitas conſtitutiones dicta ſunt ſufficienter. Cur vero de his ſolis conſtitutionibus fecerit mentionem Hippocrates, cum & plures aliæ ſint, non habeo dicere. Volo autem potius declarare viam, ac rationem, qua quiſpiam vtens, omnes conſtitutiones complecteret. Eſt autem talis. Primum igitur incipere eſt neceſſarium, veluti ab elementis, a ſimplicibus aeris ambientis intemperaturis, atque ipſas diuidere, & in valde paruas, & valde uehementes, ac medias. Poſt hac dicere de qualibet earum quę dictæ ſunt intemperaturarum, in ſingulis temporibus contingentium, quos ſcilicet morbos ſecundum vnamquamq; naturam generabunt. Poſt hac duorum temporum complecti inuicem intemperaturas, quemadmodum conatus eſt nunc & ipſe Hippocrates facere. His vero tranſactis omnibus deinceps trium temporum coniungere omnes omnibus intemperaturas. Deinde quatuor. Sic enim foret integra, atque perfecta meditatio. Hęc igitur & non forte aliquando, ſi plus ocij nacti fuerimus ſeorſum ſcribemus. Sufficiat autem in pręſentiarum hoc dixiſſe ſolum, q; paucos admodum intemperaturarum complexus ſcripſit Hippocrates, adeo vt hæc potius



quoddam exemplum videantur, quam pars aliqua effatu digna totius circa talia diſciplinę. Dicemus autem plenius de ipſis, cum librum de aquis, & locis, & aere, & de Epidemijs primum exponemus. Quod vero paulo antea ſum me dicturum pollicitus, nunc adiungens in ipſo finiam orationem. Audire enim oportet omnes de quibus ſcripſit Hippocrates conſtitutiones in locis factis terræ habitabilis temperatis, exceptis ab hoc ſermone Thracię locis, quæ, a mari diſtant. Hæc enim in frigiditate, atque hūiditate modum exceſſerunt, ſicuti & quę ad Aegyptum, ac Lybiam attinēt, loca calida ſūt, ac ſicca, exceptis & hic illis quæ mari adiacēt locis. In frigidis enim, quales ſunt circa Thraciam, ac Pontū regiones quoniam loca mari adiacentia humilia ſunt, ob hanc cauſam calidiores habēt temperaturas. In calidis vero, quales Aegyptus ac Libia, qm̄ ęſtate a ventis ab vrſa flātibus refrigerant, idcirco minus ſunt calida, his quę ad mediterranea receſſerunt. Zona vero exqſitam habens temperiē, ac media orbis terrarū ad ortum & occaſum ē quę per Cnidū & Com, & quęcūq; loca nō multū ab his receſſerūt, vl ad aqlonē, vl ad hauſtrū. Oportet aūt vt tēperatā zonam nominatam, ab his qui talium habent peritiam perfecte intelligas, ex cogitare quādam lineam rectam, extentam per ea quæ dixi loca. Quidam autem aſtrologi non zonas, ſed parallelas, ideſt ęquidiſtātes uocant. Tales in terra habitationum ſimilitudines, quę ab ortu ad occaſum protendunt. Sermo igitur ab Hippocrate habetur, de his præcipue quæ diximus locis. Ordo autem temporum, ſicuti ipſe ſæpius in libro Epidemiarum oſtendit, & ſicuti hi qui hoc ſtudio excelluere ſcripſerunt, hic eſt. Ortus pleiadis principium eſt æſtatis, poſt q̄ Canis ortus oporam, ideſt fructuum generatione inchoat, quam & ipſam pro ſecunda parte æſtatis ponūt. Poſt hūc Arcturus oriens initiū facit auctūni. Deinde occaſus, Pleiadū hiemis pricipiū facit. Deide qd̄ hiemē ſeqt̄ ęquinoctiū principiū veris habet. .xv.

.xv.

EX anni aūt conſtitutionibus, q; in totum dixeri, ſiccitates ībribus ſunt ſalubriores, & minus mortiferę.

QVod melius fuiſſet inter antea ſcriptos aphoriſmos, in quibus agit de tempoꝝ conſtitutione, hunc primū ſcribere aphoriſmum, quē nunc pręmanibus hēmus, ex ipſis rebus didicimus, quoniā ad cōfirmandos priores aphoriſmos hoc ēt egimus, Et hoc ex neceſſitate didicimus, quoniā prius eſt natura, atq; doctrina, ſimplex cōpoſito. Poſt illum igitur aphoriſmum cuius initium. Hauſtri hebetātes auditum, caliginoſi caput aggrauātes, pigri diſſoluentes, Primo loco ponemus illum, cuius principium. Quotidianę cōſtitutiones, aqlonię quidem corpora in vnum cogunt. Secundo loco hunc nunc propoſitum in quo ex omnibus anni cōſtitutionibus ſiccitates imbribus antepōnit, & hoc cū ratione. Nam in ſiccitatibus ſuperfluæ humiditates diſſoluunt, per imbres autem intra corpus collectę putreſiunt, niſi quis ſingulis diebus collectas exercitijs expurget. Quæ enim fit per balneas euacuatio parua eſt, & ſolam fere cutē euacuat. Quæ autem ſunt per carnē, & partes ſolidiores diſperſę ſuperfluitates, haud ſufficienter ex balneis euacuantur, neq; tamen ea quæ fit per purgantia pharmaca ſuperfluitatū euacuatio, idonea eſt. Nā valde indigentibus, & ex longis interuallis, vtilis eſt. Earum vero quæ quotidie generātur in corpore ſuperfluitatum, euacuatio minor eſt q̄ vt exigat purgātis pharmaci operationem. Si vero qſpiam voluerit bis menſe, aut ſemel ſaltem ea vti, verius ne ſuperfluitatum multitudo aggre-

geť, præter id ꝙ nocebit, corpora etiam in malam trahet conſuetudinem. Alimen
ti ſi quidem pars vna ſeroſa eſt, quę ipſi gratia diſtributionis admiſceť. Altera ve
luti fuliginoſa ſuperfluitas quę in pluribus cibis, quęcunq; ſunt peiora contineť,
quæ naturæ operationem ſubterfugit. Cum neq; aſſimilari corpori qđ nutritur,
neq; aglutinari queat. Hæ igitur omnes diebus ſingulis ſunt euacuandæ, verum
magis in ſiccis conſtitutionibus euacuantur, q̃ in humidis, atq; ideo has dixit eſſe
ſalubriores. .xvi.

.xvi.

MOrbi in pluuiarũ multitudine, ma
gna ex pte fiũt febers longæ, alui
pfluuia, putredines, morbi comi
tiales, & attõiti, quos apoplexias græci vo
cãt, & anginę. In ſiccitatibus aũt, tabitudi
nes, lippitudines, articulorũ dolores, ſtil-
licidia vrinę, & difficultates inteſtinorũ.

FEbres qdẽ longas ex mul
titudine fieri humidita-
tis, minime mirũ, ſi qdem
ægroti ad morborũ ſolu
tionem eg nt coctione, plures
aũt humiditates nõ niſi in lõgo
tpe concoqui poſſunt. Accedit
ad hoc ꝙ frigidiores, & magis
pituitoſi generanť humores in
multitudine pluuiarũ, ſicuti cõ
tra in ſic itatibus bilioſiores. Quare in temporibus pluuioſis febres erũt diutur
niores, in ſiccitatibus aũt acutiores. Neq; extra rationem eſt, qđ alui profluuia in
temporibus pluuioſis eueniant, cũ humorum ſuperabundantia per alũ expurgeť,
ſicuti etiam ꝙ eiſdem temporibus putredines fiant, quoniam perſpicuũ eſt, humi
da ſiccis magis eſſe putredini obnoxia. Sunt ãt & morbi comitiales, & apoplexię,
morbi ex pituita ortum habentes, Angina aũt fit nonnũq̃ ſuperfluitatũ multitu
dine ad fauces collecta, fit etiam magna ex parte fluctionibus ex capite firmatis
in faucibus. Quod autem in pluuioſis temporibus & alię fluctiones, ſed maxime
ex capite veniẽtes ſupabundent, manifeſtũ, & dictũ eſt a me ſępius. In ſiccitatibus
aũt, & tabitudines morbos ait abundare, & lippitudines, & articulorũ paſſiones, &
ſtillicidia vrinę, & difficultates iteſtinorũ, ſatis vt mihi vř indiſtinctũ de hiſce fa-
ciens ſermonẽ. Morbi ſiqdẽ tabitudines nominati ad has duas ſequunť conſtitu-
tiones, & ad frigidiſſimã: ex qua nõnulla ex vaſis quę ſunt in reſpiratiõis inſtrumẽ
tis d ſrũpunť, & ad alterã quæ cõiunctam habet cũ caliditatẽ humiditatẽ: quarũ
occaſione caput repletũ mittit ad pulmonẽ fluctiones. Ad ſiccã vero cõſtitutionẽ
quę ſecũdũ caliditatẽ: & frigiditatẽ naturaliter ſe habet: omnia alia magis q̃ tabi
tudines cõſequunť. Quare mihi videnť nõnulli fuiſſe coacti oculorũ tabitudines
intelligere. vt ſit ſermo huiuſcemodi. In imoderatis aũt ſiccitatibus lippitudines
tabidę fiũt: hoc eſt ad tabẽ oculorũ terminantes: ex qua fiũt extenuati: ac ſicci pluſ
q̃ naturę cõueniat: facta ſimul: & ipſa pupilla anguſtiore: exiccatis videlicet humo
ribus: a qbus ipſa diſtenta: mediocriter qdem modũ ſeruabat naturę cõuenientẽ.
Plus vero q̃ oporteat ad prauã latitudinem extẽdebať. Si vero ipſas p ſe ipſas di
ctas lippitudines audiamus, verbũ ſiccas adiungemus. Diximus aũt: & prius cãm
ob quam ſiccę lippitudines in magnis fiant ſiccitatibus: & qdem articulorũ mor
bi: q ex fluctionibus fiunt: nullo modo in imodicis ſiccitatibus fient. Qui vero ab
aliqua acritudine accidũt: ſi & caliditas vlla imodica acceſſerit: tunc ſolũ eueniẽt:
Quas igiť articulorũ paſſiones in ſiccitatibus dixerit fieri: dignum eſt inqſitione.
Si. n. imodice facte cõſumpſerit articulorũ humiditatem: difficilem quẽ. iã motũ
ob ſiccitatem efficient: forte vero & nonnũq̃ dolorem: eam paſſionem: quę arthri
tis nominatur,



tis nominatur, haud quaq̃ efficiet, niſi quiſpiam omnem articulorũ dolorem, ita ve
lit nominare. Atqui ipſe in libro ſecundo Epidemiarum, ita inquit. In Aeno p
famẽ q leguminibus veſcebanť, infirma habebant crura, & q orobos comedebant
genuũ dolores patiebãť, nõ arthriticos, ſed genua dolẽtes ipſos appellauit. Quiſ-
piam vero fortaſis dixerit non vnius articuli dolorem, ſed multorũ ſimul arthri-
tim nominari, & iuxta hoc genua dolentes nũq̃ arthriticos appellari. De morbo
igitur, q arthritis. i. articularis nominať hęc dubitaſſe ſufficiat. De vrinę vero ſtil
licidiis deinceps videamus. Neq; enim ad ſiccitates ſimpliciter cõſequunť, niſi tri-
bus adhibitis indiſtinctionibus, quarũ pria eſt imodica ſiccitas, ſecũda ſi caliditas
adiungať. Tertia ſi frigiditas, de qbus nõ fecit mentionẽ Hippocrates. Sed ſi cui
libeat omniũ anni conſtitutionum naturam inueſtigare, ſic ipſum facere oportet.
Erit autem ſermo exemplo manifeſtus huius propoſitę conſiderationis. Nam imo
dica ſiccitas in naturis bene temperatis aliam efficit corporis diſpoſitionẽ, aliam
in ſiccis, ſicuti & in humidis aliã ſic & ſecundũ calidam, ac frigidã, aliã in alterutra
faciet diſpoſitionẽ: Secundũ ẽt coniugationes ſimpliciũ itẽperaturarũ, aliã qui
dẽ in calida & ſicca. Differentẽ aũt ab ipſa, in frigida & ſicca: & in reliqs duabus eo
dẽ mõ. Sicuti vero ſimplicẽ paulo antea ſeruantes aeris ambiẽtis temperaturã, in
vnaquaq; natura, propriã dicebam⁹ facere diſpoſitionẽ, ſic cõpoſitam ſupponen
tes. In vnaquaq; rurſus natura futuras diſpõnes cõſiderabim⁹. Erat aũt cõpoſita
ſicca aeris ambiẽtis cõſtitutio, quando frigiditati, vel caliditati adiungetur q̃q̃ &
ſimplex videbať, quodãmodo & ipſa cõpoſita. Nam miſcebať bene temperatæ cõ
ſtitutioni, media inter imoderantiam vtranq;, & eam quę eſt ſecundũ caliditatem,
& alteram quæ eſt ſecundũ frigiditatem. Cum vero cõceſſum ſit in doctrinis, ſim
plices quidẽ fieri in temperaturas eas quę ſecundũ vnam qualitatẽ a modo naturę
receſſerunt, nõ ſimplices aũt eas quę ſecundũ plures. Nõ ſine rõne, cum aer ambi-
ens ea quę eſt ſecundũ ſiccitatẽ, & humiditatẽ oppoſitione, fuerit male tempera
tus. In altera aũt quę eſt ſecundum caliditatẽ, & frigiditatẽ, bene temperatus, ſim
plicẽ dicemus eſſe intemperaturã. Hæc igitur habita in omnibus conſideratione,
nõ eſt obſcurũ q̃ fiet ſermo prolixus de reliquis cõſtitutiõibus, & q paulo antea di
ctus eſt in veſica. Nã vrinę ſtillicidia fiunt, & pp acutiẽ vrinę, & propter vis expul
ſiue quę eſt in veſica. imbecillitatem. Quæ rurſus imbecillitas ex immodica intẽ-
peratura cõtingit. Cũ vero octo ſint imoderãtię, i ſingulis earũ debilis veſica erit
atq; idcirco ad eã vrinæ ſtillicidia cõſequenť, & qdẽ vrinarũ acritudines a qbuſdã
fiũt intẽperaturis. Sed magis ea quæ eſt ſecũdũ caliditatẽ. Poſt hac aũt ab ea quę
eſt ſecũdũ caliditatẽ, & humiditatẽ. Tertia ab ea quæ eſt ſecũdũ humiditatẽ. Fiet
itaq; & ob hęc vrinæ ſtillicidiũ, demptis his quæ ſunt propriæ veſicæ paſſiones,
ad quas vrinæ ſtillicidia caſus ratiõe cõſequunť, veluti cum ob vlcus, aut eryſipel
las, aut abſceſſum in ea factũ, vel inflãmationem, aut tale quid aliud, vrinę diſtil
licidiũ cõtingerit. Nũc. n. nõ de his ſermo exiſtit, ſed ſolũ de illis quæ aeris ambiẽ
tis rõne pueniũt, ſicuti neq; de illis, quę ex malo victu habẽt occaſionẽ. Quę vero
in vrinæ ſtillicidio ſũt dicta, hęc ẽt a nobis dici in difficultate inteſtinorũ oportet
intelligere, de qua, neq; ipſe idẽ cũ Hippo. ſẽtio. Difficultas. n. inteſtinorũ, nõ ſim
pliciter ad ſiccitates cõſequeť, niſi prius diſtinctio adhibeať. Primũ qdẽ ꝙ ſit exu
perans ſiccitas, deinde ꝙ aer ambiens ſecundũ caliditatẽ, & frigiditatem permut-
teť, deinde & naturæ corporũ patientes cõſiderentur. Non aũt adeo licet de Hip-
pocrate dubitare, qui primus talis conditor cõtemplationis, nõ totam perfecerit,

quantū de Diocle plurimum,& Mneſitheo poſt ipſum,demum & multis aliis medicis,qui ueras vias Hippocratis ingredientes,multa particulatim elaborare propoſuere,Cum enim oporteret eos,ſi quicq̄ aliud,& eam quæ eſt de tempoꝝ conſtitutionibus contemplationem,vt paulo antea ꝓpoſui,corrigere,& totam elaborare,omnino contempſerunt.Nos vero hoc facere aggrediemur proprio his dicato opere,ſi hęc prius,quę prę manibus habemus,abſoluerimus. .xvii.

.xvii.

QVotidianæ aūt cōſtitutiones,aqlonię quidem corpora denſant,intendunt & bene mobilia colo ratiora,& melius audiētia faciūt,& aluos exicant,oculos morder̄,& ſi pectus dolor aliqs obſederit,dolorē augēt.Hauſtrinæ diſſoluūt corpora,& humectāt auditū obtūdūt,capita agrauāt,& vertigines faciūt oculis atq; corporibus difficilem motum pręſtant,& aluos humectant. .xviii.

PEr tempora anni,vere qdem,& prima æſtate pueri,& qui hos ſequunt ętate optime degūt,& ſani ſūt maxime.Æſtate vero & auctumno,vſq; ad aliquid ſenes.Reliquū auctumni & hiemæ,qui mediā ętatem habent.

CVm frigidus, ac ſiccus ventus ſit aquillo,omnes corporis ꝯſumit ſuperfluitates.Robur āt adiicit ipſis inſtrumentis,ex eo ꝙ adſtrigit,& in vnū cogit denſando ſubſtantiam.Ob hoc(vt inqt)omnia meliora fiunt,& ſecundū naturæ,& animæ operationes.Nam animę qdem operationes,oſtendit per ea verba.Bene mobilia,& melius audientia.Naturę vero cū inqt.Bene colorata.Cōmunis aūt vtriſq; eſt ꝙ intentū nominat,& clarū eſt ꝙ ex vno ſenſu auditus,veluti exēplo quodā ēt de aliis oſtēdit.Hęc igitur bona adſunt aqloniis conſtitutionibus, qbus maxime perfruunt,qui ſalubre corpus habēt,& ex his ipſis humidiores. Adſunt vero,& mala quędam hiſce cōſtitutionibus,verū parua,& nō ſimilia malis,quæ hauſter affert. Cur.n.nō parua ſint & aluū cohiberi,ac morderi oculos,& pcedentes dolores pectoris excitari, noſces aūt ipſorum paruitatē hauſtralibus comparās conſtitutionibus,quas dixit diſoluere corpora.Maximum.n.hoc malū ad opus omne ſiue ad animā ſit,ſiue ad vitā pertinens.Nō paruum aūt,& malū eſt aggrauatio capitis,& difficilis auditus.De vertiginib⁹ aūt qd dicere oportet:quę pximæ ſunt morbis comitialibus,& his quos apoplexias nominant.Sed & difficilem inquit operant,& oculorum,& totius corporis motum.Parui aūt ſunt huiuſcemodi caſus.Solū autem & in ipſis quoddam mediocre,qd aluos reddunt humidiores.Hoc aūt efficiunt & alia omnia,maxime quidē propter humiditatem,verū etiā propter caliditatem.Et ꝙ in initio ſermonis ſcribitur,melius fuiſſet ordinem cōmutaſſe,vt primum quidem foret verbum humectant,ſecundum vero diſſoluunt,deinde ea quæ dinceps ſequuntur.Quia enim humectant,ob hoc & ſingula alia operantur,conferente ad hæc,& caliditate.Fiunt ſi quidem operatiōes per ſolidas animalis partes,quæ verę ſunt eius partes. Aggrauantur autem & hę qua propter & deterius operantur,propter humiditatum exceſſum. .xviij.

NOn ſolū in ętatibus,verū & in omnibus aliis,quę ſecūdū tempaturā:vel modice ſe habēt,vl' īmodice,ſiqs ſermonē in hoc loco Hippo.examinauerit vere

inuenit



inueniet,naturis ſi qdē,ętatibus,& regionibus bene tempatis,optimum tp̄s eſt qd ſūmā habet tēperiē,cū eū quo p̄ditę ſunt habitū,nō pmutari,ſed cōſeruari deſiderent,qm̄ oē qd eſt a ſimilibus quidē cōſeruat,a cōtrariis aūt tranſmutat.Quare pueroꝝ ætas,ad hęc aūt magis adoleſcentiū(hęc.n.eſt omniū ętatū optima)vere optime degunt,& eadē rōne quęcūq;,vel regiones,vel naturę ſunt bene tempatę. Adiunxit aūt veri pncipiū ętatis Hippo.in latitudinē extēdēs vniuſcuiuſq; theorematis vtilitatē.Magis āt exquiſitus ſermo fuiſſet,ſi ita ſcripſiſſet.Adoleſcētes vere pueri ętatis principio,optime degūt.In ſenibus vero pp tempaturę frigiditatē æſtas vtilliſſima eſt ſicuti his q in ętatis vigore cōſiſtunt,hiems maxīe cōfert.Hęc n.cōtraria eſt illi q̄ in his fit ex bilis multitudine,intēperaturę, Sic & naturaꝝ quę qdem bilioſires,hieme optime degūt.Pituitoſires aūt,ętate,Bene aūt tēperatę,vere.Similiter & regiones,quę qdē bn̄ tēperatę,optimū ver hn̄t:ex aliis vero frigidę æſtatē, hiemē vero calidę.Et qdē peſſima tēpora vnicuiq; ætati:atq; naturę:& regiōi:ex his q̄ dcā ſūt poſſumus inuenire,nā maxime cōtraria ſunt optimis,peſſima.Eadē rōne & media inuenies īter optima:& peſſima.Illud p̄terea aiaduertere oportet: ꝙ ver qdē optimū dr̄ cē adoleſcētib⁹,aliis vero oīb⁹ mediū:neq;.n.optimū eſt,neq; peſſimū.Sic & ad naturas,& regiōes ſe res hēt.Auctūn⁹ qdē oīb⁹ malus ē ætatib⁹,naturis, ac regionib⁹.Minus vero q̄ alię in ipſis lædunt calidæ:& humidæ p auctūnū.

.xix.

MOrbi, omnes quidē in omnibus temporibus fiunt,qdam vero magis in quibuſdam ipſorū, & fiūt, & excitantur.

.xx.

VEre & enī furores, & atrę biles, & morbi comitiales, & pfluuia ſanguinis,& anginę, & grauedines,& raucedines,& lepræ,& tuſſes & īpetigines & vitiligines poſtulæ vlceroſæ plurimæ, & tubercula,& articulorum dolores.

.xix.

SI aeris qdē ambiētis tēperatura ſola eēt morboꝝ cā,tūc nos quolibet tpe illos morbos pateremur q ſunt affines tēpoꝝ naturæ.Nūc vero cū etiā ob errata q̄ in victu cōtingūt:morbi fiāt:oēs qdē in tpib⁹ oīb⁹ fiēt,plures vero q ſunt vnicuiq; tpi natura ꝓximi.Nō paꝝ aūt in his cōfert,& dr̄ia naturaꝝ.Neq;.n. ſilr̄ ab eadē cauſa calidū corpus:& frigidū:offendi aptū eſt:vel humidū: & ſiccum, neq; temperarum æqualiter iſtis:neq; illis qui ſecundum aliquam qualitatū coniugationem a bono temperamento recedunt,ut antea diximus. .xx.

ET quomodo antea recte ab eo dictū videretur? Ver vero ſaluberrimum:& minime mortiferū,cū multę in eo fiāt paſſiones.Videtur ſi quidem magis quodlibet tempus adęquare,ſecundū morborum,quos generat,varietatem, Furores &.n. & atrę biles,& morbi comitiales,& anginę,ſunt morbi auctūnales.Grauedines aūt,& raucedines,& tuſſes,& leprę ſunt hiemales.De æſtate āt ipſe deinceps dicet comunionem eius oſtēdens ad ver.Aeſtate vero quędam hoꝝ ſ.prius dictorū in vere.Ex ſupabundanti aūt,pręter alios morbos,ver profluuia ſanguis,lepras,& impetigines,& vitiligines,& poſtulas vlceroſas plurimas efficit, tubercula , & articulorū dolores . Hæc igit̄ quæcūq; ſunt verni temporis propria,omnia periculo vacant,& tantum abſunt, vt aphoriſmum illum falſum oſtēdant,ī quo dixit.Ver vero ſaluberrimū,& minime mortifeꝝ vt potius ipm̄ videatur ꝯfirmare.Nō hoc ipſo tpe profundū corporis expurgat vitioſis humoribus,a

partibus principalibus ad cutem peruenientibus. Sic igitur & lepre,& vitiligines: & impetigines,& puſtulæ quędam vlceroſę multę generantur. Alio vero modo in tuberculis:& articulorum doloribus profundū corporis expurgat,vitioſis humoribus ad loca viliora tranſpoſitis. Quod autem & profluuia ſanguinis,& multitudinē euacuant,& vitium humorum cohibēt,& qui ex ipſis oriunt morbos, pſpicuū exiſtit. Si vero aliquod corpus bonos humores habens vernū tēpus excipiat, hoc ſeruat ſalluberrimum, nihil ex propria nouans natura. Non ſic ęſtas,vel auctūnus,vel hiems Hæc enim tempora & ſi purum corpus,& omni vacans repræhenſione ſuſcipiant, hoc quidem flauam bilem vltra modū generat oportunum: hoc vero atram hiems vero pituitā. Tale quid etiam vere contingit qd in exercitationionibus videmus fieri. Et enim hę quoque ſunt ſaluberrimę. Verum ſi hominem pituita plenum,vel flaua bile. vel atra,vel ſanguine ipſo volueris ad exercitationem perducere,aut ei morbum comitialem,aut apoplexiam efficies exercitatione, aut ſi hæc mala non euenient,periculum imminet:ne rupto aliquo in pulmone vaſe,in morbum incidat inſanabilem. Multi vero cum febricitare cœpiſſent propter exercitationes acutiſſimis morbis fuere correpti, Quibus vero vicem purgationis humorum qui ſunt in profundo corporis exercitatio ſuppleuerit, ad cutem euocans malorum humorum abundantiam:his & vlcera: & ſcabies inde generatur,& hoc innuens dicebat Hippo. Si impurgatus laboraueris: vlcera erumpent. Et quidem verno tempore ex aere calor ambiente humores diffundens educit ad cutem,& hoc quoque opus ipſis exercitationibus perſimile exiſtit. Non ſolum autem ipſarū operibus veris opera aſſimilantur,ſed & naturæ ipſius,cuius opera & occultā per totum corpus facere tranſpirationem,per quā excernunt ſupfluitates,nec non & corpus in morbis variis modis expurgare.

.xxi.

AEſtate autem nōnulli horum,& febres cōtinuæ,& ardentes,& tertianæ febres plurime,& vomitus,& alui profluuia,& lippitudines oculorum & aurium dolores,& oris vlceratiōes, genitalium putredines,& ſudamina.

.xxi.

AEſtate inqt & nonnullos ex vernis morbis fieri,circa initia eius videlicet. Nam q̄ fini veris cōtinuantur,ſicuti ſimilem habēt temperaturā cū æſtate ita & in morbo℞ generatione cōmunicat. Inquit.n.alios quoſdā æſtate generari illi ꝓprios,veluti febres ꝯtinuas,& ardentes,& tertianas. Et(ut ſimplr dixerim)q̄cūq; ex flaua bile mala corpibus accidūt. Nā & vomitus hac p ſūma natāte fiūt,e vētris ꝓfluuia ad inferiora defluēte,& lippitudines quoq; æſtatē plurimæ ut pote repleto capite,ſic & auriū dolores,& alia ſimilia æſtate corpus patit ex capitis repletione,aliam ad alias corporis partes ſupfluitatē deponentis. Oris autem vlcerationes,q̄ ꝓpter bilioſum humorem contingant, perſpicuum exiſtit, Genitaliū vero putredines,non ſimplr:ſed quādo æſtas,aut humida magis fuerit, aut nullus flauerit ventus,aut hauſter in ea abundauerit,nā cū plurimū a mō naturæ receſſerit ad humiditatem:aut flatuū carentiā,nō genitalium tantum putredines facit,ſed & cuiuſcunq; ptis alterius,qualis eſt illa quę ſcribit in tertio Epidemia℞ ꝯſtitutio,vel in ſecūdo circa eius initia. Quæ vero paruæ ſunt aeris euerſiones,genitalia tangūt, vt quæ ob humiditatē,ac caliditatē, ex quacūq; occaſiōe ſint parata putreſcere. Quare cū propriā æſtas ſuauerit tēperaturā:q multis ſupfluitatibus



tatibus infeſtantur,quando hæ aliquam ob cauſam ad genitalia defluxerint: ipſorum putredines patiuntur. Sudamina autem,e genere puſtularum ſunt in ſumma hærentium corporis parte:quæ inſtar vlcerum cutē exaſperant. Proueniunt autē quēadmodū & ipſum oſtēdit nomen pp multos ſudores:q vel bilioſiores:vel oino mordaciores exiſtunt:mordent enim hi cutem,& pruriginoſam efficiunt:& per modum vlcerum exaſperant.

.xxii.

AVtumno vero & plurimi æſtiui morbi fiunt,& febres quartanæ,& erraticæ,& lienes,aquæ intercutē, & tabes,& ſtillicidia vrinæ,& difficultates inteſtinorū,& leuitates inteſtinorū,& coxendicum dolores:& anginæ,et anhellatiōes(quas gręci aſthmata vocāt)ilei,morbi comitiales,furores,atrę biles.

.xxii.

IN auctūno inqt,& æſtiuo℞ morbo℞ pmulti fiūt,manēte adhuc æſtiuo humore in ipſo flaua bile.ſ. Neq;.n.ſicuti æſtas veri ſupueniēs humores euacuat:ita & auctūnus æſtiuos ſed ꝯtrariū in toto accidit. Nā ex partibus extimis ad intimas ducit. Cū rōne igit æſtatē inqt nōnullos ex morbis vernis generare,auctūnum vero nō ex æſtiuis aliquos:ſed multos. Et qdē quartanas febres in hac ipa hora fieri inqt:qa.ſ.ex atra bile ortū habēt q̄ duplicem habet generationē. Alterā qdem ex flaua bile ſuperaſſata. Alterā vero ex ſanguine craſſo. Fiunt aūt & erraticę febres in auctūno pp tēperaturæ inęqualitatē,& lienes magnę,ob atrę bilis ſupfluitatē,& aqua inter cus ex liene ꝯtingit. Et ſi qua diſpō tabida in dubio eſt:maxime auctūno depræhendit pp frigiditatē,ac ſiccitatē,& tpis inęqualitatē. Nihilominus aūt & pp humo℞ prauitatem. Fiunt aūt ob eaſdem cauſas eo tpe maxime vrinæ ſtillicidia. Nam veſica in exordinatis:ac repētinis ad calidū & frigidum pmutationibus refrigeratur. Et quæ ex malis humoribus fiūt acritudines,ipſam moleſtant. Et tum pſertim cum facta ad frigiditatē ſubita cōmutatio, eos qui hactenus difflabantur:& per ſudores euacuabantur humores ad veſicam cōuerterit. Leuitates vero inteſtinorum ſunt veloces,& ſine aliqua tranſmutatione cibo℞ excretiōes aut pp exulcerationē in ſūma pte vētriculi:aut inteſtino℞ quę eodē mō fit quo illa quæ in pueris græco vocabulo aphtæ, ideſt oris vlcera nominant, vel pp potētię retinētis imbecillitatē. Quo℞ primū ex mordacibus & ſubſtantiam tenuē hūtibus humoribus fit. Secūdū vero ex magna vētriculi,atq; iteſtino℞ prouenit intēperie. Hæc ambo vero maxime auctūno fieri cōtingit. Coxendicū aūt dolores ex malignitate humorū & frigiditate fieri par eſt. Anginę vero ex bilioſis humoribus ortum habēt,qui ad fauces decumbunt ab illis quæ vere fiunt differētes,qm ille ſunt quodāmodo pituitoſiores,& quæ aſthmata:ideſt anhellationes græci vocant:tum propter humorum motum ad partes interiores,tum pp frigiditatē fieri conſueuerunt. Propter hæc eadem & qui ilei:ideſt voluuli nominant:ſunt autem cibi ſuperfluitatū quæ per aluum inferiorem excernuntur retentiones:quæ magna ex parte fiunt ex alicuius inteſtino℞ partis inflāmatione. Maxime vero par eſt,ut in frigido,ſicco,& inæquali,& malos gignēte humores tempore,partes ad ventriculū,atq; inteſtina attinētes offendant. Nam q æſtate tenues,& bene mobiles humores ſunt generati,auctūnus excipiens qui frigidus ſimul,atq; inęqualis exiſtit:ad pfundum corporis agit. Sunt autem in profundo etiā inteſtina, Morbi vero comitiales acci

dunt his qui naturam habēt ad hanc paſſionem procliuem, propter repentinam ad cōtraria tranſmutationem. Calor.n.media die, frigus vero in prima, & vltima parte. Nihil autem adeo morbi comitialis acceſſiones, ſicuti talis varietas: aptū eſt generare. furores vero ob tenuem, ac bilioſorum humoꝝ eueniunt malignitatē, ſicuti melancholię ex atra bile, de qua paulo ante dictum eſt. .xxxiii.

Hiemales morbos poſt auctūnales exponens, non eodem modo ſicuti prius, dixit, neq; ꝙ hieme multi ex auctūnalibus. At qui prius ī æſtiuis ipſos comparans vernis, ita dixerat. Aeſtate vero horum nōnulli. In auctūnalibus aūt auctumno, & æſtiuoꝝ multi. Nunc vero morbos hiemis ſimpl̄r cōnumerauit ſiue ꝙ ex cōī voluerit hoc quoque in loco ſubaudire dictorum aliqd, vel ſimpl̄r oſtendens, tāq̄ nihil auctūnale tp̄s cū hiemali cōmunicet. At ꝗ primas partes hiemis fit rōnabile, atq; ita experientia cōprobat cū auctūno cōicare. Ipſe.n.inqt. Aeſtiuę quartanæ magna ex parte fiūt breues, auctūnales vero longę, & magis quę ad hiemē cōiungunt̄, niſi qs dixerit ip̄m de illis, q̄ inextrema auctūni p̄te generant̄ facere mentionē. Verū morbos hiemis ꝓprios hoſce vult eē laterū, & pulmonis paſſiones, qm̄ inſtrumēta reſpirationi ſeruientia ex frigiditate lędunt̄, cum alia ita bene poſſumus obtegere, ut nihil aut minimū ſentiant ambientē frigiditatē. Anhellitum vero nemo pōt cohibere, neq; aliter datur reſpirandi facultas. Ob hanc igit̄ ipſam frigiditatem, tuſſes hieme maxime fiunt, & laterum dolores, & ob eādem ēt caput oblęſum, grauedines, tuſſes, atq; raucedines operatur. Fiunt aūt, ſicuti dolores lateꝝ ob frigiditatē, ſic & capitis atq; lumboꝝ, & omniū partiū neruoſarum, vertigines quoq; cerebri lęſiones ꝯſequunt̄, ſicuti apoplexiæ. Nam & hæc paſſio fit cum caput repletur pituita. .xxiiii.

.xxiii.

HIeme vero morbi laterales, & pulmonis inflāmationes, grauedines, atq; raucedines, tuſſes, dolores pectoris, & laterū, atq; lumborū, capitis dolores, vertigines, & apoplexię. .xxiiii.

IN Ætatibus autem talia contingunt paruis, & nuper natis puerulis oris vlcera (quæ aphthæ vocantur) vomitus, tuſſes, vigiliæ, pauores, vmbilici inflāmationes, aurium humiditates.

QVæ ad ætates attinent diligētius elaborauit, q̄ quę ad anni tp̄a facta in minores p̄tes diuiſione. In puerulis igit̄ nouiter natis, ait fieri aphthas, ſic aūt gręci vocāt vlcera q̄ ſūmam oris occupant partē ob mollitiē maxime facta inſtrumentoꝝ quæ neq; tactū, neq; lactis ſuſtinēt q̄litatem, ꝙ nō paruā in ſe ſeroſam continet partē. Hæc autem pars vim habet abſtergendi. Quare non mirū ſi in corporibus mollibus quaſdā per ſūma facit exulcerationes. Vomitus aūt tunc his fieri par eſt, propter lactis qd̄ aſſumūt multitudinē. Vigilię vero haud quaq̄ ipſis ſunt aſſuetę, vt qui maiori parte tēporis dormiant, niſi forte ob ipſam paſſionem fieri infantibus vigilias obtinet̄, ſiquidem ſomni abundantia ipſis maxime ſecundum naturam ineſt. Et pauores etiā per ſomnū infantibus adſunt, his p̄ſertim qui ſunt natura edaciores, quādo loca ad ventriculum pertinētia ſenſu quidem vigeant, ſed imbecillia exiſtāt, cibus vero corrumpitur. Nos ſi qdem obſeruauimus, non in tantilis ſolum, ſed etiam in ætate perfectis, terribiles fieri p ſomnos imaginationes. Quando multi, & vitioſi humores grauant, & mordēt ven

triculum



triculum, p̄ſertim ipſius os. Hæc.n.ipſius particula p̄cipuū habet ſenſum. Vmbilicoꝝ aūt inflāmationes nō multo antea p̄ciſoꝝ, non ſine rōne nouiter natis puerulis accidunt, non ſecus, ac ſi qua alia pars foret vlcerata. Verum & auriū humiditates morbis annumerat: non tamen, & palati, & narium in eodē nūero ponēs: qm̄ naturę ꝯuenit p nares, atq; palatū cerebri ſupfluitates expurgare, & fit hoc ēt his qui ſunt ætate p̄fecta. A natura aūt aliena eſt expurgatio p aures. Verū & infantibus ēt p aures cerebrū expurgatur, & recte Hippo. iter ꝓprias huius ætatis paſſiones, ēt auriū ſcripſit humiditates. Eſt quidē igit̄ & totū corpus nouiter natis puerulis maxime humidum, adeo ꝙ & oſſium natura in ipſis potius cęrea, q̄ lapidea videat̄. Pre cæteris vero partibus cerebrū humidū exiſtit, vt qd̄ etiam in p̄fectis talē hēat intēperaturā. Quare nō abſq; ratione eis, cū ſuperfluitates abūdent per oīa excernunt̄ foramina.

.xxv.

IN PRogreſſu vero cum iam dentire incipiunt, gingiuarum prurigines febres, conuulſiones, alui profluuia, & maxime cum caninos edunt dētes, & his p̄ſertim pueris q craſſiſſimi ſunt & aluos duras habent. .xxvi.

CVM Vero iam magis adoleuerint, Tonſile, & vertebrę q in occipitio ad interiora luxationes, crebri anhellitus, quos gręci aſthmata vocāt, calculi lumbrici rotondi, Aſcharides, verrucæ q̄s gręci acrochordona vocāt, ſatyrię ſtrumæ, & alia tubercula, ſed p̄cipue añdicta.

.xxv.

PRurigines qdem gingiuarū fieri cū dentes pullulare incipiūt pueruloꝫ, nihil mirū, prurigo.n.pruritus qdam eſt cū pauco dolore febres vero, & cōuulſiones, atq; alui ꝓfluuia accidūt pueris q iā dentire incipiūt, & nō adhuc morātur, quēadmodum & ipſe oſtendit inquiens, & maxīe cū caninos edunt dentes. Liquet autē ꝙ perforatis gingiuis a dentibus prodeūtibus, hi caſus eueniunt, quēadmodū vbi ſtimulus infigitur carni, & ſane plus dentes affligūt quā ſtimuli. Hi ſiqdē ſemel firmati in mēbro quieſcunt, cui ab initio infixi ſunt, dentes vero ſemper procedunt, & tantum quantum augentur. Febricitant ergo hac ætate pueruli, & pp dolores, & vigilias, & inflammationes. Conuulſiones autem eis accidunt, tum propter hæc, tum propter crudum alimentū, & quia neruoſæ p̄tes nondum ſatis validæ ſunt. Ad hæc oīa etiam ex neceſſitate ventris ꝓfluuia ꝯſequunt̄, quoniam alimentum nō bene coquitur, neq; diſtribuitur. Quod autem dicitur pueris qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent, ad conuulſiones refertur, cū his maxime pueris dicat cōuulſiōes fieri q craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habēt. Tales.n. plenum corpus habent, & abundans ſuperfluitatibus, & ideo cōuulſionibus facile capiuntur, maxime vero naturas has cōuulſiones offendunt. .xxvi.

PRimum quidē ſcripſit de recens natis puerulis, deinde illis qui dētes edunt. Nunc vero de his qui mediam habent ætatem, inter illos qui iam dentes ediderunt, & qui ſunt pubertati proximi. Nam deinceps ſequenti aphoriſmo illorum cōmeminit, qui quartum ordine obtinent locū. Verū teriam ætatem quę nunc proponitur, quæ vſq; ad duodecimum, & tertium decimum annum progredit̄ capi ait paſſionibus: quaꝝ primas tonſillas nominat, quæ ſunt locorum ad iſthmum attinentiū inflāmationes. Hic aūt per iſthmum oportet intelligere par-

tem illam quæ os:& gulam interiacet:quæ per metaphoram quādam ita nominatur ab his q̄ proprie dicunt̄ iſthmi. Sunt autem anguſti quidam terrę tranſitus inter duo maria ſitæ. Hæ aūt tonſilæ ſunt:nonnunquam ſolius tunicæ ventriculo ac gulæ:& faucibus, totiq; ori communis inflammationes, nonnunquam vero,& ſubiectoꝝ ipſi muſculoꝝ,quādo & vertebræ quæ eſt in occipite fiunt ad interiora motiones,de quibus poſt tonſilas inquit. Et vertebrę q̄ in occipitio ad interiora luxationes,nā a muſculis inflāmationē patientibus vertebra hæc tracta, ad partē inclinat ceruicis anteriorē. Nominauit aūt hanc partē Hippocrates, nō anteriorē,ſed interiorē,vt ad vertebrā retro locatā ſuum ſermonē referens,corporis ſiqdē ad ꝓfunda traductio,ſiue ex anterioribꝰ,ſiue ex poſterioribus,fiat ptibꝰ ꝑ vnum verbū,ſcilicet intra,monſtratur. Quid igitur Hippocrates in nouiter varis puerulis neque de tonſillis,neque de vertebræ quæ eſt in occipitio luxatione aliquid dixit,cum tamen & iſti nihilominus cerebrum humidum,& plenū habeant ſuperfluitatibus,adeo ꝙ ſubiectis partibus poſſunt demittere fluctiones:an quia hac ætate prius moriuntur,q̄ ſubiecti faucibus muſculi vna cum neruis fortem ſubeant inflammationem,adde ꝙ hi partes habēt molliſſimas,atq; ideo nō poſſunt vehemētius intendi,ita vt vertebra intus ad ipſas attrahatur,& quidem & aſthma (ſic autem græci vocant cerebrum anhellitum qualis currentibus accidit,aut quouis aliomodo ad vehemētem ductis motionem) Sed in his quidem fit ob exercitiū quod multa indiget animalis reſpiratione. Vbi autem non adeſt exercitiū,ob anguſtiam eorū quæ ſunt in pulmone ventriculorū,hæc vero anguſtia fit repleto viſcere an his quæ de ſuper veniunt fluctionibus,hæ autem fluctiones plures quidē in recenter natis puerulis ſunt. Cito autem ipſos interficiunt,quoniā & aliter male ſe habēt. Nam ex vtero ad aerem ambientem tranſitus,& alimenti mutatio,& ſi aliqua ad ſit inflammatio,ab initio quidem locorum ad vmbilicum attinentiū,poſtea vero obdentium generationē,ex his omnibus fiunt imbecilliores,& vix ea quę dixi tollerant mala,nedum ſi ad hęc etiam fluctiones acceſſerint poſſint ſuſtinere, vbi ad pulmonē decuberint. Lapis vero propria eſt paſſio pueroꝝ qui ob edacitatem non paucos crudos humores coaceruant,ex quibus pars craſſior vna cum vrinis ad veſicam perueniens fit lapidū generationis materia. Accedit altera cauſa, vehementia caliditatis. Aceruāt enim & ſenes humorē crudum non paucū,non ꝓpter edacitatem,vt pueri,ſed propter potentię concoquentis imbecillitatem,nō tamen calorem fortē habent qui ex materia craſſa vaporem reſoluens lapitudinem generet. Lumbrici vero,atq; aſcarides videntur alijs animalibus proportionaliter gigni,quę non ex ſeminibus,ſed ex putredine habent generationē. Sola enim putredo hæc non eſt ad generandum ſufficiens,ſed & calore plurimo indiget. Cibus autem plerumq; corrumpitur in ventre, & pręcipue inferiore puerulis,verū caliditas in valde tenelis nondum materiam obtinet,in adultioribus autem & materia idonea eſt ad animalium talium generationem, & prætereа caliditas ad eſt. Aſcarides igitur ſunt tenues quidam lumbrici qui in parte maxime inferiore craſſi inteſtini gignuntur, & plurimi apparent in iumentis male cibum coquentibus, quorum malam coctionem fetor indicat excremētorum. Aliud vero genus lūbricorum eſt rotundorum,qui in ſuperioribus magis inteſtinis generantur, adeo ꝙ ad ipſum quandoq; ventriculum aſcēdunt. Multo vero plures hi, q̄ aſcarides gignūtur in pueris. Rarior autem eſt lumbrici lati generatio, qui & longiſſimus eſt,& ſæpe per tota extenditur inteſtina. Verū de hoc nullam fecit Hippocrates

mentionem



mentionem,quoniam neque eius erat propoſitum:de omnibus agere paſſionibus, quæ mortalibus accidunt:ſed de illis tantū quę in ſingulis ętatibus fiunt. Ob hāc igitur cauſam ipſe enumeratis iam dictis,deinceps verrucarū genus:qđ gręci acrochordonas vocāt,& ſtrumas adiecit:quæ ſunt vitiatę multitudinis ad exteriora,& autem repentis germina paſſiones. Omne autem ipſorum genus tubercula nominat,ita deinceps ſcribens. Acrochordones,ſtrumę,& alia tubercula. Quędā autē ex his præcipuo vocabulo tubercula nominātur, quædam ſponte naſcentes & ſubito factæ inflammationes, quæ celerrime in altum attolluntur acumen,& celerrime etiam ſuppurantur, & plurima eſt horum in inguinibus,& aliis generatio: quoniam & in his partibus plures ſunt adenes qui apti natura ſunt ad has ſuperfluitates prompte excipiendas horum paſſio ſtruma quoque eſt, non ex calida materia,neq; ad ſuppurationem properante:ſed pituitoſiore,& frigidiore conſiſtens. •xxvii•

•xxvii•

GRandioribus autem,& iam accedentibus ad pubertatem plurima ex his,& febres diuturne magis, & ex naribus ꝓfluuia ſanguinis. •xxviii•

PLurimæ aūt paſſiones puerulis iudicantur,nōnullę quidē in quadraginta diebus. nōnullę in ſeptē menſibus. nōnulle vero in annis ſeptem quædā vero iam ad pubem accedentibus. Quæ vero permanſerint, nec in pubertate finierint puerulis,aut fœminis cū mēſtrua erumpūt,conſeneſcere conſueuerunt.

INcipiūt q̄dē pueri pubeſcere poſt annū q̄rtū decimū. Qui aūt ꝓpe ad hāc ætatem accedūt illi eſſent,q̄ aut duodecimū,aut tertiū decimū,aut quartum decimum agunt annū. Neq;.n.eſt vnus omniū certiſſimus terius pubertatis ꝓp caliditatē,& frigiditatē temperaturę. Calidi.n.citius,frigidi vero tardius pubeſcūt. Laborāt aūt pueri hi plurimis q̄dē ex morbis antea dictis ꝓp ſimilitudinē temperaturę,& ꝑterea febribus diuturnioribus:q̄ priores nō tū aliq̄d dixit de his q̄ illa ętate febribus ſupabundant. Verum ex eo qđ nūc dicitur clarum eſt ꝙ oſtendit ipſas acutas eſſe. Alterātur enim puerorum diſpoſitiones citiſſime propter corporis humiditatem,& naturalis potentię imbecillitatē. Sanguinis vero profluuia ex naribus fiunt in tali ætate conſtitutis,quoniam hic humor in ea incipit ſuperabūdare,nō q̄a plus de eo generet̄,quā prius:ſed q̄a nunc minus abſumit̄ ex ipſo, ꝓpterea ꝙ & augmentū minus eſt hac ætate,q̄ priore,ut ad corporis ꝓportionē. •xxviii•

SI verbum,diutinę,ſermoni adiectum eſſet melius foret,vnde & nōnulli nomē paſſionis,de diutinis tantum ipſum arbitrantur intelligere. Verum contra hoc ſunt ſermones tales,quibus ipſe vtitur in aphoriſmis. In accutis paſſionibus raro,& in principiis vti medicationibus. Et tenues victus & in longis ſemper paſſionibus,& in acutis. Manifeſtum itaq; ex his eſt, ꝙ non in diutinis tantū,ſed ēt in acutis dicere ꝯſueuit Hippo. nomē paſſiōis. Videt̄ aūt hoc in loco,aut de diutinis paſſionibus intelligere,aut defectū ſermonē ꝓtuliſſe. Nos vero ipſum ſupplētes dicemus ita, Plurime aūt puerulis diutinę paſſiones iudicant̄,nōnullę q̄dē in quadraginta diebus,nōnullę vero in ſeptē mēſibus,q̄dā i ſeptē annis. Ex diebus aūt quadrageſimus p̄mus eoꝝ eſt ex q̄bus morbi diutini iudicant̄. Vltimus āt inter illos q̄ acutos ex intercidentibus iudicāt,ſicuti ēt ſupra notauimus q̄cunq;

vero hunc tranſcendunt numerum, ſecundum ſeptiman: rationem habent iudicii,
non a ſeptem iam diebus cõnumeratis: ſed primum quidem menſibus, deinde annis
Et quidem ꝙ qui hoc tempus tranſcendunt, ad quartum decimum annũ perueniũt
manifeſtum. Nam ſecunda ſeptimana in hoc completur tempore, & alias in puber
tate magnæ fiunt corporis commutationes, in fœminis maxime propter meſtruo
rum eruptionem. Quare ſi qui morbi: neque hac ætate finiuntur, vſque ad lon
gum tempus perdurare conſue
uerunt.

.xxix.

IVuenibus aũt ſanguinis ſpu-
itiones, tabes, febres acutæ,
morbus comitialis, & alii: ſed
pręcipue antedicti.

.xxix.

CVM primas ætates ad
pubertatem vſque mi-
nutiſſime diuiſerit, ne-
ſcio quomodo adoloſcentũ ęta
tem prætermiſerit, quæ me-
dium optinet locum inter pu
beres, & illos qui conſiſten-
tis ætatis vigorem habent. Verum ex aliis quas tetigit licet: & de iſta conice-
re quæ in multis quidem commmnicat illis quæ, ex vtraque parte ipſam circum-
ſtant, ſed hoc habet peculiare in maribus, ſanguinis ex naribus profuſionem: de
qua commeminit in illis qui ſunt prope pubertatem. Nam hic caſus incipit illa
ætate apparere, ſed maxime viget in adoleſcẽtibus, deinde ſubſiſtit in viris. Verũ
hanc ætatem tranſgreſſus Hippocrates: ad illam quæ eſt iuuenum peruenit, & pri
mum ſanguinis ſputum ſcripſit, ac tabem: deinde febres acutas: & poſt has morbũ
comitialem: deinde poſt hæc ait, & alii morbi: ſed præcipue antedicti recte quidẽ
hoc adiciens. Nam rem ita ſe habere indicat viſus. Cum vero nõ ſat plene de acu
tis febribus dixiſſet: neque enim dicere ſimpliciter oportebat acutas: quæ & in
pueris nihilominus fieri videntur. Sed ex acutis tertianas maxime & febres ar
dentes: Hæ enim præ cæteris febribus ſunt bilioſiſſimę, & plurime iuuenibus acci
dunt, quoniam & flaua bilis hac ipſa ſuperabundat ętate: in qua morbi tales i ſum
mo vigore conſiſtentibus accidunt. Tabem autem & ſanguinis ſputum: non ſecun
dum ætatis naturam patiuntur: ſed ſecundum aliquiqd qđ ei accidit magis, quare
& antea dicebat ꝙ ſenes plurimum minus ægrotant iuuenibus, vbi & nos diximus
ꝙ ob incontinentiam iuuenibus, nõ ætatis imbecillitatẽ, ęgritudines plurime acci
dũt. Secundum hoc igitur, & iuuenibus profluuia ſanguinis accidunt: aut quia vul
nerantur: aut q̃a franguntˀ, aut ſaliunt, aut clamant vehementius: vel quia refrige-
rantˀ, aut humi cubant: aut replentˀ, aut ꝑꝑ aliquã huiuſcemodi cauſam. Ad ſputum
vero ſanguinis tabes ꝯſequitˀ. Quare & ꝑꝑ hæc talia iuuenes ex accidenti ægrota
bunt non primũ, neq; ætatis ratione. Morbi autẽ comitiales: q̃uis malo victu vtã
tur, tamen ipſis non acciđũt multi, ut mihi mirari ſubeat. quomodo & hos Hippo
crates ſcripſerit, cum in aliis, non modo ꝙ abundant in pueris dixerit: ſed ꝙ etiam
ex hac cauſa morbus puerilis nominatur, & ꝙ ætatis mutatione ſanantˀ. Fiunt igitˀ
& in quibuſdam iuuenibus morbi comitiales qui prius non erant, propter victus
errorem, quem in his quę aſſumuntur admittunt: & in aliis quæ ab ipſis aguntur
operibus: & quia humi cubant, & ſoli ſe exponũt: & imbribus: atque aliis ſimilibus.
Verum hi morbi non multi ſunt. Et fiunt quidam alii morbi eadẽ ratione. Quare
melius fuerat ita ſcribere aphoriſmũ. Iuuenibus autem & omnes alii morbi quos
diximus aliis accidere ætatibus: ſed præcipue ardores: & tertianę febres.

.xxx.





IVuenũ ætas q̃rta ſeptimana terminatˀ. Iuxta hoc igitˀ & ipſe in ꝓgnoſticis dice
bat. Magis aũt expectare oportet ſanguinis qđẽ ꝓfluuiũ in his qui nondũ tri
gitaquinq; annos attigere. Nam quę iuuenibus ætas ꝯtinuatˀ, ad duas ſequẽtes
ſeptimanas extenditˀ, in qua ętate oĩa vitę munia ęque atq; illi, q in viginti æta
te ꝯſiſtunt, conantur peragere, non tamen eodẽ modo ad labores ſufficiũt. Nam ex
aduſtione, & algoribus: & humi cubatu: vigiliis, atq; repletiõe: plus q̃ illi offendun

.xxx.

VLTra hanc ætatem aſthma: ideſt
creber anhellitus morbi laterales,
pulmonis inflãmationes, lethargi
phrenetides, ardores, diuturna ꝓfluuia,
choleræ, difficultates inteſtinoꝝ, leuitates
inteſtinorum, hæmorrhoides.

tur. Et qđẽ hoꝝ tẽpatura plus
atrę bilis habet, atq; ideo i ea
mĩti inſaniũt, veluti ex anni tpi
bus in auctumno. Sicuti. n. hoc
tp̃s frigidũ exiſtens, ruffam exci
pit bilẽ tpe æſtiuo exaſſatã, ſic
declinantiũ ętas iuuenilem, quę
maxime æſtati ſimilatˀ, ſubſequi
tur. Et mirandũ eſt cur i ea non
ſcripſerit melancholiã. Ego tñ
in qbuſdam exemplaribus hanc quoq; ſcriptã inueni: ſiue aliqs ſit auſus apponere
id qđ defecerat: tãq̃ ab Hippocrate ꝑtermiſſũ, ſiue ab aliis q exẽplariũ errori fidẽ
adhibuerunt. Moriuntˀ autẽ & ex tabe hac ætate, & ex iuuenibus q̃cunq; ex ſangui
nis ſputo in tabẽ inciđũt, ex ea moriuntˀ. nõ tñ hac ætate multi ſanguinem ſpuunt
q̃m neq; in talibus ſanguinis eſt multitudo. Aſthmaſi vero. i. crebris anhelitibus
& pulmonis inflãmatiõibus, ac lateꝝ doloribus magis capiuntˀ q̃ iuuenes: ut q &
victu ſimili, & laboribus ẽt vtanˀ, ſed multo imbecillius q̃ illi corpꝰ hñt, & oĩno eos
quos ꝑtermiſit in ætatibus vigore ꝯſiſtentiũ morbos noĩare, eos nunc oẽs enume-
rat. Nã & phrenitides, & ardores, & cholerę, & difficultates inteſtinoꝝ nihilominꝰ
iuuenibus q̃ declinantibus accidũt: occaſionẽ ſui ortus ex flaua bile capiẽtes. Diu
turniora autem in declinantibus ventris profluuia contingunt ꝓpter alimenti di-
ſtributionis defectũ. Nam oĩum fere ętatũ, ea quæ iam declinat paucis indiget ad
corporis reſumptionem, ſi quidem & id quod ex ipſis reſoluitur pauciſſimum eſt.
Neque enim corpus ſimiliter calidum, ſicuti prius: neque amplius in augumentum
quicquam in ea abſumitur, ſed neque virtute contentiua ſatis imbecilli: ſicuti in ſe
nibus, plus aliquid ex corpore defluit. Quia igitur ventris profluuia: vel coctio
ne, vel alimenti diſtributione fruſtratis accidunt: fiunt autem & propter bilis acri
tudinem abradentis inteſtinum, hæc autem omnia in declinantibus ſunt, non ſine
ratione in eis alui profluuia diutina ſunt: febres quidem lethargicæ fiunt ex hu-
more pituitoſo in cerebro aceruato. Prioribus autem ætatibus humor hic deficit
magis quã ſuperabundet. In ſenili autem ætate plurimus quidem eſt: verum pro-
pter ętatis frigiditatem febres non accẽdit. In his autem qui ab ætatis vigore de
clinant, & hic humor ſuperabundat. & nondũ corpus frigidum eſt. Leuitates vero
inteſtinoꝝ: oſtenſę ſunt hę qdem a frigida fieri pituita, hæ vero a ſola intempera-
tura quæ vim alui contentiuam reddit imbecillem. Quæ autẽ ab vlceroſa fiũt di-
ſpoſitione, hę oẽs in declinantibus ſuperabundãt. Sanguinis vero per ora venarũ,
quod gręci hęmorrhoidas vocãt: profluuiũ: vere huius ętatis eſt paſſio: ſicuti ſunt
atrę biles. Fit enim ex atra bile quando ad venas quę in ſede ſunt repente decum
bit, a me quidem omnium enumeratarum paſſionum cauſa fuit explicata. Scien-
tia autem, cum horum probatione illis adueniet qui legerint demõſtratiões, quas

ſuper his in noſtris ſcripſimus tractationibus quæ tot ſint:ac quales & quā doceāt
contemplationem,legenti librum de ordine noſtrarum cōmentationum: licebit di
ſcere. Ex his.n.ꝑmotus,qūo eaꝝ ſingulæ ſint ꝑlegendę cognoſcet. .xxxi.

SEnes a ſenioribus nōnulli Hippocratis ſecratores diſtingunt. Nomen ſenio-
rum vltimæ ætati tribuentes:& hoc perpetuum eſſe exiſtimantes. Senes au-
tem in priori ętate ſtatuentes quę media eſt inter iuuenes,ac ſeniores Sed nūc
manifeſte monſtrauit ſe ſenes
eos qui extremā agunt ętatem
nomiare:quare ad ipſos ſermo
nē terminauit:vt quia iam iam
omnes ætates percurriſſet. Hi
vero ſępiſſime a deſtillationi-
bus:quæ ſunt cum tuſſe,capiū-
tur:quoniā partes ad caput at
tinentes in ipſis facilime refri-
gerantur:& quia multę in ipſis
fiunt pituitoſæ ſuperfluitates

.xxxi.

SEnibus ſpirandi difficultates diſtilla
tiones cum tuſſe,vrinæ ſtillicidia,vri
næ difficultates articulorum dolores
renum paſſiōes,vertigines apoplexiæ, ma
li habitus,pruritus totius corꝑis, vigiliæ,
alui,oculorum,& narium humiditates vi
ſus obtuſus,glaucedines,auditus graues.

cum iam ſatis frigidam cerebri habeant tēperaturam. Aſthmata vero hoc eſt cre-
bri anhellitus,ex his diſtillationibus ortum habēt,cum alioquin : & ipſa ſpirandi
inſtrumenta non raro habeāt proprium ſui algoris principium,quando & in ipſis
multę.ac craſſę ſuperfluitates generantur:& præterea virium imbecillitate præ-
ſente,renes ſępius obſtruunt:& lapides generāt,quādo tenax:vel craſſa ſuꝑfluitas
ibi firmata in ſimilem callo ſubſtantiā tranſierit. Articulorum autem dolores fiūt
fluentibus aliqñ ad hęc loca ſuperfluitatibus aliqñ vero pp inſtrumentoꝝ, q̄ natu
ra ad eoꝝ motionem fabricauit,frigiditatem. Vertigines aūt ipſis accidūt pp ſpi-
ritum vaporoſum:qui in partibus cerebri inordinato cietur motu:ſępius vero &
in ventriculo vitioſis ſuperfluitatibus aceruatis ad cerebrum fertur exaltatio va-
poroſa. De apoplexia autem quid oportet dicere? Nullus enim morbus adeo eſt ſe
nili ętati familiaris:quoniā in ea cerebrum pituitoſis replet ſuꝑfluitatibus. Si qđ
vero vlcus aduenerit ſenibus difficulter ſanatur propter defectum ſanguinis:& fre
quenter ſe ſcalpunt:qđ prurigines appellant:quoniam illę quę pruritum operant
ſuperfluitates,difficilem habent per cutem euacuationem,rationabile, ſi qdem exi
ſtit:& cutem in ipſis ex frigiditate denſari:& ſuperfluitates,plures ſimul,ac craſſio
res exiſtere:pluresq; ipſoꝝ:neq;.n.oēs:continuo vigilant,ꝙ eis accidit: quia ſene-
ctus plena curarum eſt:& ꝓterea corpus hēt exiccatū:vnde & tunc magis vigilare
ꝯtingit:qñ integra ſanitate fruunt. Dictū autē a nobis eſt.& in cōmentariis de tem
peraturis ipſas qdē corꝑis ꝑtes in ſenectute fieri ſicciores:ſed multitudinem ſuper
fluitatum pituitoſarū aceruari:ob quā cauſam nō temere a multis putat ſenectus
frigida & humida. In quo autem tꝑe hę plures aggregant:fiūt ſenes magis ſomnu-
lenti. In quo vero bene excernuntur peruigilāt. Contingit autem & pauciores ſup
fluitates generari,& citius excerni:magis eo tempore: quo ſalubriter degūt:vnde
& maxime propria paſſio ſenilis ętatis videtur eſſe vigilia. Humiditates autem in
ipſis,& oculorum,& narium,liquet fieri,propter cerebri ſuperfluitates, quibus eis
ad aluum defluentibus:& ipſa ſępius humectatur. Hebetes autem viſus,& graues,
auditus:propter potentię ſenſibilis accidunt imbecillitatem. Glaucedines vero pp
imodicam inſtrumentorum ſiccitatem:& quia ſpeciem habent ſuffuſſionis .i.

Ad vteros



AD VTEROS Fœtuum cōnexus eandem habent ꝓportionē quam
fructus ad plantas. Hi ſi quidem in prima generatione debilioribus
capulis continentur:& ideo facile decidunt quando vehemētior vētus
ipſos concuſſerit. Poſt hac aucti,difficilem habēt a plantis diſſolutio
nē:ſicuti rurſus cū ꝑfecti ſunt ſpōte ſua ſine vi extrinſeca decidūt. Eo
dē mō & ꝯceptus,i primo qdē tꝑe ſeminis iniectionis,ſi aliquādo ſaltare contigerit

## GALENI IN HIPPOCRATIS aphoriſmos liber quartus, interprete Nicolao Leoniceno.

.I.

VTERO GERENTES Sunt
medicandę,ſi materia turget
quarto menſe, & vſque ad ſe-
ptimū, ſed has minus. Iunio-
ra autem,& ſeniora vereri oportet. .ii.

IN Medicatiōibus talia educere e cor
pore,qualia & ſponte prodeuntia,vti
lia, quæ vero contrario modo pro-
deunt cohibere oportet.

mulierē,aut in lubrico cadere,ſi
ue quouis alio modo:vel ſecun-
dū animam:vel ſecūdum corpus
moueri vehemētius:facilime diſ
rumpunt. Sic quando,& iā per
fecti ſunt. Tempore vero inter
medio firmiorem habent coali-
tum,quare mulier vtero gerens
poteſt fortiores motus ſuſtine
re,ſine fœtus offenſiōe, quę oīa
Hippocrates noſcens, recte in-
quit. Vtero gerentes ſunt me-
dicande, ſi materia turget quar
to menſe vſque ad ſeptimum qđ
eſt in medio tempore fœtatio-
nis:cum fœtus vtero firmiter al
ligatur. Non tamen omnes quæ
hoc tempore indigent purgatio
ne,permittit purgari. Sed ſi ma
teria turget,inquit: hoc eſt cogat accelerare. Tractum enim vocabulum eſt ab
animalibus ad coitum concitatis: cum ſuperabundantes humores mouentur: &
per totum corpus deferuntur: nondum in aliqua parte firmati,tunc ad eos ex
pellendos natura incitatur, & aliquo indiget manum porrigente,& hunc humo-
rum motum ad aluum deducente. Eos vero qui aliqua in parte ſunt firmati hu-
mores,non oportet mouere. Sic igitur & illud dictum eſt. Quicunq; inflammatio
nes in morborum principio medicamento conantur ſoluere, nihil de eo auferunt
quod intentum eſt:atque inflammatum. Neque enim paſſio,vt quæ cruda ſit:cedit,
quæ vero ſana ſunt, & morbo reſiſtunt,ſimul eliquāt. Quod autem Hippocrates
verbo medicari pro purgare medicamento conſueuerit vti:omnes confitentur qui
cunque paruam habent de eius dictione notitiam. Nam vt quiſpiam alia omittat
ipſius volumina:& de ſolis ſcriptis aphoriſmis meminerit:nihil aliud per vocē me
dicari in eis poſſe ſignificari paulo poſt fiet manifeſtum. .ii.

SPonte euacuari e corpore dicimus,quęcūq; ſine aliqua medicatione excernun
tur,nonnunquā ea quæ noſtrum regit corpus potentia ipſum expurgante,
nōnunq̄ ex irritamento aliquo,aut quia a vaſis non contineantur. Cum itaq;
natura ſuperfluum euacuat: iuuat animal, cum vero alioquin excernitur:caſus ra
tione:neq; inde vtilitas vlla prouenit,& talis euacuatio paruæ diſpoſitionis eſt ſi
gnū. Recte igitur Hippo. ꝯſulit imitari naturā. Eſt aūt imitatio i vno quoq; mor
bo tales humores euacuare tētādo,q̄les nouimus i ſpōtinis ꝓdeſſe euacuatiōibus.
Prius itaq; dictū eſt ab ipſo de oī euacuatione gñalius:hoc modo. Et vaſoꝝ inani-

F

tio, ſi quidem talis ſunt qualem fieri oportet, confert, & leuiter ferunt. Nunc vero de ſola purgatiõe eundem fecit ſermonem, quoniam de hac docere propoſuerat in præſentis libri loco. Melius igitur fortaſſe fuerit de oĩbus euacuationibus, quas medici moliuntur circa ægrotantium corpora ſermonem repetere. Fiunt igitur hæ aliquando per medicamenta totum corpus expurgantia: & per vomitus: & deiectiones. Nonnunq̃ vero medicina partis alicuius eſt euacuatiua, veluti quæcunq; per palatum, & nares a capite abducunt ſuperfluitates. E genere autem ſuperfluitates expurgantium ſunt, & quæ per tuſſim expurgant, quæcunq; in pectore ſunt, atq; pulmone, & quæ p vrinas abducunt totius ſanguinis ſeroſam ſupefluitatem. Clyſterẽ quoq; ex hoc genere feceris, & quodcunq; aliquod totũ corpus æqualiter euacuãs, quẽadmodũ & venę ſectio creditur euacuare, & omnino ſanguinis miſſio, quæcunq;, & quouis mõ facta. Ex talibus aũt euacuationibus, & quæ p vterũ fit, & per ora venarum ſedis, ſiue per exercitia, & frictiones, & omnem motum, atq; calorẽ, & balneas calidas, præſertim nitroſas, ſulfureas, & bituminoſas, & ex accidẽti inedia, Hæc ſi quidẽ omnia videñ totum æqualiter corpus euacuare. Si qs tamen exactius perquirat, non æqualiter inuenietur euacuari. Verum in his cum ſit paruus exceſſus alterius ad alterũ, ſecundũ eorum quæ euacuantur qualitatem, & quãtitatẽ. Ideo æqualis euacuatio videñ. At tamen q̃ pharmaca purgatoria nominanñ ſpeciẽ faciunt euacuatiõis manifeſte differentẽ, de quibus, vt dixi, nũc ipſi docere propoſitũ, non tamen quicq̃ plus docet, q̃ q de omnibus euacuationibus ipſe iam dixit. Vna & enim eſt omniũ intentio humor ſuperabundans, cuius noticia eſt perquirenda ex eo qui in toto corpore præter naturã color repreſentatur. Et pręterea ex caſibus, & morbis, & tempore, & regione, & ętate, & conſtitutione, & natura ægrotãtis, & induſtria, & victu. Veluti ſi ita contigerit, colore rufo in toto corpore apparente, quemadmodũ in illis qui regio morbo laborant, nõ euacuata per ſedem bile, aut puſtulis aliquibus bilioſis per totũ corpus diſperſis. Particulatim autem ſi morſus in ventriculo aliquis, atque faſtidiũ ſentiatur, & adſit cibi appetitus defectus, ac ſitis, ore ventriculi ad amaritudinem alterato, aut quia in aliqua parte corporis ſit Eryſipelas, ant quia terciana febris hominem habeat, aut ex ardentibus illa quæ ex amara fit bile. Nam in his omnibus flaua bilis abundat, atq; idcirco conabimur ipſam educere illis medicamẽtis, quę cholagoga, ideſt bilis eductiua ab effectu nominantur. Et hoc eſt quod ab Hippocrate diciñ. Si q̃lia oportet purgari purgenñ, confert, & leuiter ferunt. Quod enim diciñ qualia oportet ſuperabundantiã ſignificat ſuperfluitatum ſua qualitate infeſtantium ęgrotantem. Ob hanc igitur cauſam ait tales conferre euacuationes. Sed quoniam omnes artificioſæ in actionibus cõiecturæ aliquãdo aberrant (Similitudines etenim vt ipſe inquit non ſolum vulgares, ſed etiã medicos eruditos aliquando decipiũt) Alterũ nobis dedit inditiũ anexũ bonarũ euacuationũ, tolerantię facilitatem, ut & in hoc fiduciam habeamus, cum recte fecerimus euacuationẽ. Quod igitur in flaua bile dixi, veluti in exemplo, hoc idem mihi, & in atra, intellige. Nam & in hac color totius corporis ad nigritiem tendit, & puſtulæ nigrę fiunt ex atrę bilis colore, & quicunque morbi, ex eius fiunt exuperantia multitudinem humoris indicant manifeſte, quemadmodũ Elephas. Cancer, & quartanus circuitus ex melancholico humore generanñ: & lien magnus, & varrices denigratæ, ſunt eiuſdem humoris germina paſſiones, quemadmodum & quæ melancholia nominatur, & omne mẽtis delirium cui ira, temeritas, atque immanitas iungitur, Hippocrates vero:, etiam ex mẽſtruis ſuperabundantẽ



ſuperabũdantem in fœminis humorem cõiecturabatur, & ſcripta ſũt ab eo indiciã, in primo libro de muliebribus inſcripto. Ex his igiñ q atra bilis abundet, dignoſcere oportet, & has habentẽ intentiones ad eius accedere euacuationẽ. Secũda aũt in ipſa euacuatione intentio habenda eſt tolerantiæ facilitas. Quæcunq; vero in atra bile, & ruffa ſunt dicta: hęc mihi & in pituita intellige, tumores veluti inflatos, puſtulasq;, & totius corporis colorem ſecundum humoris ſpeciẽ, & febres

.iii.

SI qualia oportet purgari, purgentur confert, & leuiter ferunt. Contraria vero grauiter.

.iiii.

MEdicari ęſtate ſuperiores magis hieme vero inferiores.

quottidianas, & mentis pigritiem, atq; torporem & ſomnos pfundos, & capitis grauitates & quoſdam acidos ructus, quãdo in vẽtre ſuperfluitas aderit. Hęc enim omnia ſuadent medicamẽtum dare pituitã purgãs. Facta vero iam purgatione, tolerãtiæ facilitas atteſtabiñ, & dignotiõi & ei quã auſus es facere pp ipſam, euacuatiõi. Ad dignotionẽ vero, & ſpẽ euacuationis, habes etiã conferentẽ aliquid, non ſolum ętatem, vel naturã ęgrotãtis, ſed etiam anni tempus, & pręſentẽ conſtitutionem, pręterea & regionem, & victũ antecedentẽ, vna cũ aliis vitę inſtitutis. Et .n. didiciſti q hæc omnia, nonnulla pituitã, nõnulla flauã bilem, nonulla atrã exaugent. Hęc qdem omnia, ut dictum eſt, ſunt intentiões exhibendi medicamentũ, vim habens humorẽ infeſtantẽ expurgandi. In ipſa vero euacuatiõe altera erit intentio, vel nobis ferens recti iudicii teſtimoniũ, vel erroris Recti qdẽ iudicii tollerantiæ facilitas. Erroris aũt difficultas. Nam infeſtantibus ſupfluitatibus euacuatis, facile tolerabunt ęgrotantes. Si quid vero aliud, & nõ qđ infeſtat euacuatur neceſſarium oĩo male tolerare. Quod igiñ dixi, in principio libri per vnum oſtendit aphoriſmũ, ita ſcribẽs. Sic & vaſorũ exinanitio, ſi quidẽ talis fiat qualem fieri oportet ꝯfert, & leuiter ferunt. Nunc in hoc loco in duas ſecans partes, in medicationibus, per priorẽ quidem ſermonem quę ſint cõferẽtes euacuatiões per alterũ aũt qui ſequitur, q tales euacuatiões firmum indiciũ ſubſequitur facilitas tolerãtiæ, docet. Exempla vero ipſe appoſuit earũ quę ſponte fiunt euacuationũ ad bonum. Multa qdem in libris Epidemiarũ. Pauca vero in hoc ipſo libro aphoriſmorũ, qualia huiuſcemodi ſunt. Quem aqua intercus habet per venas in ventrem aqua fluente, ſolutio. Si lippitudo adſit, ab alui pfluuio capi bonũ. Quibus bilioſæ deiectiones ſurditate ſuperueniente ceſſant, & quibus ſurditas, bilioſis factis ceſſat.

.iii.

PRius hic aphoriſmus a nobis expoſitus eſt in pręcedentis aphoriſmi expoſitione, ſcriptus ẽt in ſuperiori libri parte, hiſdem verbis. Quare & nõnulli eum de hoc loco ſubſtulerunt.

.iiii.

SVbaudire oportet, videlicet ventres. Recte aũt ęſtate quidem purgat ſuperius. Quoniã & qui tunc humor ſuperabundat flaua bilis eſt, & omnino tota natura animalis propter ambientem caliditatẽ magis ad ſuperiora mouetur. Quælibet aũt ſuperfluitas eo quo vergit ducẽda per loca conueniẽtia, quemadmodum ipſe in libro de humoribus ſcripſit. Addidit huic aphoriſmi ſermoni verbum magis, neq; ſimpliciter dixit. Medicari ęſtate ſuperiora, hieme vero inferiora. Nam & ſi nõ ſępius, raro tamen tempore æſtatis humor melancholicus viſus eſt ſuperabundare: ſicuti hieme aliquando flaua bilis.

.v.

Exuſta enim tunc natura eam quę a medicamentis purgantibus nõ fert acritudinem. Quare & plures purgati hoc tempore incidunt in febres, & natura & ęſtu imbecillis magis ex purgatione diſſoluet̃, & quidem purgatio hęc praua fiet, cum calor aeris ambientis in partem trahat extrinſecam, contrariam ei ad quam medicina ducit humores. Sicuti enim balneæ calidæ natura aptæ ſunt obſiſtere purgationibus, ſic & calor ęſtatis, & tunc pręcipue, cũ ſe ipſo vehementior extiterit. .vi.

Hic addere oportet, qđ paulo antea dictũ eſt, verbũ magis. Magna enim ex parte graciles ſunt bilioſi. Si igit̃ hoc acceſſerit, vt ſint ad vomendũ faciles, ſunt per ſupiora purgandi, niſi obſiſtat hiems. Nã ſupra dictũ eſt. Aeſtate magis ſuperiores, hieme autem inferiores purgare oportet. .vii.

Si qđẽ facilis ad vomendũ, & gracilis ſit, ꝑ ſuperiora purgãdus eſt niſi ſit hiems hoc eſt: æſtate, auctũno, & vere. Si vero difficulter vomat, & mediocriter bñ carnoſus ſit, ꝑ iferiora, ſi res vrgeat, ſolũ cauendo æſtatem, aliud aũt anni tempus non oportet cauere. .viii.

.v.

Sub cane, & ante canẽ difficiles ſunt medicationes. .vi.

Graciles, & facile vomentes purgare ſuperius, cauentes hiemem. .vii.

Vomentes vero difficulter, & mediocriter bene carnoſos, per inferiora, cauentes æſtatem. .viii.

Tabidos vero cauẽtes, ad ſuperiores purgationes. .ix.

Melancholicos plenius inferiores eadẽ ratione cõtraria apponẽtes. .x.

Medicari in valde acutis, ſi materia turget eadẽ die. Tardare enim in talibus malum eſt.

Ad ſuperiores inqt purgationes nunq̃ tabidos duxeris, veritus. ſ. inſtrorũ quę reſpiratiõi obſeruiũt imbecillitatẽ. Per tabidos aũt intelligere oportet eos, q morbũ, a gręcis phtiſim noiatũ, patiunt̃ vel q ad eũ ſunt natura ꝓni, de qbus ipſe in ꝑmo lib. epidemiaꝝ ſcribit. Et maxie moriebant̃ qbꝰ natura ad tabẽ ꝓna erat. Eſt aũt his pectus anguſtũ, & q in eo ꝯtinet̃ pulmo. .ix.

Ventres aũt videlicet inferiores melãcholicoꝝ oportet ratiocinari debere plenius medicari. Plenius aũt dixit ꝓ fortius. Quia aũt ad inferiora declinat hic humor ꝓꝑ grauitatẽ, nõ ſine rõne ipm iubet ꝓuentrẽ inferiorẽ euacuari ſicuti flauã bilẽ ꝑ ſuperiorẽ, cũ ſit leuis humor, & ſpõte cõtinuo fluitet. Cõe qdẽ in ambobus, vt ducant̃ quo vergũt ꝑ loca cõueniẽtia. Propriũ vero alterius humorum per ſuperiora loca euacuari, quoniam ad hæc vergit. Alterius vero per inferiora qm̃, & ad iſta declinat. Cõtraria itaq; per ſuperiora euacuatio illi quę ſit inferiora ſit ſecundum vnam cõem rationem. Quare & recte dixit Hippocrates. Eadem ratione contraria apponentes. .x.

Dictũ eſt & a me prius, ꝙ verbũ, turget. Hippo. trãſtulit ab aialibꝰ quę ad coitũ ꝓperant, cũ naturali cõcupiſcẽtia moueant̃ ad ſeminis excretionẽ. Oſtenſum eſt. n. in libris de ſemine, ꝙ fœmina ẽt in coitu ſemen excernit. Quãdo igitur in toto corpore ſimilis huic fuerit naturę impetus, ad excretionẽ ſupfluitatũ, vel ſi nõ in toto corpore, ſaltẽ in partibus principalioribus,

tale quid



tale qđ cõſueuit Hippo. ꝑ verbũ, turgere, ſignificare, & ſtatim ꝑ medicamentũ euacuationẽ faciẽdã iudicat. Prius videlicet q̃ robur corpis diſſoluat̃, vel febris caliditas augeat̃, aut ad aliqđ mẽbrũ ꝓncipale decũbãt, hi q ꝑ corpus vagant̃ humores. Qđ ãt valde acutos morbos noiauerit, quos prius ꝑacutos dixit: vnicuiq; liquet. Et qdẽ ꝙ hoꝝ terminus eſt ꝑma ſeptimana, dictum & a me ꝑus hoc eſt. .xi.

Tormina fiũt & ꝓꝑ morſum vehemẽtẽ, & ſpiritũ flatuoſum, q nõ habet exitũ.

.xi.

Quibus tormina, & circa vmbilicũ dolores & lumborum dolor q neq; a medicamẽto, neq; aliter ſoluitur, in hydropẽ ſiccã firmatur. .xii.

Quorũ alui inteſtinorũ leuitate laborãt, hiberno tꝑe ſupra purgari malum. .xiii.

Ad heleboros q nõ facile ſupra purgant̃, eorum corpora ante potionem pluri cibo, atq; quiete humectanda ſunt.

Sed ĩ inteſtinoꝝ ĩuolucris ẽ interceptus. Quod vero dolores ad tales diſpõnes cõſequant̃, nemini dubiũ, at cũ circa vmbilicũ, ac lũbos ſe firmauerint neq; a medicamẽtis, neq; alijs ſoluũtur auxilijs, Quędã eſt earũ ꝑtium habitualis intẽperatura, q̃ magna ex ꝑte ꝑſeuerãs, ea hydropem efficit, q ab Hippo. ſicca nominat̃. Vocat̃ ãt hic morbus a poſterioribꝰ medicis tympanias, qm̃ ſũmꝰ vẽter ꝑcuſſus talẽ ſonũ edit q̃lẽ tympana. Nã & in illis ꝑ cutẽ extẽtã aer ꝑcutit̃, quẽadmodũ & ille q in ꝓfundo locat̃, in tali morbi genere. Quod vero & hoc morbi genus hydropem Hippo. nominet, eſt manifeſtũ. Nõ tamen humidũ eſt ſicuti q a ſcites, ab vtris ſimilitudine dicit̃. In quo materia collecta nõ eſt flatuoſus aer, ſed humor aquoſus. Videt̃ aũt a maiori frigiditate generari aquoſus hydrops, quẽ aſcitẽ vocant, qm̃ veluti in vtre quodã in mẽbrana abdominis interiore humor continet̃. A minore ãt tympanias. Neq; enĩ humida ſubſtãtia in flatuoſũ aerẽ ſine calore aliquo põt trãſmutari. .xii.

Quando celeriter ea quę comeduntur deiciuntur, hanc paſſionem leuitatẽ inteſtinorum nominant. Fit igitur ex potentię contentiuę debilitate. Conſequitur aũt ad omniũ quę ad aluum pertinẽt inſtrumentoꝝ intẽperaturas, hoc eſt ipſius ventriculi, in quem cibos deuoramus, & eorum quę ex hoc ſuſcipiunt, atq; trãſmittũt inteſtinoꝝ. Fit aũt qñq; & leuitas inteſtinoꝝ ex aliqua ſũmas ꝑtes occupãte exulceratiõe, ſimili illis q̃ in ore fiũt quas gręci aphthas nominãt. Intẽperaturę igit̃ nõnũq̃ fiũt habituales (ſic vero nominãt illas quę ipſo corpoꝝ habitu lęſo fiũt) & qñq; ꝓꝑ frigidã pituitã, q̃lis eſt acida maxime. Eaꝝ autẽ quę in ſũma ꝑte hęrent exulceratiõnẽ, cã eſt humor acris, & tenuis. Hic igit̃ & ſi ꝑ ſupiora purgari debet, qm̃ huiuſcemodi humores magis fluitare ſoleãt, q̃ ad inferiora ſecedere, nõ tñ hoc hieme faciendũ eſt, ſicuti ẽt ſupius eſt dictũ. Alter vero pituitoſus, qñ adhęſerit inteſtinis nũq̃ eſt ꝑ ſuperiora purgandus, hoc eſt per vomitoriã medicinam. Sola enim euomi natura apta ſunt quæ in ventriculo continent̃. Eorũ vero quę continent̃ in inteſtinis, nihil poteſt per vomitus euacuari. .xiii.

Prius oportet tentare eum q heleborũ ſumpturus ſit qũo ſe habeat ad ſuperiores purgationes, hoc eſt ad eas quę fiunt per vomitiones. Fiat aũt periculum per medicamenta vomitoria, quęcũq; ſunt mediocria. Si igit̃ de facili nõ purgari videatur, non oportet huiuſcemodi hominem ad heleborum

ducere,anteq̃ præparetur. Hoc autem etiam fieret ſi per cõtinuos vomitus adſue-ſcat is qui eſt ſumpturus heleborum ad prompte vomendum,veꝝ hoc, vt paruum aliquod,atq; omnibus notum, Hippocrates prætermiſit. Melius autẽ fieret prius humectando corpora. Præhumectantur autem plurimo alimento,atq; quiete. Et de quiete quidem clarum eſt. Sicuti enim exercitia ſunt apta natura exiccare, ſic & quies(ꝙ ociũ eſt,& ab exercitatione vacatio)ſeruat humiditatẽ. Cibus vero non ſimpliciter plenior eſt aptus natura humectare, ſed quicunque nullam habet fortem qualitatẽ hoc eſt neq; acerbam,neq; acrẽ, neq; ſalſam,neq; amarã. Forte autẽ neq; ſimpliciter cibus hic qui talis eſt appellandus. Sed hoc totum,cibus medicinalis, ſicuti illi qui eſt cibus ſimpliciter ſoli hoc ineſt ex omnibus, vt ex ſua natura, non autem ex accidẽti ſolidas partes animalis humectet:hoc ipſum non ꝑ ſe: ſed ex accidẽti faciẽte quiete. Quia enim eam quę prouenit ex cibo humiditatem non exiccat, idcirco dicitur humectare. Aqua vero neq; pota, neq; extrinſecus occurſans, natura apta eſt ſolidas animalis partes humectare. De talibus autem perfectiorem poſſit quiſpiam habere doctrinam legendo librum noſtrum de potentiis naturalibus, & librum de tabe.

.xiiii.

CVm biberit quis heleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis, ad ſomnos vero, atque quietem minus. Indicat autem nauigatio turbari motione corpus. .xv.

CVm volueris magis ducere heleborũ,moue corpꝰ,cũ vero ſiſtere, ſõnum facito,& nõ moueto. .xvi.

CArnes ſanas habentibus heleborus periculoſus. Facit enim conuulſionem.

.xiiii.

IPſe attulit cauſam ob quam eorum corpora moueri præcipiat,qui aſſumpſerunt heleborum,quies ſi quidem in eodem ſtatu conſeruat,motus vero tranſmutat,atq; alterat corpus, vt indicat nauigatio:quæ motus quidem eſt. Turbat autem corpora adeo,vt excitet vomitum. Cum igitur talis motus fuerit ſufficiens,& ſolus ad vomitum corpus præparare,fit ſane rationabile: vt ſi vomitorio medicamento coniungatur longe maiorem habeat efficatiam. Quidam pro nauigatione nauſeam ſcribunt:vt ſit ſermo talis. Oſtendit autem & nauſea quæ vehementioribus corporis aduenit motionibꝰ,ex motione corpus perturbari. Liquet autem ꝙ & hic ſermo eandem uim habet cum priore. .xv.

PRior quidem aphoriſmus quomodo oporteat hominem qui heleboꝝ ſumpſit ad purgationem præparare,nos docuit,pręſens vero quomodo ſiſtere purgationem. Non eſt aũt abſq; ratione,ꝙ ea quæ ſiſtunt purgationẽ, ſint contraria his quæ vomitum cient. Si igĩ motiones ciebant,ſiſtent quietes:& multo magis ſomnus,in quo motus animales ociantur, qui & per ſenſus fiunt:& præterea per muſculos in motibus qui fiunt ex appetitu. .xvi.

QVod in præcedentibus dixerat in oĩbus purgationibꝰ,hoc nũc in ea ſola dicit quę fit per heleboꝝ,ita ꝙ duo aphoriſmi poſſunt inuicẽ iungi, tali modo. Qui corpore bene ſe habent, difficile eſt medicari. Sic ergo & heleborus carnes ſanas habẽtibus periculoſus. Cõuulſiones.n.facit. Hẽt naq; heleborus iſtud p̄cipuũ facere cõuulſionẽ pp operationis vehementiã. xvii.





ABſtinentia a cibo idem ſignificat,quod inapetentiam. Cordis autem morſus,eſt cordis,hoc eſt oris ventriculi paſſio. Priſci ſi quidem & hoc cor nominabant. Vertigo autem eſt quando ſimul videntur cirrumuolui, hoc eſt circunſtantia moueri, quæcunq; conſpicimus, & ſenſus viſus repente deſtruitur, cum videantur tenebræ circunfuſæ. Fit autem hoc ore ventriculi a malis humoribus morſo. Nam propter neruorum magnitudinẽ,qui ad ipſum a cerebro veniũt, hac parte patiente,animę opera detrimentum patiuntur. Hi itaq; caſus ſunt cõmunes humorũ omnium mordacem habentium naturam. Os autem ſentire amaritudinem, ſolius bilis,quæ ruffa: & flaua nominatur, eſt opus, quare recte in huiuſcemodi caſibus inq̃t Hippocrates ſignificari, q̃d oporteat purgari per ſuperiora, q̃d explanatum talem habebit interpretationem. Huiuſmodi autẽ caſus ſignificãt medico indigere hoiem purgatiõe ꝑ ſupiora,hoc eſt ꝑ vomitiões. xviii.

.xvii.

SI quis febrem non habens, abſtineat a cibo,& cordis morſum,ſeu vertiginem patitur,& oris amaritudinẽ ſentit,purgatione indigere per ſuperiora ſignificat. .xviii.

SVpra præcordia dolores, purgatione indigere per ſuperiora ſignificãt. Quicunq; vero inferiora moleſtant per inferiora. .xix.

QVi in medicamentis purgati,non ſitiunt,non quieſcunt priuſq̃ ſitiant.

HIc aphoriſmus quod antea in vno dolore docuit oris ventriculi, hoc ad omnes extendit dolores, quicunq; ſupra præcordia conſiſtunt, purgatione videlicet indigentes conſulens per ſuperiora purgari. Quicunq; vero infra præcordia, clarum eſt ꝙ hi per inferiora purgationem requirunt. Addidi autem ſermoni,purgatione indigentes,ne quis forte arbitretur curare Hippocra. omnes dolores ſimpliciter per euacuationem. Neq; enim nunc dixit hoc, ſed ꝙ ſecundum humorum infeſtantium motiones, oportet etiam facere euacuationes,& neq; ſupra præcordia dolores per ſubducentia medicamẽta euacuare,neq; infra conſiſtentes per vomitiones. .xix.

QVi purgantur,nonnulli ſtatim ſitiunt,nonnulli poſtea. Et fit hoc propter ipſius ventriculi diſpoſitionem:& propter datum medicamentum, & propter humoris euacuati naturam. Ventriculi quidem ratione, qui ex caliditate:vel ſiccitate,vel ambabus qualitatibus prompte ad ſitiendum perducatur,ſiue hoc natura inſit ei qui biberit medicamentum,ſiue illo ſolum tempore. Ratione autem medicamenti cum acutum fuerit,& calidum: ac mordax. Propter humorem vero euacuatum:quando bilis amara fuerit,hiſce quidem de cauſis fiũt ſitibundi. Ex contrariis vero longo tempore ſine ſiti perſeuerant, quando videlicet,vel frigidiorem,vel humidiorem ventriculum habuerit homo qui purgatur, vel ab initio,vel in tempore purgationis,vel quando medicamentum omni vacat mordacitate,& tertio quando humor euacuatus pituitoſus,aut aquoſus extiterit. Verum & in his,quando abunde fuerint euacuati, conſequitur ſitis. Sufficiens & enim eſt ea quæ ex euacuatione prouenit ſiccitas,hanc efficere:ac pręterea ea quę eſt medicamenti purgantis vis habentis aliquam,& ſi neq; manifeſtam, neq; ſenſibilem,attamen latentem:acritudinem:ac caliditatem. .xx.

SIcuti paulo antea docuit ſigna eoꝝ quos oporteat purgare ſupius ita nũc docet ea ꝑ q̄ cognoſceret aliq̄s,q̄n oporteat inferius purgare. Eſt ãt cõis vtriſq; rõ idifferẽtibus caſibꝰ. Nã ꝓ motiõe noxioꝝ hũoꝝ facere opꝫ euacuatiões. .xxi.

.xx.

NOn febricitantibus ſi tormina acciderit,& genuũ grauitas & lũborũ dolor,purgari inferius oportere ſignificatur.

.xxi.

DEiectiones nigrę qualis ẽ ſanguis ſponte venientes,ſiue cum febre, ſiue ſine febre,peſſimæ,& quanto colores magis praui fuerint plures,peius cum medicamento vero melius,& quãto colores plures non parui.

DE deiectionibus nunc ipſi eſt ſermo quæ a priſcis quidem nigra vocantur bilis vero nigra exquiſite non ſunt. Nam acre,& corrodens & acidum nõ habent multo vero magis,neq; in terram effuſa fermentant ipſam,verum ſunt, ſicuti quis eius deſcribens imaginẽ, diceret manifeſte, veluti ſanguinis limus q̄lis vinis craſſioribus iam conſiſtentibus ſolet ſubſidere, quem fecem nominant,que ſi diutius moretur in corpore,& neque per aliquẽ ſenſibilem effluxum:neque occultũ excernatur, verum tranſmutet̃, atq; putreſcat fit bilis nigra exquiſite. Antequam vero hæc generetur,ſplen trahit eam quę eſt veluti ſanguinis fex, hepar expurgans quemadmodum in commentariis de potentiis naturalibus ẽ demõſtratũ, Et q̄dẽ abutit̃ hoc melãcholico hũore ad ſuĩ nutricionẽ ſplen,& quantã ipſe fecerit ſupfluitatẽ,hãc rurſus totã expellit ad ventrẽ vna cũ aliis ſupfluitatibus excernendã. Si q̄n igit̃ neq; ſplen bene expurgauerit, & ille q in hepate ꝯtinet̃ ſanguis multũ huius limoſę ſuperfluitatis habuerit: accreſcet debilitas viſceri. Ita ꝙ nõ ꝯtinebit ĩ ſe ipo ſupfluitates,& tũc illę q̄ nigræ vocant̃: fiẽt deiectiones,de q̄bus nũc ſmo h̃r ab ipſo. Adiecit ãt ſuo ſmoni q̄lis ſanguis: tale quoddã oñdens q̄lis ſit ſanguis denigratus,dũ ꝑ iteſtina defert̃,tales ſunt nigrę deiectiões. Nã extremę dementię fuerit exiſtimare ſanguini ſecundũ naturã ſe h̃nti, tales deiectiões aſſimilari. Fient &.n. hæ & rubrę,& nigræ. Atq impoſſibile eſt ſanguinẽ eũdẽ,& rubrũ,& nigrũ eẽ. Plurimas vero huiuſcemodi deiectiões,i peſtilẽti hoc morbo longo cõſpeximus q̄ nõ magis in his q exitio ꝓximi erãt q̄ in aliis ſaluandis apparebãt,nõ tñ vel in principio,vel in cremẽto morboꝝ ꝯſpiciebant̃. Tunc.n. quæ euacuabant̃ erãt & flaua,& ruffa colore coliquamẽta quæ vero mox apparebãt nigra erant,veluti ſanguinis fex,ſiue ipſo ſupaſſato habuiſſent generationẽ,ſiue cum aliquã extraneã putredinẽ aſſumpſiſſent,illis q̄ in vẽtriculo fiunt cruditatibus ꝓportionaliter,q̄n ad vitioſos humores corruptio terminauerit. Quare ab initio q̄dẽ nũq̄ ad bonũ fiunt huiuſcemodi deiectiones:magnã viſceris læſionẽ oñdentes ad morbos vero ꝯſiſtentes ſequunt̃ ſæpius natura ſupfluitates expurgante. Nõ tñ hoc in aphoriſmo adiecit Hippo. q̄uis alibi dixerit in vniuerſum, ſigna iudicatoria nõ ſtatim appeãt. In ſequẽti aũt aphoriſmo ꝑticulatim:dũ inq̄t, Morbis q̄buslibet incipiẽtibus,ſi atra bilis,vel ſupra,vel infra exierit,lætale eſt. Nũq̄d igit̃ ſatis viſus eſt ſui animi manifeſtare ſniam,vtens hoc verbo veniẽtes,ꝙ tpis ſpacium oñdit:tãq̄ videlicet ꝑ morbũ totũ,vel ꝑ longũ ipſius tp̄s tales veniãt deiectiones. Si.n. aliq̄d vnũ tp̄s oñdere voluiſſet oĩno:vel q̄ poſt apparuiſſent,vel q̄ veniſſent, ꝓtuliſſet nõ ſpõte veniẽtes. Hoc.n. verbũ veniẽtes nõ adueniſſe,ſed aduenire ſignificat,



ficat. Aſſũpto tñ medicamẽto q̄d vim h̃et purgãdi nigra,talia deici nihil mirũ. Sic q̄dẽ multi deiectionũ colores ꝑter naturã,ſpõte q̄dẽ euacuati,multaꝝ,atq; malaꝝ in corpore diſpoſitionũ ſunt ſigna. A medicamento aũt ducti vim habente plures humorum ſpecies euacuare nihil abſurdum ſignificant. .xxii.

.xxii.

MOrbis quibuſlibet incipiẽtibus,ſi atra bilis,vel ſupra,vel infra exierit lætalæ.

.xxiii.

QVibuſcunque ex morbis acutis aut diuturnis,vel ex vulneribꝰ,ſiue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis ſiue vti ſanguis de ſubter exierit poſtridie moriuntur.

.xxiiii.

DIfficultas inteſtinorum,ſi ab atra bile inceperit lætalis eſt.

HActa eſt a nobis & in antecedente aphoriſmo diſtinctio inter humorem melancholicũ & nigrã bilẽ de qua nũc ſermo habetur ab ipſo,& cauſam ob quã ab initio lætales ſint huiuſcemodi humores,poſtea vero iudicatorii appareant in illo aphoriſmo ſufficienter percurrimus. ſed & nunc repetemus, quoniam ea quæ ſunt ad artem maxime neceſſaria,ſæpe tractare ſit meliꝰ. Quãdo aliquis incipit morbus ſi quid excernitur, nihil tunc excernitur naturæ ratiõe: ſed ſunt omnia hæc caſus præter naturam earum quæ ſunt in corpore diſpoſitionum,quo enim in tempore a cauſis quidem morbum facientibus natura grauat̃,adeſt autem cruditas humorũ,tunc aliquid bene euacuari eſt impoſſibile. Si quidẽ oportet coctionem preire,ſubſequi vero diſcretionem,& poſtea euacuationem,vt bona ſit criſis,ſiue iudicium. Hæc autem nos ipſe docuit in primo libro Epidemiarum, ita inquiens. Coctiones iudicii celeritatem ſecuritatem ſalubrẽ ſignificant. Crudã autem & incocta ad malos abſceſſus cõuerſa iudicationis carẽtiã,vel labores,vel tp̄a,vel mortes,vel eorũdẽ maloꝝ reditus. Q̄n igit̃ poſt morbi coctionẽ aliq̄s humoꝝ vitioſus excernit̃,tunc corpus a natura expurgat̃,& pp hoc atra bilis,& alius oĩs huiuſcemodi humor,vbi ſigna coctionis in morbi proceſſu apparuerint,bonã ſignãnt euacuationẽ,ſi vero aũt excernãt̃ ſine ſignis coctõis,exitialis ẽ caſus,q̄re cũ in morbi ꝑncipio ſp ſint ſigna cruditatis,mala erit humoꝝ taliũ euacuatio. .xxiii.

SErmo in hoc aphoriſmo eſt potẽtia talis,ſiue atra bilis,de qua antecedẽs docuit aphoriſmus,ſiue nigra q̄ ſanguini nigro aſſimilant̃,de q̄bus illũ ꝑcedẽs aphoriſmus,his q ad extremã extenuationẽ venerit appuerint,poſtridie moriunt̃. Eſt.n. in talibus natura imbecillis adeo,vt nõ poſſint cõcoq̄re,neq; diſcernere,neq; excernere,q̄ ita parua exiſtũt. Propter morbi igit̃ magnitudinẽ,cũ cõtineri nequeãt,effudunt̃ & idcirco ſunt difficilia. Mortẽ aũt nõ i poſtremis afferũt, ut in aliis ꝯtingit morbis pp virtũ imbecillitatẽ. Oſtẽdit tñ i hoc aphoriſmo manifeſte,ꝙ & i priore,cũ dicebat. Deiectiões nigrę q̄lis ſanguis ſubaudire oporteat niger,ut tale ſit plenũ deiectiões nigrę,vel qualis ſanguis niger. Oſtendit autẽ & ꝙ nos bene a nigris bilẽ nigrã ſepauimus. Hęc.n. ſanguini denigrato ſimilia vñc differentia in eo ꝙ fuſa ſunt, & nõ cõcreta vt ille. Nigra autẽ bilis,& in eo ꝙ fuſa eſt abſq; cõcretione,& q̄a fulgentẽ habet nigredinẽ,& ꝑterea mordax eſt,ſicuti acetũ, & terrã abradit,atq; fermentat,quoꝝ nihil nigris adeſt. .xxiiii.

AB illa q̄ a q̄buſdã ruffa,ab aliis bilis flaua nominatur,magna ex pte icipit inteſtinorum difficultas,abraſis prius i ſumma parte pp humoꝝ acritudinem

inteſtinis, Poſtea vero excisis, adeo q exulcerentur. Hãc igitur inteſtinorum difficultatem ſæpe ſanauimus. Quæ vero ab atra bile fit inſanabilis eſt, cum nihil differat a cancero vlcerato. Vbi igitur hic cancer in exteriore parte conſiſtens, ſit cũ difficultate ſanabilis, aut omnino inſanabilis, cum tamen poſſit continuo medicinã habere inſidẽtem, rationabile eſt illum qui occupat inteſtina, nõ ſolum quia nihil illi continuo adhærere poteſt, verum etiam quia ſemper ab alimenti ſuperfluitatibus tangitur eſſe penitus inſanabilem. .xxv.

.xxv.

SAnguis quidem ſupra qualiſcunq; fuerit, malum, infra autem nigra deiecta bonum eſt. .xxvi.

DE nigris deiectionibus ſermo habitus ab ipſo eſt in præcedentibus aphoriſmis, nunc vero de his quæ vel per hos, vel ſedem excernuntur verba facit. Quare in propoſito aphoriſmo audiemus ipſum dicentem ſupra eam quæ fit per hos ſolam excretionem, illa quæ fit per nares omiſſa. Hãc itaq; ait omnino eſſe malam, qualiſcunq; fuerit, is qui excernitur ſanguis, hoc ẽ ſiue ſpumoſus, ſiue rubeus, ſiue flauus, ſiue niger, ſiue aquoſus, ſiue craſſus, melius enim eſſe inquit, vt infra exeat, & neque huc per modum diſrupti ſanguinis, ſed paulatim fluentis, ita q ſui exitus tarditate denigretur, Ipſum itaq; ſanguinẽ confluere omnino ad aliquod inteſtinum, malum oportet exiſtimare. Melius autem quando paucus quam quando multus: veluti diſruptus effluxerit. Quare quod dicitur bonum, non tanquam proprie dictum, ſed tanquam melius diceret, eſt audiendum, quaſi ita diceret. Infra autem melius nigra deici. Vere enim hoc eligibilius, quam per hos modo quocunq; ſanguinem fieri. Hoc quidem dixerit quiſpiam, eam quæ videtur in verbis antiqui pugnam diſſoluens, cum nunc dicat bonum eſſe, vt nigra deiciantur, quod paulo antea malum dixerat. Contingit autem & ita audire nigra, quemadmodum ipſe in Epidemiis dixit de ſanguine ex venis, quod hæmorrhoidas vocant, profluente tanquã ſanante melancholicas paſſiones. Vere enim iam factæ melancholiæ maximum eſt remedium ſanguinis ex his venis profluuium, quam etiam ſi futura ſit prohibet. Sic itaq; nobis audientibus ſermo talis erit. Sanguis ſupra qualicunq; fuerit, malum, infra vero per hæmorrhoidem, bonũ, quãdo nigra euacuanť, hoc eſt quando hominis natura multũ talẽ accumulauerit ſanguinẽ. Aliter autem nõ eſt aſſuefaciendũ ei quæ fit per hæmorrhoidas euacuationi: quæ piculoſam habet vtrãq; immoderãtiam, ſiue ſupra modum ſanguis excernatur, ſiue ex toto ſupprimatur. .xxvi.

A Difficultate inteſtinorum habito, ſi veluti carunculæ exeant, lætale eſt.

IN difficultatibus inteſtinorum, cum adhuc conſtituũtur quædam corpora pinguia excernuntur, poſt hæc autem niſi finiri anticipauerint quædam tamenta ipſorum inteſtinorum abiecta horum ſuperficie interiore, quæ membranoſa exiſtit, & denſa, illi quæ cutem exterius contegit membranulæ proportionalis. Poſt hac autem & aliquid ex ipſa abraditur ſubſtantia inteſtinorum, in quo tempore non adhuc fieri difficultatem inteſtinorum, ſed iam factam, atq; cõſtructam dicimus eſſe. Quando igitur partes adeo magnæ inteſtinorum excernũtur in difficultate inteſtinorũ, vt poſſimus eas carnes nõiare, lætalẽ ait eſſe morbũ cũ neq; caro cõcreſcere, neq; cicatrix obduci ĩ tali poſſit exulceratiõe. .xxvii.

Calore



CAlore natiuo debilitato ex profluuio ſanguinis, neq; cibi bene concoqui, neq; in ſanguinẽ tranſmutari, multo autem magis, neq; diſtribui poſſunt ꝑ corpus, & propter hæc omnia, aluos fieri humidiores par eſt, donec proceſſu temporis vires ſuas natura recuperauerit. .xxviii.

NOn de ea quæ ex habitu difficulter ſoluitur nũc illi ſermo, ſurditate, ſed de ea quæ repente in febribus, vel aliter fit recurrẽte ad cerebrũ bile, ſermo, ipſi ẽ. Ipſa ſiquidem cum meatus auditorios occupauerit efficit ſurditatem. Cum vero hinc ipſam natura expellẽte, ad excretionẽ ꝑuenerit, ſoluit ſurditatẽ. .xxix.

.xxvii.

QVibus in febribus ſanguinis fluxerit multitudo, quacunq; ex parte cũ reſiciuntur alui his humectantur. .xxviii.

QVibus bilioſæ deiectiones ſupueniẽte ſurditate ceſſant, & quibus ſurditas, ſuperuenientibus bilioſis deiectionibus ceſſat. .xxix.

QVibus in febribus ſexto die rigores fiunt: difficile iudiciũ ſequiť. .xxx.

QVibuſcunque acceſſiones fiunt, quacunque hora febris dimiſerit, ſi eadem cras occupauerit, iudicium habent difficile.

QVicunq; ad febres, & præcipue ardẽtes rigores ſuperueniunt, iudicium habere ſolẽt bonum atq; perfectum, vbi in die iudicatoria fiunt, & cũ ſignis coctionis. Non bonum autem, neq; ꝑfectum, quando vel diei, vel coctionis ſigna fuerint imperfecta. Quod igitur cõcoqui oporteat quæ bene iudicari debeant, in primo libro docuit Epidemiarũ per ea verba quæ paulo antea diximus quorum initiũ. Coctiones celeritatem iudicii ſecuritatem ſalubrem ſignificant. Quod autẽ neq; in omnibus diebus: & in prognoſtico ſcripſit, & in hoc ipſo aphoriſmorũ libro, & præterea in primo Epidemiarum. Collecta autem a nobis hæc omnia cum opportuna expoſitione, quæcũq; quidẽ de diebus iudicatoriis ab eo ſcripta ſunt, ĩ tractatu de diebus iudicatoriis inſcripto, quæcũq; vero de ſignis coctionis in altero de iudiciis. Dictũ autẽ & in ipſis eſt de eo qđ fit in die ſexta iudicio de quo nũc ẽt faciẽs mẽtionẽ ait, eos q ĩ hoc die fiũt rigores difficile hr̃e iudiciũ, hoc ẽ malũ afferre iudiciũ ac ſi male iudicãtes dixiſſet, vł nõ firmiter, imo ĩ qb⁹ facile foret fieri recidiuã, vel ĩ lõgũ tp̃s extẽtos, ac ſi dixiſſet difficulter ſolubiles, cũ caſib⁹ vero qñq; difficilibus ſextæ diei iudiciũ fit, de qbus oĩbus integre ſcripſimus ĩ his, quas nuꝑ nominauimus tractationibus, Hęc igiť in hũc modũ fieri ẽt ipſa expientia teſtať, Ipſorũ autẽ cãs lõgũ eſſet in ꝑſentiarũ trãſigere. De diebus .n. iudicãtibus tertio diximus libro de iudicatoriis diebus, de rigore aũt opere ad id dedicato ſeorſum. .xxx.

SVpponatur qſpiã prima die cœpiſſe febricitare hora tertia, & qui uiſſe q̃uis alia hora, deinde die ſecũdo eadẽ hora tertia cœpiſſe, mox ceſſaſſe febrẽ quacunq; hora, & tertio rurſus die hora tertia cœpiſſe, mox rurſus quouis tempore finita febre, cœpiſſe iterũ quarto die eadẽ hora tertia, & ita deinceps, ſeruari qdem ſemꝑ horã tertiã in qua acceſſio ſuũ facit initiũ. Non ſeruari aũt alias in qbus finitur, hũc q tali laboret morbo neceſſe eſt tꝑibus longioribus ęgrotare his q horam hñt initii acceſſionis exordinatã. Hoc qdẽ nos ab expientia cõprobatũ, dictũ fuiſſe arbitramur, Sunt vero qdã q tale aiunt eſſe qđ dicit. Si primo die acceſſionẽ ægro

tus habuerit, exempli gratia hora tertia, & ſi ita cõtigerit hora duodecima febris deſierit, rurſus die ſecũdo hora duodecima cœperit febricitare, morbũ aiũt difficile iudiciũ habiturũ. nullã apponẽtes rationẽ. Sed neq; id ab experientia cõprobari potẽtes oſtẽdere, nõ tamen difficile habens iudiciũ. Aliter poſſumus interpretari q̃ difficulter ſolubile, adeo ꝙ tale ſit, qd ab Hippo. dr̃, ſiue quauis die, ſiue ꝑ tertiã, ſiue ꝑ quartã ægrotus habeat acceſſionẽ, eadẽ hora difficulter ſolubilis ẽ morbus huiuſmodi, ſiue multas, ſiue paucas acceſſio occupet horas. Hoc igitur, vt dixi, experiẽtia comprobatur, eius uero cauſam talem eſſe opinandum eſt, quando cauſa acceſſionum non fuerit fixa, ac ſtabilita, non ſeruare eundem terminum, aut circuitum. Vbi uero firmata fuerit ſeruare, atq; ideo difficulter ſolubile quod fixum, ac ſtabilitum, facile uero ſolubile quicquid nõ tale. Firmata enim magnam vim demolientẽ expoſcunt, longo tempore, & per fortiora, ac plura factam auxilia.

.xxxi.

Laſſitudinem habentibus in febrib⁹ in articulos, & circa maxillas potiſſimum abſceſſus fiunt. .xxxii.

Quibuſcunque reſurgentibus ex morbis ſi quid laborauerit, hic fiunt abſceſſus.

.xxxi.

Dictũ, & prius eſt ꝙ laſſitudinũ, nõnullæ, qdẽ in multis accidũt motibus: q̃ ſimpl'r, & ꝓprie labores noiant̃, qdã vero neq; multis, neq; vehemẽtibus actimotibus laſſitudines pati cõſueuerũt, tales itaq; labores, nõ labores ſimpl'r, ſed ſpõtaneos labores noiare cõſueuerũt. Amboꝝ aũt ipſoꝝ cõmunis eſt locus perpeſſus, hic vero ẽ totũ genus in corporib⁹ muſculoſum. Qui vero ex moribus pluribus labores accidũt, ipſis adeſt ꝓpriũ peculiare caliditas articulorũ, q̃re in his nihil mirũ ad articulos abſceſſus decũbere, ut q vna cũ muſculis laborauerint, atq; vltra modũ cõcaluerint. Spõtaneis aũt laborib⁹, vna ſola rõne fluctiones, vt decũbãt ad articulos euenit, ſicuti & oib⁹ aliis fere morbis q ꝑ abſceſſus iudicant̃, cũ latiora ipſoꝝ ſpatia ꝓpte ſe habeãt ad ſupfluitates ſuſcipiendas. Rariores igr̃ in illis abſceſſus ſunt, in laborioſis plures, & p̃cipue cũ labor ſpõtaneus fuerit, & ex his maxime qb⁹ ex multitudine labor ineſt. Erit igr̃ in aphoriſmo ſermonis hęc ſumma. His qui quomodocũq; in febribus laſſitudinẽ habent, id articulos, & circa maxillas præcipue abſceſſus fiunt. Hoc vero contingit propter eã quę eſt in febribus caliditatem, relata multitudine ad caput, mox inde ſuſcipientibus illis qui circa maxillas adenes exiſtunt, ſicuti qui circa inguina, & alas ſunt, quando ad illas partes multitudo peruenerit.

.xxxii.

Si quidẽ labor, & vehementẽ ſignificat motum, & dolorem, & læſionem, ſicuti prius dictũ liquet, quod ex laborare, & pluri vti motu ſignificabit, & aliquẽ habere vel dolorem, vel læſionem, & quidem in nonnullis qui ex morbo reualeſcũt apparet, quãdo humores morbum facientes non ſatis fuerint expurgati, ſed quaſdã reliquerint ſupfluitates, cũ laborantẽ, ſiue dolentẽ ptẽ quãpiã habuerint, illuc morbũ decũbere, cum labor quandã habeat cãę rõnẽ, dolor vero ſigni Nã ĩ vehemẽtiorib⁹ motibus, & vires fiũt imbecilliores, ſicuti & caliditas maior accẽdit̃, dolor ãt iã fluctione decũbente ꝑficitur hic igit̃, vt diximus, eſt ſignũ abſceſſus qui fit. Caliditas aũt, atq; imbecillitas ad locum affectũ prouehit ſuperfluitates, Vtroq; igit̃, vt diximus, modo audire poſſumus verbũ laborare. Toti tamen



ſermoni qui nunc ab Hippocrate fertur alterum magis cõuenit ſignificatum, ſiquidem antea de laborioſis febribus locutus, deinceps autem rurſus inquit. Sed & ſi quid antea laborauerit. Videtur enim prior aphoriſmus. cuius initium, laſſitudinem habentibus in febribus, de laſſitudinib⁹ morborum habuiſſe ſermonem. In eo autem qui nunc proponitur, de his quæ fiunt in conualeſcentibus, in ſequente vero de illis quæ morbum antecedunt.

.xxxiii.

Sed & ſi ante morbũ aliqua ꝑte laborauerit: hic morbus firmatur. xxxiiii.

Si a febre habito tumore non exiſtente in faucibus, ſtrangulatio repente ſuperuenerit, lætale.

.xxxiii.

Siue quis velit connectere duobus prioribus ſermonibus illum qui nũc dicit̃ ad vnius aphoriſmi integritatẽ, ſiue ſeorſum vnũ quẽq; ſcribere, nihil differt, nã & cõmunitas eoꝝ oſtenſa eſt, & ſinguloꝝ ꝓprietas in ſermone ꝓpoſito. Dicetur autem & nũc a nobis adhuc breuibus, Quando in morbo ſenſus aliquis laſſitudinis fuerit, expectare oportet in laborante abſceſſum aliquem ad articulos fore, præſertim iuxta maxillas. Simili modo ſi quis ex morbo relatus parte aliqua corporis laborauerit: vel ante q̃ ægrotaret: nã plurimũ ſolet ad talia decũbere: in illis videlicet morbis, in qbus ſperat̃ abſceſſus futurus: neq; morbus per excretionem antea iudicandus. Dictum eſt igitur & in præcedentibus de talium morboꝝ dignotione: ſermo vero vniuerſus in cõmentariis de criſibus, ſiue iudiciis eſt explanatus.

xxxiiii.

Licet quidẽ & ſimpliciter audire initiũ aphoriſmi ĩ quo ait. Si a febre habito tanq̃ ita dixiſſet, ſi homini febricitãti tumore nõ exiſtẽte. Licet aũt & cũ maiori aliqua ſignificatiõe: quẽadmodũ ſolet in Epidemiis ſcribere, nõ ſimpliciter quouis mõ febricitãtẽ oſtẽdens: cũ dicit. Febris ĩpm habebat: ſed de eo cui magna inſit febris, ita loquẽs. Cõtingit aũt & ſine magna febre, ſtrãgulatiõe repente ſupueniente, hominẽ interire. Ineuitabilior aũt & citior mors adeo ꝙ neq; ex inopinato vnq̃ hõ ſaluat̃, cũ vehemẽs febris detinet ęgrotãtẽ. Indiget. n. huiuſcemodi febris (vt ĩ ſermonib⁹ de difficili anhellitu fuit a nobis oſtẽſum) inſpiratione abũdãti. Fit vero nedũ abũdãs, vez̃ oio pauca, ſtrãgulatis. Neq;. n. aliud ẽ ſtrãgulatio, niſi ĩteritus ſubitus pp defectũ inſpiratiõis, q fit ex anguſtia alicuius iſtrũ ex his qui obſeruiũt reſpirationi. Nã talis anguſtia ipſorũ ſeorſum in eo gñe ẽ qd anhellitus carẽtia noiat̃, q̃ & ipſa fit, vl̃ pp ĩbecillitatẽ potẽtię illi⁹, q̃ mouet thoracẽ, vl̃ pp frigiditatẽ vehemẽtẽ vitalis pricipij. Strãgulatio vero oio fit ex ãguſtia. Anguſtia ãt vl̃ repleta ĩtermedia regiõe q̃ ĩter thoracẽ ẽ atq; pulmonẽ, aut pulmonis cauernis, vel aliq̃ inflãtiõe totũ occupãte viſcus, vl̃ aſperã artheriã, vel eã ptẽ quæ eſt veluti caput eius, quã nominãt guttur, quę etiã inflãmatio fieri aliqñ ſolet in pręiacẽte ſpacio, qd fauces appellãt. Nã & Homerus ita nominauit inqens. Per fauces aũt vinũ impellebat̃, ſpaciũ illud laxius ꝙ gulã, & guttur p̃iacet nominans fauces. Videt̃ aũt & nunc Hippo. hãc eãdem partẽ eodẽ modo quo ẽt Homerus nominaſſe. Dicit igit̃ tumore nõ exiſtẽte in faucibus, tãq̃ poſſibile ſit ore multũ adapto ptem ipſam diligẽtius inſpicere, qd in gutture fieri nequit. Fiet igit̃ ſermo vniuerſus huiuſmodi. Si a febre habito ſtrangulatio repente ſupuenerit citra tumorem fauces occupantẽ, lętale eſt. Priſci &. n. ꝑ tumorẽ & inflãmationẽ idẽ intelligebãt. Neq; nos latet triplicẽ eẽ tumoꝝ differẽtiã. Vel. n. ſunt cũ dolore quos

iuniores inflãmationes nominãt, vel abſq; dolore duri, quos græci ſcirrhos vocãt vel ſine dolore, & molles, quos iidẽ græci œdemata. i. inflatiões appellãt & ppea; ab antiquo vſu receſſerũt, vt q nõ oĩa p̃ter naturã incremẽta ſub vocabulo inflatiõis cõplectant̃. Cum igit̃ fauces ſine tumore apparuerint, ſtrangulatio aũt repente ſupuenerit, ſolius gutturis ẽ, huiuſcemodi paſſio. ſtrãgulant̃. n. (vt dixi) & ꝑpter morbos alios, quos paulo antea dixi. Repente aũt ſtrangulari ſoli gutturi ineſt. Morbus enim, quem græci peripneumoniam vocãt, non repente ſtrangulat ægrotantes, verũ paulatim ab initio incrementũ ſuſcipiens, vſque ad propriam conſiſtentiam in qua talem caſum affert. Et ſi quod tuberculum, & abſceſſus in pulmone fit, hęc quoq; paſſio diuturna eſt. Sicuti & ſpaciũ inter pulmonẽ, atq; thoracẽ pure repletũ, ſępius hoĩem ſtrangulat, abſceſſu ſcilicet in ipſum diſrupto, qui ſcilicet & ipſe in longo tempore fuit conſtitutus. Aſperæ quidem arteriæ inflãmatio difficultatẽ ſpirandi aliquam efficere poteſt, ſtrangulationẽ vero nõ poteſt pp magnitudinem meatus in ipſa latioris, & tunicæ tenuitatem. Impoſſibile ſiquidẽ eſt corporis adeo tenuis inflãmatione ſpatium effatu dignũ replere. Reliquũ igitur eſt guttur qd ſubitam poteſt facere ſtrangulationem, quoniam in ipſo anguſtatur pulmonis meatus. Et muſculi eius interiores vna cum ambiente tunica inflãmationẽ patiẽtes: viam ſpiritus valent intercludere. Nominant aũt medici qdã talẽ diſpoſitionẽ nõ per, ſ, ſynanchen: ſed per, c, cynãchen, quibus placet faucium inflãmationẽ per, ſ, ſynãchen noiare. Nõnulli vero & iuxta ſynanchen, & iuxta cynãchen nominãt. Iuxta ſynanchen qñ adiacentiũ faucibus partiũ inflammatio fuerit, iuxta cynanchen ãt qñ extra guttur. Ex his igitur quæ dicta ſunt ratiõabile eſt talem diſpoſitionẽ gutturi aliquẽ inferre dolorem, & videtur Hippo. eius manifeſte meminiſſe in libro ꝓnunciatiuo, hiſce verbis. Fauces dolentes tenues cum quadam difficultate ſtrangulãtes velociter exitium afferentes. Nunc vero dolentes nõ dixit, ſiue quia in his quæ dixerat antea poterat ſubintelligi, vel quia etiam iam abſq; dolore aliquãdo dictã putauit in pręcedente ſermone fieri poſſe ſtrangulationẽ, & ſi omnino poteſt eſſe ſine dolore ſtrangulatio, ex talibus cauſis põt hoc fieri, poſſibile eſt multitudine humiditatis, & pituitoſæ p̃cipue, madefaciente tunicã gutturis interiorẽ: aliquem fieri abſq; dolore tumorem. Poſſibile ẽt eſt aperiẽtibus ipm muſculis craſſioribus factis meatũ reddi anguſtiorem. Contingit autem & vtrunq; coniungi. Sed neq; impoſſibile eſt quin propter ſupfluam ſiccitatẽ muſculi gutturis intrinſeci ſupra modum' extenti meatum reddant anguſtiorẽ. Qui vero ſint hi muſculi, & quo claudant guttur, oſtẽſum eſt in tractatu, qui de voce inſcribitur.

.xxxv.

SI A febre habito collum peruertitur & vix poteſt deuorare ſine vllo tumore, lætale eſt.

.xxxv.

NON ẽt adiecit hic locum in quo inquit. Tumore non exiſtente: ſicuti in pręcedenti aphoriſmo faucium meminit, inquiens. Tumore nõ exiſtente in faucibus. Nos vero dicemus alterum duorũ, vel ex cõi audiendum eſſe in faucibus: vel in omnibus colli locis. Cum enim in nullo horum apparuerit, neq; ore aperto in faucibus, neq; extrinſecus tumor: hominem vero contigerit non poſſe deuorare, caſus eſt exitialis. Qui fit ex inflammatione aliquando muſculorũ qui gulæ præiacent, aliquando gulę ipſius. Eſt enim quædam ſocietas' partibus his per neruos, ac ligamenta: & ad ſpinalem medulam, & ipſam ambientes mẽ

branas



branas, ac præterea oſſa vertebrarum, quæ his extrinſecus adiacet. Extentis itaq; ad partes inflãmatas, & ligamentis, & neruis trahi vertebras, vel ĩtra, vel ad latus eſt neceſſarium, ſiquidem in altera nerui ꝓpagine fieri tentionẽ ꝯtigerit ad latus: ſi vero in ambabus ad intra. Plenius aũt de iſtis dicemus: librũ de articulis exponentes in quo ait fieri ſpinę euerſiones tuberculis crudis intra ipſam ꝯſtitutis. Igit̃ in libro illo & gibos fieri dixit tentis intra vertebrarũ ꝑtibus non ſolum recuruatiões, & obliquationes, Et in ſecundo quidem libro Epidemiarum, de propoſita nunc in aphoriſmo angina verba faciens inqt. Erat autem anginam patientium tales affectus: colli vertebræ intro vergebant, & extra apparebat collum habere cauitatem, & hoc tactum dolebat. In hoc itaq; ſermone vnam oſtẽdit vertebræ euerſionem ad intra factam in p̃ſenti vero aphoriſmo generaliori vtens ſermone inqt. Si collum euertatur. Verbũ. n. euerti eã quæ eſt ad id quod p̃ter naturã euerſionẽ, oſtendit oẽm rectitudinis vertebrarũ. In ſecũdo aũt libro Epidemiarũ ſermoni adiecit. Et hoc tactũ dolebat. Hic vero nihil de dolore dixit, atq; neceſſariũ adeſſe dolorẽ vna cũ ea quæ collum obtinet inflãmatione niſi, & hic eã quæ fit pp ſiccitatẽ excedentẽ tentionẽ tractum: & euerſionẽ partium tantũmodo oſtendit: & ꝑpter hoc ipm caſum inqt eſſe exitialẽ: cum alter qui prouenit ex inflãmatiõe nõ ſit oĩno exitialis, qualis erat prior, cui cõiuncta erat ſtrangulatio. Neq;. n. eſt æquale periculum ſi homo ſtranguletur, & vix poſſit deuorare, verum ſi propter excedentem ſiccitatem id accidat: & collum euerti, & vix poſſe deuorare, lætalis eſt caſus, & præcipue cum vehemens eſt febris, vt verba. Si a febre habito etiam in hunc ſenſum audiantur, ob hanc autem febrem ipſam, & iam immodicam fieri par eſt in membris ſiccitatem, & duplicem habebit febris vehemẽs ad mortem rationem, & quia ſignũ erit ꝙ fiat euerſio propter ſiccitatem: & deuorãdi difficultas, & quoniam & ipſa aliquid afferet, vt vna ex cauſis perducentibus ad mortem.

.xxxvi.

SVDores febricitanti ſi inceperint boni, & tertio die, & quinto, & ſeptimo, et nono, et vndecimo, & quartodecimo, et ſeptiodecimo, et vigeſimo, & vigeſimoſeptimo, & trigeſimoquarto, Hi. n. ſudores iudicant morbos. Qui vero non Ita fiunt, laborem ſignificant, & morbi lõgitudinem, & recidiuam.

.xxxvi.

NOn ſudores tantũ, ſed alui excremẽta effatu digna, & vrinę multæ, & iuxta aurem abſceſſus, vel aliquẽ aliũ articulũ in dictis diebus optime apparẽt. Sermo. n. in vniuerſum ẽ talis: iudicatoria ſigna, ac caſus, in diebus iudicatoriis incipiant, & ſermo iſte dictus ſufficiebat. Verũ Hippocrates nõ de oĩbus ipſum fecit iudicatoriis. Sed de ſudoribus tantũ, & nobis memoriæ ſubiecit iudicatorios dies qui ſunt intra quadrageſimum. Morbi enim iſtis diuturniores, nõ admodũ ſolent ꝑ ſudores iudicari, ſicuti neq; oĩno per excretiões, ſed vel per cõctionem: vel per abſceſſus. Quod vero non omnis numerus dierum ſit ad iudicãdum idoneus, experientia manifeſte demonſtrat, & quiſpiam admiraretur illos qui aiunt nullam in illis eſſe differentiam, melius. n. ex his quæ apparẽt manifeſte, eos diſcere differentiam. Cauſam vero eius qd fit per multum ocium cõſiderare ꝙ nos in tractatu de diebus iudicatoriis egimus, id qd ad artis refert vtilitatẽ in primis cõmentariis tranſigentes, cauſas autẽ ipſorum tentantes in tertio perquirere. Non

partia autem eſt de diebus ſcriptis in aphoriſmo diſcordia: cum alii alios pro arbitrio ſcribant. Nos vero illa ſecuti quę ab ipſo Hippocrate ſcripta ſunt, & in ꝓgnoſtico, & Epidemiis, & ipſo libro aphoriſmorum, ipſorū fecimus cōnumerationem. Verba aūt quibus de hiſce diebus Hippocrates ſcripſit, habes omnia in tractatu de iudicatoriis diebus: & de iudiciis collecta. Nūc vero a tertio incepit, q anticipat quartū in breuioris tēporis morbis, & poſt hunc quintum ſcripſit vno die quarto tardiorem. Sic enim fere in omnibus exemplaribus inuenit, cū quartus dies in aphoriſmo non ſit adſcriptus quamuis hic dies ſit primus iudicatorius. Verum tamen ipſum nunc prętermiſit, vel ipſe Hippocrates, vel qui primus librum ſcripſit. Si vero omnino Hippocrates illum preteriit. hanc ob cauſam exiſtimo illud feciſſe: quoniam morbi plurimi peracuti: qui cū ſudore iudicant: tertio & qnto die, magis q̄ quarto iudiciū ſuſcipiunt. Rariores.n. ſunt q die quarto iudicant, & hoc a me plurimū fuit inuētum p experientiam. ob hoc ipſum quærente, quoniam dies quartus fuerat ab Hippo. in aphoriſmo prætermiſſus. Hoc autem videtur accidere quia morbi peracuti ꝑmā ſtatim acceſſionem vehementiſſimam habent: & reliquas illis proportionales per diem tertiū. Didicimus autem ꝙ in vehementioribus acceſſionibus iudicia fiunt, & ꝙ morbi qui in diebus imparibus acceſſionem habent citius iudicantur, qui vero imparibus tardant. Atq; ideo ſi etiam in principio aliquis morbus incitat, hoc magis accidit in diebus imparibus, ſi tardare debeat, ad dies pares vehementiores acceſſiones transferūtur. Hæc itaq; habeo dicere de die quarto. In fine autē aphoriſmi: nonnulli trigeſimum primum diem: nonnulli trigeſimum quartum ſcribūt. Scimus autem hos in dierum iudicantium numero contineri: & fortaſſe trigeſimus quartus maiorem vim habet: non tamen quadrageſimi meminit: quoniā hunc principiū morborū longorū exiſtimauit qui non admodū per ſudores iudicātur. Nam & trigeſimū primum, & trigeſimū quartū: & ante ipſos vigeſimū ſeptimū raro inueniemus per ſudores iudicare.

.xxxvii.

FRigidi ſudores, cum acuta quidem febre mortem, cum mitiori autē, longitudinem morbi ſignificant.

.xxxvii.

QVod qdem ita fiat, ſępius experientia docet. Cauſa vero huius explorāda. Nam plurimam mihi videtur habere dubitationem, quomodo febre calidiſſima hominem detinente, ſudor fiat frigidus. Quod igitur in aliis partibus corporis ſit neceſſarium eſſe vehementem caliditatem: ex aliis vero ſudores frigidos euacuari, eſt manifeſtum. Eſſent enim calefacti, ſi ex partibus calidiſſimis efferrentur. Euacuantur autem ex cute ſudores quam frigidam eſſe contingit: cum tamen ea quæ ſunt ſub ipſa cōburuntur. Nam quibuſdam humoribus putreſcentibus, oſtenſum eſt febres acutas fieri: hi vero putreſcunt ſæpius quidem in toto corpore, ſæpius vero in vaſis ſolis. Cum vero hæc aliquando duo contigerint: & humores qui ſunt in vaſis putreſcere, eam vero q̄ ſolida corpora regit naturam quę ſecūdū Hippo. eſt calor naturalis: vel extingui omnino: vel proximam eſſe extinctioni quæ quidem ex his euacuant: frigida ſentiuntur. Eam vero quę fit ex putredine caliditatē, nihil ꝓhibet vehementiſſimā eſſe. Atq; ideo ſignum exitiale: oſtendens in animalis corpore humorū frigidorū multitudinē ſupabundare tantā habentiū frigiditatem, ut neq; a calore natiuo: neq; a febrili calefiāt. Tepidis qdē exiſtētibus febribus ꝯtingit ſaluari hoiem, cōcocta in tpe multitudine humorū

atq;



atq; euicta a natura. Acuta.n. febris cā eſt, & ſignum ꝑnitioſiſſimū. Cā qdē quia prompta eſt diſſoluere corpa. Signū aūt: qm humorū multitudinē eſſe frigidiſſimā oñdit, vt q̄ neq; a calore febrili trāſmutet: Febris vero q̄ nō eſt acuta: ſed mitior, ꝓpterea q̄ mittit tpe longiori a natura multitudinē cōcoqui, cū nō anticipet diſſoluere hominem, nō eſt aūt ſignū, adeo ꝑnitioſum, ſicuti vehemēs febris. Cōtingit.n. in tepida febre: & ſi modice frigida multitudo fuerit incalefactam ꝑmanere. .xxxviii.

.xxxviii.

QVA parte corporis ſudor eſt, ibi ſignificat morbum. .xxxix.

ET Qua parte corporis calor, aut frigus, ibi morbus. .xl.

ET Vbi in toto corpore mutationes, & ſi corpus refrigeretur: vel rurſus calefiat, vel color alter ex altero fiat, longitudinē morbi ſignificat. .xli.

SVdor multus ex ſomno factus abſq; cauſa manifeſta corpus vti pluri cibo ſignificat, ſi vero cibum non accipiēti hoc accidat, ſcire oportet ꝙ euacuatione indiget corpus. .xlii.

SVdor multus calidus, vel frigidus ſemp fluens, frigidus magis calidus minus ſignificat morbum.

SI per totum animalis corpus morbus extenderetur, ex toto ēt ęqualis fieret euacuatio. Fiunt.n. ſudores: vt natura humiditatē ſuperfluam euacuante, quando & optime iudicium fit. vel quando non continetur in corpore morbi ratione ſed ſiue hoc ſiue illo modo fiant, mēbrorū patientium humiditatē euacuant. .xxxix.

QVacūq; parte corporis inſignis caliditas: aut frigiditas fuerit, hic morbum neceſſarium eſt eſſe, hæc ſiquidem exiit a temperie naturali, quæ ſanitas eſt. .xl.

VAriæ diſpoſitiones diuturniores ſemper ſunt q̄ quæ ſunt vniuſmodi cū nō poſſit natura aruo i ꝑtpe multas ꝯficere diſpōnes. .lxi.

NOnnulli ita ſcribunt aphoriſmum, ſudori multus ex ſomno factus ſine cauſa manifeſta. Alii vero ſine aliqua alia cauſa, verum hæc & ſi non adiiciantur milies in mille ſermonibus ab ipſo prætermiſſa intelliguntur, quia hęc & ſi non dicantur, tamen ſubaudiuntur a nobis, vt qui ſemel ab ipſo didicerimus, ꝙ qui a cauſa extrinſeca non ex diſpoſitione corporis caſus proueniunt, nullam faciunt certam præcognitionem: hoc itaq; ſemper oportet meminiſſe. Quod vero in præſenti aphoriſmo docetur, in verbo, multus, adiecto maxime exiſtit. Si enim ſudor multus non eſſet, poſſet & propter virium imbecillitatem: & corpus raritatem accidere. Ipſius vero multitudo: altera duarum cauſarum fit: vel propter ciborum qui ſunt recenter aſſumpti immoderantiam: vel illorum qui antea. Si propter recenter aſſumptos, prohibere oportet ne plures aſſumant, ſi propter prius aſſumptos euacuare.

.xlii.

DE ſudoribus quidem qui in diebus iudicatoriis fiunt dictum eſt prius. De his vero qui in toto morbi tempore apparent ſine iudicatione in hoc oſtēdit aphoriſmo. Difficilliores qdē inquiēs eē frigidos ſudores: minus vero his malos, calidos eē. Indicāt qdē vtriq; multitudinē adeſſe, ſed alteri frigidā & peiores ſunt. Alteri vero calidā: q & minus illis ſunt exitiales. .xliii.

QVod Hippo. ꝑ verbũ intermittere acceſſiões intelligat quæ in quietẽ febre vacantẽ deſinũt, manifeſtũ fecit in hoc aphoriſmo, febres illas quę per tertiã accẽdũtur, ſi quouis modo quieuerint, ingens eſſe abſq; periculo. Solę. n. illę quę in quietẽ febre vacantẽ deſinunt, ꝑiculo carent, ẽt ſi vehementiſſimam, & ſatis longam habuerint acceſſionem. Si enim adeo breuis fuerit, vt in tertianis legitimis, minori duodenis horis tpe circũſcripta, non modo ſine periculo talis eſt febris, ſed etiã cito iudicatur. Si vero longius q̃ duodecim horarũ occupet tempus, adeo vt ad decem & octo peruenerit horas, eſt quidem & hęc citra ꝑiculum, Tanto aũt longior, quanto & eius acceſſio maior extiterit, q̃ tertianę exq́ſitę. Non abſq; ratione autẽ eas quę in quietẽ febre vacantẽ deſinunt eſſe abſq; periculo inquit, vt quę nõ ex inflãmatione aliqua, neq; ex maligna humorum putredine occaſionem habeãt. Neutra. n. harũ ad quietẽ ꝑuenit febre vacãtẽ. Quocũq; autem modo intermiſerint periculum abeſſe ſignificatur, hoc eſt, ſiue vehemens, ſiue longa fuerit acceſſio. .xliiii.

.xliij.

FEbres quæcunq; nõ ĩtermittẽtes, tertia die fortiores fiunt, magis periculoſę. Quocunq; autẽ modo intermiſerint, periculũ abeſſe ſignificatur. .xliiii.

QVibus, febres lõgę, his tubercula, vel labores in articulis fiunt. .lxv.

QVibus tubercula, vel in articulis labores ex longis febribus fiunt, hi pluribus vtuntur cibis. .xlvi.

SI rigor incidat febre non deficiente, ægro iam debili, lętale eſt.

NOn ſemp neq; hoc fit, ſicuti neq; qcq̃ aliud huiuſcemodi, ſed magna ex pte videlicet cõtingere videt̃ cã aũt eſt manifeſta. Nã pp multitudinẽ, vel craſſitudinẽ, vel frigiditatem humorũ efficientium febres, in longum tempus morbi extenduntur, cum longum exigant tempus ad coctionẽ. Par igitur eſt & tubercula fieri, & ad articulos ſupfluitatem decũbere. Siue aũt p labores dolores intellexerimus ſiue lęſionem, vterq; intellectus habet rationem. Vtrunq;. n. horum ad abſceſſus ſequitur. .xlv.

DE conualeſcentibus ex morbo docet. His enim repletis rationabile eſt caſus plethoricos aduenire, & maxime ob virium imbecillitatem. .xlvi.

NOn idem eſt ſi quis dixerit, ſi inciderit, & ſi incidat. Verbũ enim inciderit vnum ſignificat rigoris inſultum, incidat vero plures. Semel igitur rigore incidente, nondum liquet, an mors, an iudicatio optima ſit ſequutura. Poteſt enim & propter virium imbecillitatem caſus eſſe lætalis, poteſt autem & iudicatio periculoſa, bonum tamen habere finem. Sæpius vero fieri rigorẽ febre non deficiente, & aliter bonum non eſt, in virium autem factus imbecillitate pernicioſus. Nam ſi aliqua euacuatio rigorem ſubſequatur, quæ nullam faciat intermiſſionem, propter vtrunq; diſſolui hominem fit veriſimile, & quia vis imbecillis ferre non poteſt rigoris agitationem, & quia ab euacuatione diſſoluitur. Si vero ſolus accidat rigor nulla euacuatione ſubſequente, vtroq; modo caſus caret bonitate. Nam & ſicuti mala cauſa vim corporis tanget, & malum ſignum erit vltimam illius indicans imbecilitatem, quæ ſolita erat noxios humores in rigoribus euacuare, nunc vero hoc non poteſt efficere. .xlvii.





FOrte conueniens fuerat doctrinæ aphoriſticæ dici cõpendioſius omnes prauas excretiones, cũ bene exeunt ab bonum terminari. Hippocrates vero nõ ita locutus eſt, ſed primum quidem trium generum excretionum meminit, & eius quæ fit per os, & eius quæ fit per aluum inferiorem: & tertiæ quæ fit per vrinas. Deinde & eius quæ fit per os magis particulatim. Non enim ſimpliciter dixit prauas excretiones bene exeuntes bonas eſſe, ſed ſpeciatim ipſarum meminit, in-

.xlvii.

EXcretiones in febribus non intermittentibus, liuidæ, cruentę, fetidę, & bilioſę omnes malæ. Et ſi bene exeunt, ſiue per alui excretionẽ ſiue p vrinas bonę. Si vero nõ aliqd eorũ quę iuuãt, per hæc loca excernitur, malum. .xlviii.

IN febribus non intermittentibus, ſi partes exteriores frigidæ, interiores vrunt̃, & ſitim habeat, lætale eſt. xlix.

IN febre non intermittente, ſi labrum, vel oculus, vel naſus, uel ſupercilium peruertatur, vel non uideat, uel non audiat, iam debili exiſtente corpore, quicqd horum euenerit, mors proxima eſt.

quiens, Liuidæ: cruentę: fetidę: & bilioſæ. Vna autem cõmunis eſt in hiſce oibus: ratio. Malæ excretiones ſunt prauarũ ſigna diſpoſitionum, & fiunt ſæpius eodẽ mõ, quo in vlceribus putridis, quibus liquores ſanioſi defluunt: nihil diſpoſitioni conferentes. Nõnunq̃ vero ita ſicuti pus, ex abſceſſu diſrupto bene expurgãs partẽ patientẽ. Indicia vero ꝙ bene excernatur, maxima ſunt, & coctio, & bona tolerãtia, cũ ipſis vero & morbi ſpecies, & poſt ipſam tempus anni, & regio, & ætas, & natura ęgrotantis. Quod vero eſt in fine aphoriſmi, duobus modis ſcriptũ inuenit̃. In qbuſdã qdẽ, vt antea ſcriptũ eſt. Si vero nõ aliqd eorũ quę iuuant excernatur. In qbuſdã vero ſine particula negatiua nõ hoc modo. Si vero aliqd eorũ quę iuuant excernat̃. Et erit ſecundũ primã ſcripturam ſermo talis. Si aliqd eorum quę nõ iuuant excreta videt̃ euacuatũ, non eſt bonũ. Secũdũ vero ſecũdã ſcripturã. ſi aliqd eorũ quę iuuãt, & ſunt animali cõuenientia excernatur, non eſt bonũ. Melior autem eſt ſcriptura prior. .xlviii.

DIgnũ animaduerſione eſt nunqd huiuſcemodi caſus poſſint in febre fieri intermittente. Ego. n. neq; vidi, neq; aĩo capio. Videntur ſi qdem ſolis accidere in febribus, q̃ cauſones ab incendio noiantur, ꝑnicioſis, vel ſi aliter libeat appellare valde malignis, veluti lipyriis. Nulla vero febris alia ꝓfundiora purit cute refrigerata, neq;. n. mitior cauſon, neq; tertiana, quæ duæ febres prę cęteris ſũt calidiſſimæ. Videt̃ itaq; nõ diſtinctionis gratia in aphoriſmo adieciſſe. In febribus nõ intermittẽtibus, ſed ſimilẽ ꝓtuliſſe ſermonẽ illi quo dicit̃. Vertebrę aũt quæ in ſpina ſunt, non quaſi aliqua alia corporis pte ſint vertebrę, ſed veluti ſi ita diceret̃. Vertebrę qbus hoc ineſt, vt ĩ ſpina ſint: & nunc ita ſermonẽ Hippo. audiem⁹. Si ꝓfundę ptes vrant̃, cute refrigerata, lętale ẽ, fit ãt hoc ĩ nõ nullis febrib⁹ nõ ĩtermittẽtib⁹. Cã vero hui⁹ talis exiſtit, qñ aliq̃ fortis iflãmatio ĩ corporis pte ꝓfũdiori, vl' Eryſipelas euenerit, tot⁹ ex toto corpe ſãguis ad locũ trahit̃ patiẽtẽ, atq; iõ vrũt̃ ꝓfũda, ſed cutis refrigerat̃, vt fit ĩ ꝑncipiis acceſſionũ. .xlix.

PArtiũ fiunt peruerſiones, extentis, atq; contractis his qui ad ſua principia nerui pertingunt. Quod aũt extendant̃, hoc ipſis accidit, vel ꝓpter inflãma

tiones,vel duros tumores,aut ſiccitates aut im̃odicas frigiditates.Hęc aũt gratia ſunt,qñ prope neruoꝝ originẽ fuerint cõſtituta.Quare cũ febris ꝯtinua fuerit,& ęger debilis,nõ abſq; rõne mortẽ eſſe vicinã eſt exiſtimãdũ.Multo aũt magis,qñ non audiat aliquis,vel non videat pp virtutis ſenſibilis debilitatem. .l.

FIt qdem nonnũq̃ ex eadẽ cauſa horũ vtrunq;,& difficultas ſpirandi,& deliriũ, pa tiẽte cerebro,& tũc appet ſpiritus, vt ipſe in pgnoſtico,inqt,magnus & ex multo interuallo,hoc eſt magnus,& rarus.Cõtigit aũt & pp aliquã earũ partiũ q̃ reſpirationi obſeruiũt,paſſionẽ,ſpirandi difficultas,Nam & morbus lateralis,& pulmonis inflãmationes,& reliquę thoracis,atq; pulmonis paſſiões,ſpirandi faciũt difficultatẽ.Hæc vero omnia periculoſa ſunt,febre pſertim cõtinua adiuncta.Nã ſemper cũ tali fieri cõſueuerunt,quare & hic verba illa,Cũ febre non intermittente,eadẽ videntur rõne eſſe dicta,qua ẽt in aphoriſmo antecedente. .li.

SErmo ita clarus eſt,vt forte Hippo.non indiguerit.Liquet.n.ꝙ eo ipſo qđ ad primas iudicationes nõ ſoluñt,huiuſcemodi paſſiões ſint diu duraturæ. .lii.

.l.

UBi i febre nõ intermittẽte difficultas ſpirãdi,& deliriũ acciderit.lętale. li.

IN febribus,abſceſſus qui ad primas iudicationes non ſoluunt,longitudinem morbi ſignificant. .lii.

QVicunq; in febribus,vel in aliis morbis ſponte illachrimant,nihil abſurdum,q vero nõ ſpõte,abſurdius. .liii.

QVibus circa dentes in febribus quidam lentores naſcuntur,his fortes fiunt febres. .liiii.

QVibus plurimum ſiccæ tuſſes leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt,nõ multũ ſiti infeſtantur. .lv.

EX inguinum tumoribus,febres omnes malæ,præter diarias.

DIctũ qdẽ & in pgnoſtico lachrimari nõ eſſe bonũ ſignũ,q̃do videlicet oculus ipſe nullũ affectũ habet ppriũ,atq; pcipuũ,veluti lippitudinẽ,vel in palpebris aſperitatẽ,vel tale aliquid.Nã debilitas quędam oſtendiť potẽtię cõtentiuę,qñ & ſi talia nõ adſunt illachrimãt.Nõ recte ãt ſcriptũ fuit abſurdius cõparatiue:melius enim fuerat abſolute abſurdũ dicere & mihi videtur hic error:culpa magis primi librarii.q̃ ipſius Hippocratis cõtigiſſe. .liii.

NEq; enim naſci poſſũt huiuſcemodi lentores ſine caloris multitudine pituitoſiorem humiditatem excante. .liiii.

SIccas tuſſes illas noiant in qbus nihil expuiť.Fiunt aũt aliqdo ob intẽperiẽ inſtrumentoꝝ quæ obſeruiũt reſpirationi:aliqñ vero in fauciũ aſperitate:vel aliquo tenui:& pauco humore deſtilante.Quicquid horum acciderit:aliquo modo madeſcunt loca quę ad ſperam plertinent arteriã & ideo minus ſiticuloſi fiunt.Nam ſi aſperitas ſola fuerit propter motum in tuſſi factũ:ex locis vicinis humor aliqs trahitur.ſic autem & ſi ſola fuerit intemperatura. .lv.

FEbres diarię omnes ab ipſo vocanť:quęcũq; ſui rõne vna die durant.Tales aũt ſunt ex tumoribus inguinũ,quãdo ex cauſis manifeſtis conſiſtunt.Alios vero tumores inguinũ q ſine cã manifeſta fiunt,fit veriſimile ex viſcerum inflammationibus fieri:atq; ideo febres.q̃ vna cũ ipſis eueniunt malas eſſe. .lvi.

Oportuit



OPortuit hunc aphoriſmũ cum altero paulo ante dicto cõiungi.In quo dixit.Sudor multus,frigidus,vel calidus ſemper fluens.Ipſe vero oſtendit quo pacto talẽ ſudorem dixerit eſſe malũ:& ppter quã cãm.Malus itaq; exiſtit qa morbũ nõ ſoluit,q̃ re & ipſum progari ſignificat.Cãm vero ſecundũ tempus prorogationis,multã ait eſſe humiditatẽ,quam in tẽpore longiori,diſſoluente,ac cõcoquente natura,neceſſariũ eſt morbum eſſe longum. .lvi.

.lvi.

FEbricitanti ſudor ſuperueniẽs febre non deficiente,malum.Prorogatur enim morbus,& multam ſignificat humiditatem. .lvii.

QVi a cõuulſione,aut diſtentione neruoꝝ teneť,febre ſuperueniẽte liberatur. .lviii.

A Febre ardente habito,rigore ſuperueniente,ſolutio. .lix.

TErtiana exqſita ſeptenis circuitibus quod tp̃s longiſſimũ eſt iudicatur.

ESt qdem & diſtentio neruorũ cõuulſio,ſed non vident in ipſo partes cõuulſę,quoniã ęqualiter añ,& retro tenduť,atq; ideo præcipuũ illi nomen eſt datũ diſtẽtio,ita ꝙ oẽs cõuulſiões ſunt numero tres gręcis vocabulis,Opiſtotonus.i.tẽtio ad poſteriora.Emproſtotonus,i.tentio ad anteriora,& Tetanos.i.ęqualis tentio,nominatę.Omnes vero ſecũdũ ipſum fiunt conuulſiones,vel ex repletiõe,uel ex euacutiõe,partiũ videlicet neruoſarũ.Quęcũq; igitur conuulſiones ad febres ardentes ſequuť,has par eſt fieri ex ſiccitate.Quęcũq; vero ab initio inuadũt,ex repletione habent generationẽ,his cõuulſionibus febres aduenięẽtes,partim quidem ſuperfluã diſſoluunt humiditatẽ,partim vero concoquũt frigiditatẽ,quę duę ſunt medicis remediorũ intentiones.Nõ abſq; rõne igitur in febribus ardentibus lętales ſunt conuulſiones nõ lętales vero quę febres antecedunt. .lviii.

OStenſum.n.eſt in ſermone de rigore,ob flauã bilem,quę per mẽbra ſentiẽtia veloci motu defertur,fieri rigorẽ,poſt quẽ videlicet & alui ſoluunť,& ſudores,& vomitus bilioſi ſupueniũt.Bile igiť ex qua febris ardẽs habuit ortum expurgata,ſoluiť febris.Nam febrẽ ardẽtem fieri nouimus eſtiuo tempore quãdo venę exiccatę,acres,ac bilioſos ad ſe liquores attraxerint. .lix.

TErtiana febris,ab ea quę ardẽs nominať,humore faciẽte,nõ differt.Vtraq; enim a flaua bile fit.Differunt aũt,quoniã febris ardẽs habet in venis vna cum ſanguine bilẽ plurimã ebulientem.Tertiana vero eandẽ bilẽ habet in toto corpore latã,ac motã.Exqſita igitur tertiana erit ſui ipſius naturã purã ſeruans,atq; ſincerã.Seruat aũt,vbi flauã bilẽ habet,vt dixi ſupabundantẽ,& motã,& pterea,tp̃s ęſtiuũ,& locũ tẽpori ſimilẽ,calidũ.ſ.ac ſiccũ,& hominis ętatẽ,& temperaturã ſimilẽ.Statim vero & in tali tertiana acceſſio fieret vna cũ rigore,& ſolutio eius p ſudores,vel p vomitũ,aut p aluũ inferiorẽ,flaua bile euacuata,vel omnibus iſtis pariter factis.Erit & huic tertianę tp̃s acceſſionis minus multo,q̃ quietis.Duobus ſi qdẽ diebus,& totidẽ noctibus toto eius pfecto circuitu.Exqſitã tertianã nũq̃ inuenies extra duodecim horas ſuã acceſſionẽ ptendere.Talẽ itaq; ait Hippocrates in ſeptẽ circuitibus,qđ ſit longiſſimũ,iudicari.Quod.n.in cõtinuis vna dies põt,hoc in intermittentibus acceſſio.Secundũ igiť iſtorum cõnumerationẽ,eaꝝ fiunt iudicationes,hoc aũt innuit & ipſe in pgnoſtico,vbi de quartana lo

quitur, ita inquiens. Fit aũt & quartanarum cõſiſtentia ex ordine tali. Eſt aũt & a nobis obſeruatũ, tum in quartanis, tum etiam in tertianis: fieri iudicationem ſecũdum numerum circuituum, nõ dierum. Statim itaq; in tertiana febre ab initio ſeptima acceſſio in tertium, & decimũ incidit diem, & ſæpius in ipſo morbus iudicat non expectato quartodecimo. Sicuti igit in morbis cõtinuis, acutorũ quidem morborũ terminus eſt quartus decimus, peracutorũ vero ſeptimus, ſic in intermittentibus longiſſimi tẽporis epiſteus tertiana febris, terminũ habet circuitũ ſeptimũ. Rurſus aũt ſicuti in peracutis morbus poterat iudicari, & in quĩto, & ĩ quarto, & in tertio d e, ſic & in tertiana in eiſdẽ circuitibus fieri ſolutionem cõtinget non expectãte natura ſeptimũ circuitum Hippo. igitur tertianã aliquãdo cũ adiectione exquiſitam nominat. Aliquãdo vero ſimplici appellatione cõtentus, tertianã tantũmodo, ſicuti & nunc quoq; conſuetudo grecorũ eſt huiuſcemodi res omnes dupliciter nominare. .lx.

.lx.

QVibus in febrib' aures obſurduerũt ſanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata, ſoluit morbum. .lxi.

FEbricitatẽ niſi diebus imparibus febris reliquerit, ſolet recidiuare. .lxii.

QVibus in febribus morbus regius ante diẽ ſeptimum accidit malum.

DIctum qdem & ab ipſo antea ſurditatẽ fieri, ſi bilioſa excremẽta retineant & ad caput recurrãt, & talẽ ſolui ſurditatẽ, ſi aluus turbet. Dictum aũt & nũc ab ipſo hoc idẽ, & preterea de profluuio ſanguinis e naribus, & enim & hoc ſoluit ſurditatẽ, eam ſcilicet quæ in febribus fit abſq; vlla propria atq; præcipua inſtrumenti auditus paſſione, & nihil mirum ſi euacuatis, aut tranſmutatis noxiis humoribus ceſſant paſſiones. .lxi.

NEſcio ſi hunc aphoriſmũ Hippocrates ſcripſerit: an fuerat a quopiam adſcriptus: ſi quidẽ in pgnoſtico dierũ iudicantiũ incremẽta ac compoſitiones fieri in quaternis edocuit: & in hoc ipſo libro aphoriſmorũ: atq; etiã in Epidemiis: non modo die quartodecimo multos vidit iudicatos. ſed ẽt in vigeſimo: & quadrageſimo: & ſexageſimo: & octuageſimo. Ipſi vero iudicãt, & vigeſimaquarta: & trigeſſimaquarta & octuageſima: & ab initio protinus quarta. Quomodo igit ait nunc: q niſi in diebus imparibus febris ceſſauerit non ſit fida iudicatio. Melius itaq; pro imparibus ſcribere iudicatoriis, vt qbuſdã viſum eſt. Multa tñ exemplaria in numero plurali, & imparibus & diebus ſcriptũ hñt. .lxii.

MOrbus regius fit aliqñdo & iudicatorie repẽnẽte natura ad totũ corpus, & pcipue ad cutẽ flauã bilẽ. Fit aũt & huiuſcemodi caſus hepate male ſe habẽte. Ipſius vero mali affectus ex quibus morbus regius ſolet aduenire tres ſunt, tumor durus, inflãmatio, & obſtructio. Verũ tumor pdurus diutinus morbus exiſtit. Inflãmatio vero, & obſtructio repente fieri poſſunt, & q regii morbi ante ſeptimũ accidunt die, ex aliquo iſtorũ ortũ habẽt, nã citius nõ põt iudicatorie bilis efferri ad corpus. Ante ſeptimũ qdẽ diẽ: morbũ regiũ eẽ malum verũ exiſtit, nõ tñ poſt ſeptimũ vacare periculo eſt pariter verũ, neq; hoc nũc dictũ eſt. Põt. n. & inflãmatio, & obſtructio longiori tpe permanere, ante ſeptimũ tamen bilem iudicatorie efferri eſt impoſſibile. In quibuſdã vero exemplaribus adiectum eſt aphoriſmo, circa finem. Niſi humores ex aluo prodeant, volẽtibus his qui hæc adiiciunt per aluum bilem expurgari. .lxiii.

Cum



CVm bile p omnẽ corporis habitũ mota rigores accidãt, atq; ideo ſingulis acceſſiõibus expurget, atq; euacuet nõ abſq; rõne ad infebricitationẽ puenit taliũ febriũ intermiſſio. Hoc igit ẽ q nũc dictũ ẽ ab eo quotidie febres ſoluunt, ac ſi dixiſſet, ægrotos quotidie ſine febre fieri. ſicuti ãt queadmodũ quotidie rigores fiunt: quotidie ẽt febres ceſſant: ſic vʒ ſi & p tertiũ diẽ: vel ẽt p quartũ: qd. ſ. fieri vr, & in tertianis & in quartanis circuitibus: ĩ qbus febres ſoluũtur: & rurſus redeunt. Remanet tamen quędã diſpoſitio præter naturã in corpore: a qua ſecũdũ circuitum & aliæ febres & ægritudines generantur. .lxiiii.

.lxiii.

QVibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſoluunt. .lxiiii.

QVibus in febribus morbus regius, ſeptimo, vel nono, vel vndecimo, vel quartodecimo ſuperuenerit, bonum, niſi dextrum ilium obduruerit, ſi vero nõ, nõ bonum. .lxv.

IN febribus circa ventriculum, & fortis æſtus, & cordis morſus, malum. .lxvi.

IN acutis febribus cõulſiones, & circa viſcera dolores fortes, malum.

QVi ante hunc ſcribit aphoriſmus abſq; ordine mihi vr fuiſſe interiectus. Melius. n. fuiſſet hunc: q nũc ſcribit aphoriſmũ illi fuiſſe ꝯiunctũ: in quo ait. Quib' in febribus morbus regius ante diẽ ſeptimũ acciderit malum. vt totus ſermo talis pcedat. Ante ſeptimũ qdẽ diẽ morbum accidere regiũ malum oĩo, poſt ſeptimũ vero optimũ, niſi dextrũ iliũ obduruerit. i. niſi aliqs malus effectus ex his quos antea diximus, viſceri hepati videlicet acciderit. Ex purgato. n. ĩ ipſo ſanguine: & bile trãſlata ex venis ad meatus bilẽ recipiẽtes, ſiue obſtructio fuerit in locis ad quę trãſfert, ſiue inflãmatio aliqua, vel durus tumor, neceſſariũ oĩo nõ expurgari ſãguinẽ, & vna cũ ipſo bilem per totũ corpus deferri, & hinc morbũ regiũ generari. .lxv.

QVod non ſolũ ei viſceri, q ſua natura pulſat, cor nomẽ fuit apud antiquos, ſed ẽt ori vẽtriculi, p confeſſo habet apud oẽs, ſicuti ẽt q cordialgiã. i. cordis dolorẽ, huius ptis dolores appellãt, & verbum cardioſſim apud grecos, plurimi exponẽtiũ aphoriſmos p cardialgin. i. cordole acceperũt, nõnulli ipſius viſceris motũ quẽdã palpitationi ſimilẽ, p cardiogmon verbũ itellexerũt. Fortis itaq; vẽtriculi ęſtus a flaua bile in ipſius tunicis ebuliẽte generat. Rõnabiliter aũt his q ita affecti ſunt, & vẽtriculi mordetur os, atq; ob id malus eſt caſus. Si qs vero p cardiogmõ verbũ Hippo. vtitur in aphoriſmo, crebrũ, & velocem cordis motũ, & pcipue ẽt ſimilẽ palpitatiõi intellexerit, extremũ ex eo malũ ſignificatur, vim. ſ. vitalem maximo incendio laborare. .lxvi.

FEbres vehemẽtes, veluti ignis neruos exiccãtes eos extẽdũt, atq; cõuellũt & pp hoc malas afferũt cõuulſiões. Nonnũq vero & viſcera ipſa in tali affectu dolorẽ ſentiũt, pp incẽdii vehemẽtiã, ac ſiccitatẽ, atq; idcirco malũ eſſe inqt. Peior aũt fuerat ſi fortes dolores acciderit. Scimus aũt q pp inflãmationẽ, vel heryſipelas, vel fortẽ obſtructionẽ vel abſceſſũ aliquẽ, in viſcerib' dolores fiunt, ſed nõ fit veriſimile, vt d his nũc ſermo habeat ab ipſo. Manifeſtũ. n. ĩ ipſis piculũ q neq; neceſſario adiũgit ꝯuulſiõi, & cũ Hippo. ĩ febrib' dicit morbos febriles, itelligit qñ febres ipſę ſũt paſſio, & ñ caſus ptis alicui', q̃ aliquo dictorũ affectũ laboret. .lxvii.

Dictum ab ipſo & antea fuit, ꝙ ſomnus lędens ęgrotantē mortalis eſt q aūt non lędit nō eſt mortalis, vbi & exēplum ſermonis adiiciēs, inq̄t vbi delirium ſomnus ſedat, bonū, veluti ſomno exiſtēte aliquo ex quo deliriū nō ſedatur, ſed excitat̃ aliquādo, ac generat̃. Verū & hic alia dixit exēpla noxę ex ſomno aduenientis, timores, ac cōuulſiones. Quidā vero nō timores ſcribunt, ſed labores, & q̄dem nos ſæpe vidimus in morbis exitialibus, & timores, & labores, & cōuulſiones factas ex ſomnis. Hoc autē videt̃ ꝯtingere, qn̄ in ſomnis ad cerebrū humor infeſtus puenerit, tūc magis intra, q̄ extra natura mota, & quidem ſicuti a cibo ad ſomnum conuerſis impletur caput, ſic in plethoricis diſpoſitionibus, ſomni ipſum replentes aggrauāt cerebrum. Si igit̃ ea multitudo magis ad atrę bilis naturam vergit, timores fiunt, ſed ſi talis nō fuerit, labores, ac conuulſiōes. Et ſomni videlicet ſemper nocerent, quatenus ad ꝓfundū, & viſcera materia fluit, niſi coctiōis rōne plus afferēt vtilitatis q̄ ſit dānū ꝙ ex motu ad iteriora ꝯſeq̄t. Nō ſolū aūt i cerebro ipſo mali humores aceruati tales afferunt caſus, ſed & in ipſo ore ventriculi quare & in ſomnis magis euaporant, cum incocti permaneant, ſicuti coctiones vtiles ſomnos inducunt.

.lxvii.

In febribus ex ſomnis timores, vel cōuulſiones malum.

.lxviii.

In febribus ſpiritus offendens malū, Conuulſionē.n. ſignificat

.lxix.

Qvibus vrinæ craſſe: grumoſæ, paucæ nō ſine febre, multitudo veniēs ex his tenuis iuuat, ꝑcipuę vero tales veniunt q̄bus ab initio, vel breui ſedimen habent.

.lxviii.

Spiritum nunc audiendum eſt ipſum dicere, ſicuti in prognoſtico reſpirationē, qui vbi offendit hoc eſt in medio ſui interruptus ſubſtiterit conuulſionem ſignificat. Et enim fit mouentibus thoracem muſculis, ac neruis iam cōuulſioni paratis, qua diſpoſitione inſuper aucta, & plures occupāte ꝑtes manifeſta cōuulſio hoiem appręhēdet. Cū vero duplex ſit in reſpiratione motus alter quo ſpiritus fertur ad interiora, qui inſpiratio dicit̃, alter quo ad exteriora, & cōtrariā accepit appellationem, expiratio nominatus. Offendit aūt ſpiritus aliquādo q̄dem inſpirātibus, ſicuti cū ipſe dicit duplex intra reuocatio, veluti adſpiratio, aliq̄n expirantibus, ſicuti cū dicit & ſpiritus offendit extra delatus. In his igit̃ vtriuſq; ꝑtis reſpirātiōis ſeorſum meminit. In ꝓpoſito vero aphoriſmo de tota ipſa ꝓnūciās, inq̄t. Spirit⁹ offendēs, ſiue i motu ad itra, ſiue ad extra, ſiue ad vtraq; tale q̄d patiat̃.

.lxix.

Non ſimpliciter vrinas craſſas dixit, ſed & grumoſas adiecit, duo q; alterum oſtendens, vel craſſitudinis q̄titatē, vel ſedimēti inęqualitatem, ac diuulſionem, ita ꝙ plures, veluti grumi ipſarum conſiſtētię circūſcriptę appareāt. Nōnulli vero nō grumoſas ſcribunt, ſed cænoſas, ſicuti numiſianus, & Dionyſius, ſiquidē ꝑ hoc verbū fetorē quędam ſimul oſtendentes, plus aliq̄d q̄ alii demonſtrātes. Si vero quaſi craſſitudinis quātitatē nihilo plus hoc ipſo docētes. Sermo vero Hippocratis totus nō videt̃ de vrinis eſſe fetorē habētibus, ſed de paucis tantum, ac craſſis, vt ex oppoſito manifeſtat, ingens. Multitudo veniēs, ex his tenuis iuuat. Quare ſi hoc ſolum ſcriberetur quibus vrinæ craſſæ, paucæ, nihil ſermoni deficeret. Fiunt autē & ſine febribus vrinę tales, natura expurgante per renes totius corporis ſuperfluitates. Fiunt aūt & cū febre, in q̄bus q̄ſpiam forte exiſtimaret ad cō

trariam



trariam tranſmutationem non eſſe bonam, quoniam magna ex parte in febribus, ex vrinis ab initio tenuibus fit ad craſſiores conuerſio tendente iam morbo ad ſolutionem, atq; ideo mihi videtur ita ſcriptus ab ipſo fuiſſe aphoriſmus, id q̄d raro accidit edocente. Contingit enim aliquando vel per initia morbi, vel nō multo poſt vrinas factas craſſiores propter grauitatem habere ſedimen. His igitur vrinis ſedimen bonum ſignum non eſt, ſicuti aliis, quæ ab initio tenues exiſtentes ratione totius morbi coctionis ſedimen capiunt. Non abſq; ratione autem craſſæ vt næ ſunt multitudine paucæ, vt quæ vix renes pertrāſeant. Cum itaq; & ſimul maior pars talium humorum malorū fuerit euacuata, ſimul autem & reſiduum concoquitur: tunc excernunt̃ multo prioribus tenuiores. Melius.n. ſi ita dicatur, & nō tenues abſolute, quemadmodum dixit Hippocrates. Quæ enim ſecundum naturam ſunt, non ſimpl̄r tenues exiſtunt, ſicuti neq; craſſę, ſed medium tenent inter vtrunq; exceſſum, & cum mediocritatem habeant, craſſiores quidem ſunt atq; dicūtur aquoſis tenuiores vero grumoſis, multe vero nō ſine ratiōe excernunt̃, q̄a prius fuere retentę, quo tempore craſſę exiſtentes difficul‹t›er exibant.

.lxx.

Qvibus vrinæ ꝑturbatæ quales ſunt iumentorum, his dolor capitis vl̄ ad eſt, vel aderit.

.lxxi.

Qvibus ſeptima iudicatur his nubeculam habet quarta die vrina rubeam, & alia ex ratione.

.lxx.

Hvnc nōnulli aphoriſmum cum ſuperiori coniungunt: tanq̄ eius partē, ita ſcribentes. Quibus autem vrinę perturbate, hiſce dolores capitis. Et volunt quidam verbū perturbate cōtrarias oſtēdere his, quas antea noīauit, nōnulli vero ipſas vrinas ꝑturbatas. Falſum aūt eſt ꝙ vrinę tenues ſint cū dolore capitis. Vñr.n. dolores capitis aliq̄n antecedere, aliquādo ſimul eſſe cum perturbatis vrinis, & quales nam hæ ſint manifeſte monſtrauit, inquiens, quales ſunt iumentorum, & tales fiunt materia craſſa, ac denſa a calore agitata. Hæ enim vident̃ maxime, & ab extrinſeca caliditate i ſpiritum ſolui, ſicuti bitumen, pix, atq; reſina. Nōnullę igitur vrinę longo tempore manent perturbatæ, nōnullę vero cito ſedimen craſſum habent: & cito morbum ſolutum iri ſignificant. Quæ vero non reſident, ſi vires affuerint longum fore morbum oſtendunt, ſi imbecillitas adſit, ęgri mortem pręnunciant, hęc quidem ex ſuperabundanti a nobis ſunt dicta: quoniam non carent vtilitate, quæ vero ad ipſum attinentia aphoriſmū adhuc dicere oportet ſunt iſta. Vrinis perturbatis capitis dolores neceſſario: aut adſunt, aut aderunt, vt inq̄t Hippocrates, quoniam ſpiritus flatuoſus vna cū calore prompte fertur ad caput. Non tamen ſi quis doluit caput vel dolet huic omnino tales ſunt vrinæ. Fiūt enim dolores capitis etiam ex calore ſolo. Nonnunquā vero ex flaua bile, quæ vel in capite, vel in ventriculo continetur, & ex humorum abundātia caput opprimēte, vel propter aliquam loci obſtructionē, vel ſpiritu flatuoſo habēte in parte ipſa generationem, quorū nihil talem facit vrinam ex neceſſitate.

.lxxi.

Sicuti in pluribus aliis ſe ipſos imperitos artis Hippocratis oſtenderunt plurimi eorum qui eius librum expoſuerunt, ſic & in iſto. Putant enim adiecta fuiſſe aphoriſmo, & alia ex ratione, quæcunq; circa ſomnos, vel vigilias, vel reſpirationem, vel accubitum, vel ſurrectionem, vel tale aliquid, in prognoſtico ſcripſit, vt ſi hæc omnia bene facta videanturin ſeptimo eorum quæ futuram ſperemus iu

dicationem videnť āt ignorare capita maxima ad ꝓcognitionem facientia. Vigilāt enim magna ex parte, & grauiter ſe habent, ac febriunt vehementius ægri, quanto magis iudicatio appropinquat. Plures vero eorum prope iudicationem ſpirāt difficulter. Non igitur oportet qđ ex vrinis apparet ſignum ſine talibus caſibus ſit ad firmiorem futuræ iudicationis ſpem ſignum in vrinis, ſed multa alia quæ frequentius, q̄ iſtud apparēt, de quibus nihil videntur cognoſcere, qui audent Hippocratis cōmentarios exponere, priuſq̄ totam ipſius artem perdiſcant. Nam cum quarta dies ſit index, quēadmodū ipſe edocuit, & qualis ſit futura ſeptima nunciet omne qđ in ipſa dignum effatu ſignum coctionis apparuerit, futuram ſeptima die iudicationem oſtendit, adeo ꝙ non ſolū rubra aliqua nubes apparens, antea non viſa, iudicationem ſignificat, ſed & alba multo plus ipſa. Adhuc autem magis & ſublimamentū album, æquale, atq; conſiſtens. Si vero velociter admodū morbus moueatur, & mutatio coloris, & conſiſtentiæ, ſunt ſufficientia ſigna futuræ iudicationis. Tenuis itaq; vrina ſi mediocriter craſſa efficiať, & ſi alba ruffa fiat, in tali morbo iudicationē ſignificat. Vnius itaq; ſigni nominatim Hippocrates meminit: vrinæ ſcilicet rubræ. Dignum autē exiſtimat, vt ſicuti hoc, ita & alia ex ratione intelligamus quæcūq; futuras iudicationes oſtendūt. Sunt autem hæc quæ in diebus ab ipſo vocatis indicibus, & contemplabilibus fieri conſueuere, vel in vrinis, vel in excrementis alui inferioris, vel ſputis, ſemper enim hæc talia omnia iudicationes ſignificant, nō tamen bonas ſemper. Solis enim coctionis ſignis in diebus contemplabilibus apparentibus, bonæ futurę iudicationes indicantur. Senſus ergo verborum aphoriſmi talis eſt. Meminit aūt nubis rubeæ tanq̄ ſigni perrari. Albæ enim frequentiſſime appent, & ſunt ſignum coctionis manifeſtum. Rubeæ vero raro fiunt, & niſi hoc in loco de ipſis dixiſſet Hippocrates ꝙ in diebus indicantibus apparentes futuram nūciant iudicationem, forte nemo talem ipſis ineſſe vim exiſtimaret, ſiquidem Hippocrates colorem rubeum quidem ſalutarem, diutinum tamen eſſe vult. Nam in prognoſtico ita ad verbū ſcribit. Si vero vrina fuerit ſubrubea, & ſedimen ſubrubeum, & leue, magis quidem hæc diutina q̄ prima. Sed admodum ſalubris. Nunquid igitur quarta die talis nubes apparens futuram in ſeptima iudicationem ſignificabit, in alia autē aliqua indice non ſignificabit, diligentius eſt inquirendum, qđ in ipſis operibus eſt obſeruandum. Nam quantum ad rationes attinet, ſunt ad vtrāq; partē argumenta & magis ad alteram, ꝙ non ſignificabit niſi morbus valde celeriter moueatur. Nā ſi quarto die fiat æquale tempus priori, id qđ ſequetur aſſumens non eſt impoſſibile ꝙ iudicationem oſtendat. In vndecimo autem apparens non mihi videť admodum tribus ſolis egere diebus, ſed etiam pluribus veriſſimum ſiquidem eſt colorem talem aliquid ſupermetiri ſolutionibus. Ego quidem raro ſignum tale in aliis diebus vidi præter quartū. Cui vero in ſeptimo apparuit: hic quarto decimo fuit iudicatus, cui vero quartodecimo, hic in vigeſimo. Apparuit autem cuidam alteri in vndecimo, qui decimoſeptimo iudicatus eſt, & cuidam alii in eodem vndecimo rurſus qui vigeſimo die fuit iudicatus.

.lxxii.

QVibus vrinæ albæ, & perſpicuæ male præſertim ſi in delirantibus appareant.

.lxxii.

VRinæ tales extremam cruditatem ſignificant, quare & morbos, longos faciūt quædam vero ex ipſis cum anticipauerint vires diſſoluere, ſunt pernicioſę, veluti



veluti in delirijs. Nullū enim vidi delirātem, in quo talis vrina apparuiſſet, ſaluatū. Melius ſiquidem eſt, vt ſicuti totus morbus eſt bilioſus, ſic & vrinæ appareant bilioſæ. Aquoſæ autem vrinæ (tales enim ſunt albæ atq; perſpicuæ) magnam cruditatem oſtendunt, & præterea flauam bilem ad caput ſolūmodo rapi. Quibuſdam enim vrinæ perſpicuæ non tamen albæ quæ ſcilicet tenuem habent ſubſtantiā, colorem vero bilioſum. Quæ vero perſpicuæ ſunt, & albæ ſimul ſunt penitus aquoſæ. Si igiť ſimpliciter ſcriptum ſit. Maxime vero in delirantibus: horum verborum intellectus eſt manifeſtus. Si vero fini ſermonis adiiciatur, ſicuti in aliis exemplaribus videtur adiectum verbum, apparent, ſenſus erit talis. Aquoſæ vrinæ malæ ſunt præcipue vero tales apparent in delirantibus qui exitio proximi ſunt. Neque enim in omnibus quemadmodum nonnulli libri expoſitores audierunt nihil ſcientes ex his quæ in ægrotis apparent, verum in quibuſdam exemplaribus ita ſcriptus eſt finis aphoriſmi. Præcipue vero in delirantibus tales apparent, & eſt idem intellectus q ſecūdę ſcripturæ antea a nobis dictæ.

.lxxiii.

QVibus ilia ſuſpenſa murmurantia, lumborū dolore ſuperuenięte, his alui humectantur, niſi flatus erumpāt, aut vrinæ multitudo proueniat, hæc vero in febribus.

.lxxiii.

ILia ſuſpenſis, hoc eſt ad maiorem tumorem ex multis cauſis deductis, quarū vna eſt propter ſpiritū flatuoſum (de hac nūc diſerit) dupliciter facta nonnūq̄ ex aliquo affectu difficilem habente ſolutionem partiū ad aluū attinentiū, nonnūquā vero ex aliqua recenti occaſione. Diſtinguit autem & Hippocrates iſta. Nā prior diſpoſitio: neq; cum murmure ſit. Extenta enim atq; inflata inſtar vtris ilia in ea repræſentantur. Altera vero cum murmure. Sic autem nominať ſpiritus ſonus cum neq; magnus, neq; multus extiterit: cum quadam autem modica humiditate ad inferiora motus. Et quidem accidit tali murmuri deſcendenti ad lumborū loca, vna cum ipſo iliorum tumorem deportare, vnde partibus quę hic ſunt ex ipſo diſtentis prouenit dolor, deinde hoc pacto humore aliquando ad corpus diſtributo, ſolus ſpiritus flatuoſus emittitur, nonnūq̄ vero vna cū humore, & quidem humor diſtributus magna ex parte per vrinas excernitur. Recte ergo inquit in dictis ſignis aluū diſrumpi, niſi anticipet ſeorſum qdem humor diſtribui, ſeorſum vero ſpiritus in inteſtinis retentus per ſedem excerni. Contingit vero quandoq; ad corpus diſtributū, videlicet & ſpiritū: & humorem cito ad veſicam pmeare. Quod vero in fine aphoriſmi ſcribitur. In febribus vero hæc, tale aliquid mihi videť oſtendere, a febribus moleſtari dicebant antiqui illos, q abſq; inflāmatione aliqua, vel abſceſſu, vel dolore, vel heryſipelate, vel vt ſimpliciter dixerim, abſq; aliquo membro præcipue affecto ægrotabant. Quod ſi ꝓpter lateris inflāmationem vel pulmonis, vel talis ptis alterius febricitarēt, nō febricitātes ipſos nominabāt, neq; a febribꝰ moleſtari dicebāt, ſed pleuriticos, aut pipneumonicos, & aliis ſimilibus noibus, veluti hepaticos, & lienoſos, appellabant. Nunc itaq; mihi vř Hippo. duorū alterū velle inſinuare, vel ꝙ hæc quæ dixit, febribus accidūt, in qbus nullū mēbrū affectū eſt, vel ꝙ & in illis accidūt morbis, nō tñ ipſis aluus diſrupta ſit, vel flatus, aut vrinæ ꝓdierint. Neq; .n. aliquo naturæ motu mēbris ſpiritū flatuoſum expellētibus murmur in illis cōtingit fieri, ſed veluti caſum tantūmodo. .lxxiiii.

Dictū eſt a me etiam prius ꝙ abſceſſus fiunt ad articulos his q antea in eis laborē paſſi ſunt,& qbus quouis modo in morbo laſſitudo accidit,& pterea in qbuſcunq; craſſorū humorū multitudo longo tpe perdurauerit. Si itaq; natura valuerit per vrinā expurgare corpꝰ,ęger ab abſceſſu liberatur,homorem ad articulos decubiturum per veſicam euacuans. Satis autem habuit laborioſarum febrium,veluti in quodam exemplo meminiſſe,quę initium ad vrinam motionis in die indice

.lxxiiii.

**QVibus ſperatū abſceſſum futurum ad articulos, liberat ab abſceſſu vrina multa,craſſa,& alba facta,qualis in laborioſis febribus quarto die qbuſdam incipit fieri. Si vero ēt ex naribus fluxerit ſanguis,breui admodum ſolutio fit.**

.lxxv.

**SI ſanguinem,aut pus mingat,aut renum,aut ueſicę exulcerationem ſignificat.**

accipiunt. His enim laborioſis hoc ineſt, ꝙ cito abſceſſus faciant non expectantibus,vt aliæ, tempus prolixius. His vero ipſis,& iuxta aurem fieri abſceſſus conſueuere,ſicuti alijs prolixioribus multitudo plus ad inferiora decumbit. Quibus igitur caliditas maior magis materiā ſubleuauit,vel ſanguinis profluuium per nares patiunt,aut parotidas,ideſt iuxta aures abſceſſus habent. Quod autē ſolutio hæc ocior ſit altera per vrinas, non oportet dicere,quare & in ipſa adiecit Hippocrates. Et breui admodū ſolutio ſit,altera quæ ſit per vrinas euacuatione plures exigente dies. Quod aūt quarto die dicitur,pro exemplo poſitū eſt. Te vero oportet transferre ad omnes dies alios quicunq; ſunt contemplabiles,& iudicatorij. .lxxv.

SIue in renibus,ſiue in veſica vlcus factum fuerit,ſi quidem in vaſe aliquo eſſatu digno cōſtiterit,& pręcipue cum aliqua exeſione,ſanguinis excretio conſequitur ſine hoc autē puris tātūmodo. Cōtingit aūt vt facto vlcere in aliquo vrinę meatuum,& pus,& ſanguis per vrinam exeat. Hi vero renes,ac veſicam interiacent & oportet, hos illis ſubaudire. Exulcerātur aūt magna ex parte his qui in renibus lapidem habent meatus vrinarij,quando a lapide aliquo acuto, aut admodum aſpero in ipſis interſepto excoriantur. Vlcera autem ſi in pene fiant, etiam ſine vrinis & pus exit,& ſanguis. Exit aūt & ſimul cum vrinis aliquando pus diſrupto abſceſſu in aliquo ſuperiorum locorum. Quare & plures expoſitores alteram ſcripturam magis probarunt in qua coniunctio, &,ſcribitur,in hunc modum. *Si ſanguinem,& pus mingat,renum,aut veſicæ vlcerationem ſignificat,*quaſi altero ſolo,ſcilicet pure, per loca vrinæ exeunte fieri poſſit,vt ſit ſignum non modo renum, vel veſicæ exulceratæ, ſed etiam alicuius partium ſuperiorum. Forte igitur & hi aliquid dicunt. Forte autem & verbum,mingat,ꝙ aliud oſtendit, q̃ minxerit,in ſe ipſo continet diſtinctionem. Neque enim idem eſt,vel ita dicere, ſi ſanguinem, & pus mingat, vel illo modo. Si ſanguinem, & pus minxerit, In vno enim,vel duobus,vel tribus diebus potuit minxiſſe pus diſrupto abſceſſu ad vrinæ inſtrumenta. Multis autem diebus,ac menſibus, vbi hoc factum fuerit, renum, aut veſicæ exulceratio ſignificatur. Quod autem ipſorum magis & dolor diſtinguit qui in differentibus accidit locis,& ea quę cum vrinis excernuntur,de qbus deinceps loquetur,& quidem de vrinarijs meatibus eadem eſt ratio. .lxxvi.





PAruę qdem carunculę renū ſubſtantię indicia ſunt,q vero vti capilli nullo modo renū. Neq; enim fieri pōt,vt ad talem ſubſtantię formam rem diſſoluatur. Qui enim hoc aiunt renum ignorant naturam,ſed neq; veſica reſoluta,aut exeſa,vt qbuſdam viſum eſt:tales vrinę exeunt. Sunt enim huius particulę foliorū ſimiles magis,ſicuti & Hippocrates paulo poſt,eas ſquamas appellat. Sed veritas ita ſe habet,qd nobis forte quadā

.lxxvi.

**QVibus in vrina craſſa exiſtente, carūculę puę, aut veluti capilli vna exeūt,his a renibꝰ excernūt.**

ſępius videre cōtigit,ſed alij qdam medici,quātūuis in operibus artis multū exercitati,raro ſe aiunt vidiſſe vrinas tales. Vocant aūt medici hāc paſſionē capillitiū, quoniā capillis ſimilia ſunt,& albis magis ſimilia apparent quę in vrina ferunt. Nuper aūt qdam talia corpora tam longa mingebat, vt incredibilis longitudo videret,nam quędam ex ipſis ad dimidiū cubitū extendebātur. Hic vero toto fere anno qui anteceſſerat in vſu cibario habuerat orobū,& fabam,& ſępiſſime caſeum tenerū,ac ſiccū,& pluribus alijs & talia mingere contigit q cibis craſſioribus veſcebātur. Tali igit humore in renibus,vſto capillis ſimiles ſubſtantię generātur:& quidem modus ipſe curandi rationi quę de cauſa habetur atteſtantur,Nā ab extenuantibus,atq; incidētibꝰ medicinis,adhibito ēt alio victu humectante ęgri curantaur. Si vero tāta eſſet exulceratio renū,aut veſicę,ꝙ eorū ſubſtantia diſſolueretur,non modo nihil ex talibus medicinis iuuarentur,ſed ſupramodum irritarentur. In his itaq;,ſicuti & in alijs Hippo. dignus eſt admiratione,eorum inuentor quę a pluribus medicis adhunc vſq; diem fuere ignorata. Ipſa quoq; ſermonis diligentia magnam habet admirationem,cum dicat talia ex renibus excerni. Neq;.n. ſicuti in priore aphoriſmo renum cauſatur exulceratione:ita & nunc dixit,verum ſimpliciter ex renibus inquit excerni, quēadmodum ſi aliquo mingente lapidem ex renibus ipſum delatū eſſe dicamus,non ꝙ ſit pars ſubſtantię eorum,ſed quoniam in ipſis ſuam habuit conſiſtentiam. Paruę igitur carūculę ſub ſubſtantię renum vlceratarum partes exiſtunt,qui vero veluti capilli,in renibus qdem conſiſtentiam accipiunt,veluti & lapides,non ſunt aūt partes eorum ſubſtantię. Male ergo in omnibus exemplaribus hic aphoriſmus ſine pticula,aut. legit. Carūculę paruę veluti capilli. Nullo.n.mō carūculę paruę aſſimilantur capillis. Verū oportet inter verbum,paruę,& alterū,veluti,mediam ponere dictionē,aut, tāq̃ Hippo. nō de vna re,ſed de duabus faciat ſuo ſermone mentionē,quarū vna eſt Carnes paruę,altera vero. Veluti capilli. In his igit q ſunt veluti capilli ſp vrina eſt craſſa,cū pituitoſa ſubſtātia quā venę aggregarūt,per renes expurget. In carūculis aūt nō eſt neceſſariū,nūq̃ tn talem vidi renū diſpōnem,ſed quę ſunt veluti carūculę ſępius a me viſę ſunt in illis febribus in qbus,& quę ſunt ſimilia orobis ſedimina cōſpicit,ſanguine craſſo in renibus,aut in hepate exuſto. Non tamē veras carūculas vnq̃ vidi cū vrina exeuntes. Puto igit poſſe cōtingere,ꝙ craſſa vrina ab ipſo dicat quę ſecūdū naturā eſt mediocris. Hęc.n. tenui quodāmodo opponitur. Neq; nos latet ꝙ proprię quidem ſecundū exceſſus oppoſitiones ita nominātur, per abuſionē aūt:& medio,& mediocri:& extremorū nomina tribuunt, cum & ad maxime craſſum:tenue:& ad maxime tenue,craſſum:nominetur. Quod ſi ita audiuerimus,ſermo talis erit. Quibus in vrina quæ tenuis non eſt ea quæ diximus exeunt:renum eſt paſſio:ſi vero vrina ſit tenuis:totum venoſum patitur genus: eun

QVando vrina tenuis fuerit, haud ſecundum naturam venę ſe habent. Cum vero nõ tenuem, ſed mediocrem habuerit ſubſtantiam in quo ſignificato craſſa accipere oportet hoc loco ea quæ ſimul cum tali vrina excernuntur circa renes, aut veſicam paſſionem oſtendũt. Cum enim ex venis vrina veniat, in renibus autẽ percolet, in veſica vero aggreget: quicquid in ea præter naturam apparuerit, aut venas: aut renes, aut veſicam male ſe habere indicabit, ſicuti & nunc furfurea, veſicam ſcabie laborare quando venæ nullũ affectum habẽt. Feruntur enim & ex ipſis aliquando furfurea, cum earum tunica patitur, quemadmodum & veſicæ, vel cum ſanguis qui in ipſis continetur a febre ardente peruritur. Aptior autẽ ad hoc eſt quicunq; humor in eis craſſior exiſtit, & magis qui veluti fex ſanguis eſt, quem ſolemus humorem melancholicum nominare. Sicuti enim cutis ſuperficies quam cutem ſuperiorem nominant, in ſcabie, lepra, atq; lichienibus tenue quid abiicit, quale quod ſerpentum ſenectus nominatur, ſic vbi in partibus interioribus ea quæ eſt veluti cutis tale aliquid patitur, & caſus erit paſſionis ſimilis, hac ratione igitur, & venæ ipſe, atq; veſica ſcabie laborantes furfureos cortices vna cũ vrinis emittẽt. Diſtinctio autem fiet ex tenuitate, ac craſſitudine vrinæ: vt antea diximꝰ. Tenuis enim vrina venas nõ tenuis aũt veſicam pati indicabit. lxxviii.

.lxxvii.

QVibus in vrina craſſa furfurea quædam ſimul exeunt: his veſica ſcabie laborat. .lxxviii.

QVicunq; ſponte ſanguinem mingũt, his a renibus venulam ruptam ſignificatur. .lxxix.

QVibus in vrinis harenoſa ſubſiſtunt, his veſica laborat calculo.

QVod dicitur ſponte poteſt idem quod ſine cauſa exteriori oſtendere, poteſt & quod veluti repente nullo caſu præcedente quales apparent veſica vlcerata. In ipſa enim venam rumpi ex influentis ſanguinis abundantia, quẽadmodum in renibus eſt impoſſibile. Neq; enim per eius venas ſanguis percolatur, ſed ſolum tantum quantũ ipſi ſufficiens pro alimento cõtribuitur. Præterea neq; venæ quæ in veſica nudæ aut inſtabiles natura ſunt ſicuti quæ renum ventres ſubintrant quarum ora aperiuntur, & quę aliquando diſrumpũtur propter humorum multitudinem ac craſſitudinem qui in ipſis continẽtur. Diſruptio itaq; puri ſanguinis facit euacuationem. Ora aũt aperta nõ vniuerſim ſanguinem effundũt, pręſertim cũ parua eſt apertio: ſed paulatim: atq; tenuiorem ꝑcolant: vnde totam vrinam ſubſanguineam efficiunt. Fit autẽ ut dixi, & venis veſicæ ex exeſione laborãtibꝰ ſanguinis euacuatio, quam antecedũt vlceris ſigna in veſica exiſtentis: hoc eſt & loci dolor, & pus, & ipſius corporis veſicæ, quædam veluti fruſtula. Hac ratione igitur melius verbum, ſp onte, pro, repẽte, accipere, & nõ pro, ſine cauſa manifeſta, ſiquidem ſanguis ex renibus ſæpius, & ſine cauſa excernitur manifeſta, vaſe ex multitudine rupto, ſed aliquãdo ob ſaltum v. hemẽtiorẽ, vel ex alto caſum, vel ictum. .lxxix.

NOn omnino veſica laborat, ſed ꝯtingit, & renes, quare manifeſte errat aphoriſmus, ſiue quia Hippocrates ipſe dimidiã partẽ ſermonis neglexerit ſiue quia primus librarius omiſerit. Siue enim in renibus, ſiue in veſica calculi generentur



generentur, vna cum vrinis exeunt harenoſa. .lxxx.

DVobus modis finis ſcribitur aphoriſmi in qbuſdam exemplaribus labor eſt, in quibuſdam, morbus eſt, & fere in hoc nihil inuicem ſcripturæ differunt. Cõmuniter autem ambæ errant, ſiquis intelligat circa veſicam ab Hippocrate dici, quaſi ipſam veſicam laborare dixiſſet. Nam hi quos memorat caſus cõmunes ſunt omnibus quæ vrinæ ſeruiunt inſtrumentis, veſicæ, renibus, vrinariis meatibus. Melius itaq; hoc modo: quæ circa veſicam, accipere, non tanquã ſola veſica ſignificetur: ſed & partes quæ illi annectũt. Adhuc autẽ magis, vt ita accipiamus, hortabit ſequens aphoriſmus, in quo non quæ circa veſicam ægrotare dicit: ſed ipſius veſicæ eſſe ex ulcerationem cum non idem ſit pati aliquid ipſam veſicam, enũciare, vel q̃ circa veſicã, .lxxxi. Sanguinem quidem, & pus vbi quis minxerit omnium inſtrumentorum quę vrinę obſeruiunt ſunt ſigna communia. Odor autem grauis hoc eſt moleſtus, adhuc autem magis & ſquamulę ſunt propria veſicæ. In pluribus igitur exemplaribus. Si ſanguinem & pus minxerit, ſcriptũ inuenitur. In quibuſdã vero. Si ſanguinẽ vel pus minxerit. Oſtendet autem hęc ſcriptura ſecunda coniũctionem, aut, eſſe obdiſiunctiuã quaſi vtrumlibet horum quæ dicta ſunt ſignificet ulcerationem, altera vero vult ambo aſſidere, vel ſimul inuicem, vel alternatim. .lxxxii.

.lxxx.

SI ſanguinem mingant, aut grumos, vel ſtillicidiũ vrinæ habeant, & dolor in imum incidat uentrẽ, & pectinẽ, & fœmen, circa veſicam labor eſt. .lxxxi.

SI ſanguinẽ, aut pus minxerit, aut ſquamulas: & grauis odor adſit, veſicæ ex ulcerationem ſignificat. .lxxxii.

QVibus ĩ vrinaria fiſtula tubercula naſcuntur, his ſuppuratiõe facta, & eruptione ſolutio. .lxxxiii.

MIctio noctu plurima facta, paruã ſignificat deiectionem.

OB ſermonis breuitatem nihil effatu dignum hoc haberi aphoriſmo ſuſpicabit quiſpiam. Promptum enim eſt vnicuiq; intelligere ꝙ in meatu vrinario qui in pene eſt (hunc enim meatum fiſtulam vrinariam nominant) ſi conſiſtant tubercula, & mox rumpantur: fieri ſolutionem. Verum ſi diligentius animaduertimus maius aliquid ex eo oſtenditur. Contingit enim vrinam aliquando retineri ob tale tuberculum, ex cuius diſruptione ſanitas proculdubio ſequetur. Verum ex dictis quædam dubitatio ſuboritur. Vtrum ſolum velit hęc q̃ in hoc loco ſunt nata tubercula rumpi, vel ſæpius quidem hoc accidere, fieri tamen poſſe vt etiam diſſoluantur: vel exemplum ſolutionum vnum hoc aliquod ſcripſit, diſruptionem quod verius exiſtit. lxxxiii.

QVod quidem neceſſarium ſit ventris humore diſtributo minorem fieri alui deiectionem vnicuiq; manifeſtum, ſed cũ hoc, & vna illud apparet, ꝙ eo vna cum cibis exeunte, aluus quidem humidior fit, atq; ideo plura deiciet. Vrina vero paucior excernetur. Docebit aũt nos hęc ipſa ratio, & alui fluentis: & ſicci remedia In qbus, n. ſupramodũ humida aluus dep̄henditur: his potũ minorẽ exhibebimus, ac p̄terea illi viam ad ueſicã parabimus, in qbus uero ſiccior, & plus dabimus potus, & diſtributiõem quãtum fieri poterit prohibebimus. .i.

HIS QVI HELEBORVM ACCEPERVNT. Album ſcilicet. Hũc .n. ſimplr̃ heleborum nominare conſueuerũt: non ſicuti nigrum, cũ adiectione: his inq̃ ſi ex purgatione conuulſio aduenerit, caſum ait eſſe lætalẽ. Fit enim nõ ab initio purgationis: quando periculum eſt ne homo ſtranguletur, ſed quando vomentes vehementius lacerãtur: propter ipſam quidem maxime quæ fit in moribus diſtentionem laborantibus neruis ob illam quam habet cum ore ventriculi in patiendo ſocietatẽ. In quo & alias vidim⁹ vbi fortius mordetur: fieri conuulſiones, ſicuti iuueni qui eruginem euomuerat. Præſtat enim æruginem: non æruginoſum vomitum illum nominare. Erat .n. talis qualis quæ vera erugo nominatur florentiſſima: verum inter uomendum totum corpus cõuulſum eſt: & erugine euacuata febris ſtatim: & cõuulſio ceſſauit. Tale aũt erat qđ euomuerat: ſicuti ſi qs optimã eruginẽ aqua pfunderet, adeo vt ex eorũ unione talis ſubſtantia exultaret, quæ defruti craſſitudinẽ repręſentaret. Nõ impoſſibile eſt igitur, ut dixi, & p cõpatiendi ad hos ventriculi ſocietatẽ fieri conuulſionem ex heleboro albo, & hæc foret conuulſio minus periculoſa. Contingit aũt & pp ipſam euacuationem ſupra modũ ipſis purgatis conuulſionẽ aduenire, ſicuti & colerã patientibus contractiones frequẽter adueniũt, & ſæpius, ac maxie eoꝝ q ſunt in ſuris muſculoꝝ. Sed neq; & illud eſt impoſſibile pp pharmaci efficaciam, ex neruis humiditates ad ſe atrahẽtis ex hac paſſione fieri conuulſionẽ, ſed & helebori aliqñ vi ad ſui diſtributionẽ impulſa vehementius, ꝯtingit neruoꝝ ſubſtantiã violentius exiccari. Ipſe .n. nos docuit Hippo. ꝙ fit cõuulſio ex repletiõe, & inanitiõne corporũ videlicet neruoſoꝝ, a qbus ſecũdũ electionẽ motus pficiunt. Sunt aũt hęc nerui ligamenta, muſculi, & tẽdones, ſicuti ẽt in exterioribus videmus lora, & cordas extẽtas vbi vehementius exiccentur, aut multa madeant humiditate, ſic & in corpibus animalium par eſt fieri non raro conuulſionem. Liquet igitur ꝙ ex repletione conuulſio ſanabilis eſt per euacuationem. Ea vero quæ fit ex inanitione, & neruoꝝ ſiccitate nõ facile admittit curationẽ. Fit aũt vt dixi, & propter compatiendi ſocietatem conuulſio quã non debemus exiſtimare fuiſſe ab Hippo. prætermiſſam. Eam enim quæ principaliter fit conuulſionẽ oſtendit, cũ ait. Conuulſionẽ ex repletiõe, atq; inanitione generari, & qdẽ nouimus ẽt morſus ratione fieri i ore vẽtriculi ſingultũ: adeo vt quiſpiam: & neruos itidem pati exiſtimauerit. Et videbitur iſta conuulſio his qui ab heleboro purgati ſunt: non dicta ab Hippocrate aliquando fieri niſi per iouem illam dixerit quiſpiam fieri ex inanitione: cum humores mordaces vim habeant exiccãdi. Hi itaq; modi ſunt eorũ qui ex heleboro conuelluntur. Sanatur aũt ex ipſis, & quæ pp morſum. & quæ pp extentionẽ ex vomitibus cõuulſio fit, q̃ aũt ex ſiccitate accidit inſanabilis ẽ. Nõ abſq; ratiõe igit̃ totũ hoc genus Hippo. ait eẽ lętale, qñ nõnullę ei⁹ ſpẽs cũ difficultate ſanant̃. Vna ãt iſanabilis ẽ. .ii.

## GALENI In APHORISMOS HIPpocratis liber quintus iterprete Nicolao Leoniceno Vicentino.

.i.

CONVVLSIO EX HELEBORO lętalis eſt. .ii.

Conuulſio ex vulnere lętalis eſt.

SIcuti in eo qui hunc antecedit aphoriſmo, mortalẽ dixit eſſe cõuulſionem, qđ idem eſt, ac ſi diceret periculoſam, atq; ad mortem ſæpius terminantem, ſic & nunc eam quæ fit ex vulnere conuulſionem lætalem dixit eſſe, nõ tanquam ex neceſſitate



neceſſitate, ac ſemper mortẽ afferentẽ, ſed tã q̃ admodum crebro, ſic & in multis ex prioribus aphoriſmis, lętalis, nomine viſus eſt vti. Ex vulneribus igit̃ fiunt cõuulſiones, ratione ſequentis ipſa inflãmationis vbi partes neruoſas attigerit. Et primum qdem vident̃ cõuelli quę e directo ſunt partiũ inflãmatione laborantiũ, deinde ſic poſtq̃ & principiũ attigerit paſſio ad totũ extendit̃ corpus. .iii.

.iii.

VBi ſanguis plurim⁹ fluxerit ſingultus, aut cõuulſio ſuperueniens, malum. .iiii.

EX ſuperflua purgatione, conuulſio, aut ſingultus ſupueniens malũ. .v.

SI ebrius quiſpiam repente obmutuerit, cõuulſus moritur, niſi febre corripiatur, aut vbi ad horam peruenerit qua ſoluuntur crapulæ vocem recuperet.

NOn aliud qdem oſtendit eſt exiſtimandũ ex priori nomine, lætale, aliud aũt nunc, cũ malum dicit. Cõſueuit ſi qdẽ Hippocrates caſus illos ita nominare, quos lętum ſæpe ſubſequit̃. Si cui vero p magis, & minus differre hęc nomina uideant̃, maius periculũ per vocẽ lętale, q̃ per malum, oſtẽdetur. Quę igit̃ fit ex plurima ſanguinis profuſione conuulſio, ex altero genere cauſarũ ipſam efficiẽtiũ, vt antea diximus ẽ. iiii.

QVod aliquãdo his q heleboꝝ ſumpſerũt diximus fieri, hoc nunc oſtẽdit in oĩbus q quouis modo purgant̃. Conuellunt̃ .n. qui vltra modum purgantur eaſdem ob cauſas, quas diximus, in his qui heleborum aſſumpſerunt, & his qui ac ratione laborant, non paruum periculum iminet, ſi quidem peior eſt ea quæ fit ex inanitione conuulſio, altera quæ fit ex repletione. Qđ autem eſt ſingultus conuulſio fit ſtomachi, ſecundum Hippocratem nos vtiq; nouimus. .v.

REpletis neruis talis conuulſio fit. Solet autem facilime eos replere uinũ vt quod calidam habeat temperaturam, talis ſi quidẽ natura prompte omnia ſubintrat, cum præſertim non admodum craſſam ſubſtantiã habuerit. Subſtãtię igitur copia neruis affert conuulſionem. Rurſus autẽ qualitate ſanat eam quam fecit diſpoſitionem, neruos calefaciendo, atq; exicãdo, & ſi hoc aliquando facere nequeat, mortem ſubſequi eſt neceſſarium. Qua autem vi diximus vinum ſanare cõuulſiones, eadem videlicet & febris ſanat hic vero maxime obſeruanda eſt Hippocratis cõſuetudo, qui mutos nominat illos q quouis modo obſtupuerunt. Verum proprie ſtupor nominatur totius corporis inſenſibilitas, atq; immobilitas repentina. Hanc itaq; diſpoſitionem, conſueuit Hippocrates ex vino caſuum nominare, & fit proculdubio neruorum principio patiẽte. Neq; enim aliter poteſt totum conuelli corpus, anteq̃ id principium patiatur, vel principaliter vel per copaſſionem, altero prius patiente mẽbro. Liquet autẽ noxam in capite ex vino factam a græcis omnibus cræpalam nominari, ſic quidẽ igit̃ & nõnulli vocabuli fecere ethimologiam, a carenon, quod ſignificat caput, & palleſthæ, concuti. Horam autem qua crapulæ ſoluũtur, tempus nominauit. Eſt autem hoc tempus non pręciſum, neq; circũſcriptum, omnibus vna menſura. Quidam enim poſtridie a crapula ſunt liberati, quidam vero ſequenti nocte, quidam vero tertio die, & fit hoc pro multitudine: ac vi epoti vini, & eius qui potauit natura. Sicuti igitur neq; cibus vnum habet in omnibus tempus coctionis præfinitum, ſic neq; vinum. Aut igitur oportet nos ægris naturam habere experientia

compertam, aut poſtremũ terminum obſeruare, i quo ſi neq; febricitare, neq; log anticipauerit, cõuulſus morietur omnino. .vi.

DIſtentio morbus p acutus eſt, ut quæ cõpoſita ſit ex illa quã græci emproſthotonon, ideſt ad anteriora diſtẽtionem & opiſthotonõ. i. ad poſteriora diſtentionẽ græci nominant, ita quod citius in ipſa fit iudicatio non tolerãte natura lõgiori tpe, quẽ fert diſtẽtio laborẽ. In primo igitur circuitu dierũ iudicatoriorum paſſio iudicatur. .vii.

.vi.

QVicũq; a diſtentiõe corripiuntur, in quatuor diebus pereunt, ſi vero has effugerint ſani fiunt. .vii.

QVibuſcunq; morbi comitiales fiunt, ante pubertatem mutationem accipiunt, quibuſcunq; autem vigeſimoquinto anno commoriuntur. .viii.

QVicunq; morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non repurgantur, hi ad ſuppurationẽ vertunt.

PRopriæ quidẽ paſſionis mutationes nominãt, qñ ex vna parte trãſeunt ad aliã, p abuſionẽ aũt, & oẽs ſolutiones ita nominant, & mihi vr̃ Hippo. i ſcdo ſignificato uſum eſſe appellatione. Nõ modo. n. ad alias ptes tranſlatis his, qui morbũ cõmitialẽ humorib⁹ faciũt, ſoluit paſſio, ſed etiam oĩo curatis. Sunt. n. hi craſſi, ac frigidi, & pituitoſi. Ceſſant autẽ & ob ætatẽ ad ſicciorẽ naturã trãſmutatã, & ob exercitationem, & victũ exiccantem, adiunctis ad hæc idoneis medicinis. Verum Hippo. nũc ſolum eius meminit mutationis, quæ ex ætate fit: a quadocti: & formam victus vna cum medicinis inueniemus. Quod igiẽ in altera parte aphoriſmorum dicit. Qui morbo comitiali laborant, ſi pueri fuerint mutationibus: maxime ætatis, & regionum & victus: & locoꝝ, liberantur: hoc nunc in ipſis paſſionibus declarauit, morbos comitiales q ante pubertatẽ fiunt: ceſſare ex ætatis cõmutatione. Qui vero vltra vigeſimũquintũ annũ pceſſere, cõmori inquiens. Vnde liquet ꝙ pubertatis tẽpus vſq; ad vigeſimũquintũ annum extendi arbitraẽ, ſumens initium in ſecunda ſeptimana. Liquet autem ꝙ neq; oĩbus ſanabitur paſſio ex pubere ætate, niſi & alia recte geſſerint, neq; quibus in ac accidit oĩno permanet: ſi bonam victus rationem adhibeant. Verum ꝙ non habeant ex ætate ſanationem, ſed quantũ ad eam attinet, paſſio conſeneſcat, liquido oſtendit. Non tamẽ adhuc manifeſte dictum eſt, q̃uis videaẽ manifeſtum, his qui negligentius accipiũt verba illa. Quibus vero vigeſimo quinto anno, commoriuntur. Neq;. n. his ſolis paſſio cõmoritur: quibus vigeſimũquintum annũ agẽtibus aduenit. Sed multo magis etiã his qui vltra hanc ætatem progreſſi ſunt. Addentes igiẽ ſermoni Hippo. illud qđ deeſt, veꝝ ex oĩ parte ipſum faciemus. Morbi comitiales qui qdẽ ante pubertatẽ fiunt: in ei⁹ ætatis tẽpore finiunt: qui vltra pubertatem procedunt cõmoriuntur. Tẽpus aũt pubertatis eſt poſt quartũdecimũ annũ vſq; ad vigeſimũquintum. Eſt aũt & alia ſcriptura talis. Quibuſcũq; vigintiquinq; annoꝝ fiunt, multũ cõmoriunẽ, ſignificante verbo, multũ, idem quod plurima ex parte. .viii.

EAm quæ fit p ſputa euacuationẽ humoꝝ facientium morbũ lateralem ſolet Hippo. purgationẽ: ac repurgationẽ noĩare, ſicuti & iſtis expuere: purgari, tã in libro de victu acutoꝝ: q̃ in prognoſtico nominauit. Veꝝ nunc & tempus pfinit purgationis, in quo ſi nõ fiat: ad ſuppurationẽ, ait morbũ verti lateralem, eã videlicet quæ fit ad pus trãſmutationẽ ita nominans omnẽ, ſicuti in pgnoſtico ſæpius, aut eam quæ fit inter thoracem, & pulmonẽ puris effuſionem, fit enim vtrunq; horũ quãdo morbo laterali laborantes nõ expurgant per ſputa. Verum ſecundũ ea quæ diximus ipſe in ſequẽtibus eruptionẽ ſuppurationis nominauit. ix.



IN ſuperioribus aphoriſmis quando morbos ſecundũ ætates enarrabat, iuuenibus aũt, inqt, ſanguinis ſputa, tabes. Nũc vero ẽt numerũ appoſuit annoꝝ non propterea eadẽ rurſus ſcribens quæ antea, ſed pp paſſionum thoracis atq; pulmonis cõmunionẽ. Propter qđ igitur iuuenes his morbis pcipue corripiantur, antea diximus. De annis aũt ætatũ nunc determinandũ, quoniã & Hippocrates dixit tabẽ maxime fieri ætatibus a decimooctauo vſq; ad trigeſimumquintũ. Quod enim ætatibus numero plurali diciẽ quandã habet ſignificationẽ, ꝙ non eadẽ Hippocrates ætatẽ exiſtimat eẽ mediã inter annos enumeratos, neq; ſane vna eſt ſi diligentius cõſideramus, verũ ea quæ ẽ a decimo octauo vſq; ad vegeſimũquintũ annũ, adoleſcẽtiã eſt q̃ aũt ab hinc vſq; ad trigeſimũ quintũ iuniorũ. x.

.ix.

TAbes fiũt maxie ætatibus, a decimo octauo vſq; ad trigeſſimũ qntũ. .x.

QVicunq; ab angina liberanẽ, his ad pulmonẽ vertitur, & in ſeptẽ dieb⁹ pereunt, ſi vero has effugerint ſuppurantur. .xi.

QVi tabe moleſtantur, ſi ſputum quod extuſſiunt graue olet iniectum carbonibus & capilli a capite defluunt læthale. .xii.

QVibuſcunq; tabe laborantibus capilli a capite defluũt, his alui profluuio ſuperueniente moriuntur. .xiii.

QVicũq; ſpumoſum ſanguinẽ expuũt, His e pulmone eductio fit.

DE trãſmutatione nunc ipſi eſt ſermo quæ fit ex angina ad pulmonẽ, quam ait plerunq; in ſeptimo die occidere, ægro videlicet ſtrangulato, ſi vero id tempus poſſint euadere fluctione in pus conuerſa ſuppurari. .xi.

EAs quæ ſunt in pulmone vlceroſas diſpoſitiones nunc tabes nominat, in quibus iubet odorẽ diligentius perpendi, id quod expuaẽ carbonibus inſiciendo. Sicuti aũt prius in vlceribus veſicæ odorẽ dixit grauẽ ſentiri, ita & nunc tabidorum ſputũ grauiter olere. Si vero & ex capite capilli defluant, ita affectis lætalem eſſe notam, quoniam & maximus alimenti defectus oſtẽditur, atq; aliquãdo humorum corruptio. .xii.

DE his qui ex tabe iam morti vicini ſunt, nunc ſermo habetur, quos ẽt male ſe habere oſtenderat in defluuio capilloꝝ. Alui aũt profluuio ſupueniẽte, mortẽ appropinquare opinãdũ, cũ hic caſus, & mala cã, & malũ ſignũ exiſtat. Fit. n. ex viriũ ĩbecillitate, q̃ pterea ex ipſo caſu fiunt ĩbecilliores. .xiii.

ET pleraq; exemplaria, & q̃ plurimi huius libri expoſitores norunt aphoriſmum in hæc verba ſcriptum: Quicunq; ſanguinem ſpumoſum euomunt, his e pulmone eductio fit, & quidam ipſum exponentes aiunt verbum id multitudinem ſignificare, ac propterea a proprio eſſe tranſlatum, aperte mentientes contra id quod apparet. Sæpe enim viſus eſt ſanguis ſpumoſus abſque multitudine fieri. Si igitur ita Hippocrates ſcripſerit, ipſum abuſum

fuiſſe vocabulo dicemus. Neq;.n. ſanguis multus ex pulmone eductionẽ ſignificat, paucus vero ex aliquo alio loco. Si vero expuit, aut cũ tuſſi expuit ſcriptũ ſit, tũc ꝓprio vſũ fuiſſe vocabulo: & oſtẽdere ſanguinẽ talẽ carnoſam pulmonis ſubſtãtiã ꝗ eſt ipſius vera ſubſtãtia, affectã vlceribus eẽ, adeo ꝙ vere dicat̃ ſolius pulmonis vlcera ex ſpumoſo ſanguine indicari, nõ aũt vere vlcerato pulmone ex neceſſitate ſpumoſũ expui. Sepius.n. vidimꝰ ꝗbuſdã ex alto cadẽtibꝰ, & calcitratis, atq; in palestra ꝑcuſſis, in illa maxĩe ictus ꝑte in qua cuipiã ad ſolũ ruenti alter ſup thoracẽ inciderit, ſanguinẽ plurimũ bene coloratum expui cũ tuſſi ſine vllo dolore quẽ fõ dictat ex aliquo pulmonis vaſe diſrupto ꝓdire. .xiiii.

PAulo antea dixerat, Tabidis cũ pus graue olet, & capilli a capite defluũt alui profluuio ſupueniẽte mortẽ ſubſecuturam. Hic vero ſimpliciter dixit eſſe lætale alui profluuiũ in tabe, nulla facta neq; de pure, neq; de capillis mentione, tanq̃ illud ſolum ſufficiat mortem ſignificare, non tamen ita e proximo neq; tam cito ſecuturam, ſicuti cum defluuium capillorum adiungitur. .xv.

.xiiii.

A Tabe habito profluuium a lui ſuperueniens lętale. .xv.

QVicunq; ex morbo laterali ſuppurant̃, ſi q̃draginta diebus purgant̃, a die a qua fit ruptio, liberant̃. Si vero nõ ad tabem trãſeũt. .xvi.

CAlidum vbi quis ſæpius eo vtatur hæc mala affert carniũ effœminationẽ, neruorum incontinentiam, mẽtis torporẽ, profluuia ſanguinis animi defectionem, hæc ad quæ mors.

ADdens ſuo ſermoni ruptionis vocabulum manifeſtum ſe fecit de illis loqui in quibus lateris inflammatione in ſuppurationem conuerſa, deinde diſrupta in ſpatio thoracis: atq; pulmonis intermedio pus continet̃. His.n. oĩbus, niſi vt ad plurimum in quadraginta diebus puris euacuatio fiat per ſputitiões purgati, neceſſarium eſt pulmonẽ exedi, pure proceſſu temporis putreſcente. Morbo igitur laterali diem quartumdecimũ terminum poſuit purgatiõis, Suppuratis autem quadrageſimum. dictum autem eſt plenius de differentia, & aliorum dierum iudicatoriorũ, & horum, in eo tractatu qui inſcribitur de diebus iudicatoriis. Quare ſi quis vniuerſam illam collegerit contemplationem, ea quæ ab Hippocrate de diebus iudicatoriis dicuntur, promptius aſſequetur. .xvi.

DE calidi, & frigidi vſu ĩmodico, & modico dictum eſt ſępius in libro de vſu humidorum. Dicta ſunt aũt, & hoc in loco aphoriſmorũ omnia fere capita, & primum hoc ipſum ꝙ calidum ſi quis eo vltra modum vtatur has facit paſſiones, carnium effœminatiõem, hoc eſt debilitatem. Dictum eſt n. nomen per trãſlationem, quoniam fœmina debilior eſt maſculo, cui adſtipulat̃ hoc quod ſubiungitur. Neruorũ incõtinentia. Hi.n. fiunt imbecilles eorũ ſubſtantia a calore diſſoluta, & mẽtis torpor, mentis eſt imbecillitas, ita. ſ. ſubſtantia cerebri: ſicuti etiã neruorum diſſoluta. Eodem modo & calidi vſus ĩmodicus facit ſanguinis profuſiones in illis ſcilicet coporis diſpoſitionibus quę ad ſanguinis profuſionem apta natura ſunt. Sequuntur aũt ad ſanguinis profuſiones defectus animi & ad hos mors, ſicuti & ad alia prius dicta: ſed ad illa ꝗdem tempore pluri: ad hæc quidem magis: ad hęc vero minus. Ad ſanguinis vero profuſiones, & mentis defectus ſtatim.



ctus ſtatim. Scriptus eſt autem finis aphoriſmi uario modo in exẽplaribus. Scripturę vero omnes dictã ſentẽtiam oſtẽdunt Eſt autẽ una hęc His mors. Altera uero hæc. In quibus mors. Tertia hæc. Quibus mors Alia. Hęc ad mortẽ. .xvii.

IMmmodicũ. ſ. frigidum hæc facit, cõuulſiones, & diſtentiones, & neruorũ refrigerationẽ. Sicuti.n. non oportet ipſorũ ſubſtantiã ab immodico calore diſſolui, ſic neq; vltra modũ cõuenientẽ refrigerari, & in vnũ cogi. ac cohiberi, & quidem liuores ex refrigeratiõe efficit, & rigores febres aduocantes. Melius autem fuiſſet ita dicere. Rigores facientes & cõuulſiones, & liuores, & febres. Plenius ãt de his ſeorſum diximꝰ ĩ libro de caſuũ cauſis. .xviii.

QVęcũq; ꝑtes ſunt natura frigidiores, ſũt aũt, in animalibus tales, q̃cunque ſunt penitus exangues, citius ac magis ab immodico frigidi uſu oſtendunt̃. Hiſdẽ aũt rationabiliter calidũ cõuenientius. .xix.

HOc quod nunc dictũ eſt haud quaq̃ euertit, illũ theorema. Cõtrariorũ cõtraria eẽ remedia, de quo plenius diximus in eo tractatu qui de arte curatiua ĩſcribit̃, in quo oſtẽdimus, aliud eſſe theorema maxime neceſſariũ, illa prius curari ꝑcipiẽs q̃ magis vrgẽt, hoc eſt q̃ maius piculũ afferunt, ſicuti & nunc profluuium ſanguinis. Ad hoc igitur prius obſiſtendũ eſt, deinde quod paſſum eſt ſic ad propriã temperiem eſt reuocandũ. .xx.

.xvii.

FRigidum aũt conuulſiones, diſtẽtiones, liuores, rigores febriles. .xviii.

FRigidum inimicum oſſibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medulæ. Calidum vero vtile. .xix.

QVæcunq; refrigerata ſunt ex calefacere oportet, exceptis his quibꝰ ſanguis fluit, aut fluxurus eſt. .xx.

VLceribus, frigidum quidẽ mordax, cutem obdurat, dolorem inſuppurabilem facit, liuorẽ obducit, rigores febriles, conuulſiones, diſtentiones. .xxi.

ESt autem vbi in diſtentione ſine vlceratione, iuuene bene carnoſo, æſtate media, frigidæ aquæ multa perfuſio calorem reuocat. Calor autem hæc ſoluit.

SI proprio vtamur vocabulo, calidum, mordax eſt. Senſus autem ſimilitudine & frigida aqua vocatur mordax, non cum incutem ſimpliciter incidit, ſed vlceratam, nam quod mordax futurum ſit, eius quod morderi debeat ſubſtantiam oportet peruadere, quod in cute ſecundum naturam ſe habente frigida aqua non poteſt efficere, quoniam denſior eſt q̃ pro eius ſubſtantia cutis. In vlceratis autem, vt quæ rariora ſunt peruadere poteſt per eorum ſubſtantiam in profunda ſubintrans. Dictum autem eſt plenius de natura mordacium in libris de potentia ſimplicium medicinarum. Vlceratis igitur frigidum eſt mordax, integris autem neq; mordax: & cutem facit duriorem, eius denſando ſubſtantiam. Et quidem dolorem efficit inſuppurabilem: natiuum refrigerando calorem qui vlcera ad ſuppurationem perducit, & ea diſſlari prohibet quæ dolorem efficiunt. Quæ autem ſequuntur: & prius dicta ſunt ab ipſo: & liuores, & rigores febriles: & conuulſiões, & diſtentiones. .xxi.

QVæ raro iuuent frigidum, ac calidum, poſt ea quę ante dixit Hippocrates deinceps proſequitur, & primum quidem de frigido inquit, ſicuti ĩ diſtentione.

Liquet autem ꝙ & in omni alia cōuulſione in medio æſtatis tempore cū bene carnoſus fuerit æger, ac iuuenis frigidæ aquæ pfuſio calorem reuocans naturalem, paſſionem ſanet. Vnde & illud fit manifeſtum ꝙ non ſua ui frigida aqua morbum tunc ſanat, ſed ex accidenti, quoniam iuuenibus bene carnoſis reuocationem caloris facit. In alia igitur ætate nil proderit quoniam neq; reuocationem efficit, quādo neq; in hac vllo anni tpe, præterq̄ æſtate media. Nam aquæ frigidæ occurſus aut vincit natiuū calorem, aut colligit. Vincit quidē cum debilis fuerit. Colligit autem cū fortis, ipſum difflari prohibēs. Excipit autem eas quæ ſunt cū vlcere cōuulſiones, vt quæ nunq̄ ab aqua frigida ſanari queant, neq; ſi ęger iuuenis, & natura calidus fuerit, & æſtiuo anni tempore, ac regione calida, quoniā (vt & ipſe antea dixit) Vlceribꝰ frigidum mordax dolorē inſuppurabilē facit His igitur qui in vlceratiōe cōuellūtur ob neruoſorum corporum inflāmationē, contrariū vehementer eſt frigidū, vt qđ neq; vlcus iuuet, neq; corporum neruoſorum diſſoluat inflāmationem.

.xxii.

Calidum ſuppuratorium nō in omni vlcere, magnum ad ſecuritatem indiciū, cutem mollit, extenuat, dolorē ſedat, rigores, ꝯuulſiōes, & diſtētiōes mitigat, & ex his q̄ ad caput attinent, eius ſoluit grauitatem, plurimū autem cōfert oſſiū fracturis, ſed nudis ꝑcipue, eorūq; maxime qui in capite vlcera hn̄t, & quæcunq; a frigore moriuntur, vel vlcerant, & repētibꝰ comeſis, ſedi, pudēdis, vtero, veſicæ, his calidū amicum, & iudicans, frigidum inimicum, & perimens.

.xxij.

Sicuti frigidum conuulſiones, & diſtentiones facere natura aptum, tamen ſanat aliquando, raro diſtentionem, ſic & calidum quantū ex ſui natura ad ſuppurandum efficax, eſt aliquando prohibens ſuppurationem, ſiquidem vlcera putrida, & ſimpliciter omnia quæ fluctiones habent, adeo non ſuppurat calidum vt his etiam plurimum noceat, & hæc ambo in vnum coniunguntur, & nocere vlceribus, & minime ſuppurare, ſicuti contra prodeſſe, ac ſuppurare maximum eſt vlceri ſignum, ad ſecuritatem, & pus, & medicamen quod habet id faciendi facultatem. Nihil enim male poteſt aduenire vlceris pus generanti. Quæ igitur conuulſionē afferunt, non ſuppurantur omnino. Similiter autem & quæcunq; vlcera ſunt putredini obnoxia, & quæ partes circunſtantes exeſas habent, & quæ difficulter ad cicatricem perducuntur vniuerſa minime ſuppurantur, & quæcunque ex malis vlceribus propriis nominibus inſigniuntur, veluti quæ Cancroſa, Chironia, Telephia, & Phagedenica: ideſt carnē comedentia nominantur, hæc omnia vlcera non ſuppurantur. Maximum igitur ſignum vlceri ad ſecuritatem eſt pus, & hoc potes cōiicere, ex calidi uſu. In quibus enim non congruit videbis hæc a calido inſuppurabilia perdurare. Deinceps autem calidi opera quæ frequenter apparent enumerat. Et enim cutem induratam mollit, & craſſatam extenuat, & dolorem ſedat, & conuulſiones, ac diſtentiones mitigat, non ſicuti frigidum dolorem inſuppurabilē efficit, quoniam eſt a natura noſtra alienum, quæ eſt calor natiuus, quem coauget, vbi mediocriter adhæreſcit. Calor vero extrinſecus facit hæc omnia quæ dicta ſunt, nonnulla concoquēs, & ad melius alterans, quædam vero diſcutiendo, atque euacuando, noxia ad ſanitatem perducit, ꝙ ſi nō ex toto ſanat, ſaltem dolores mitigat. In capitis vero diſpoſitionibus, & facit hæc eadem, & eas quæ καρηβαρια, ideſt capitis grauitates nominant, ſanat conquoquēs: atq; diſoluens q̄ cunq; moleſtant, & quidem fracturis oſſium vtilliſſimum eſt, & magis nudi, hoc eſt carne priuatis adhunc autem magis his quę in capite fiunt, nam talia frigidū maxime oſtendit, vt quod non oſſibus tantū, ſed ipſe quoq; cerebro ſit inimicum, & quidem quæcunq; partes ex algogre emortuę ſunt, his calidū remedio eſt, ſic quæcunq; frigidum exulcerat, ſicuti hiberno tempore calcanea, & digitos, & extrema omnia: & horum remedium eſt calidum: & ſanat etiam ſerpentia, com eſa, quam uis ab humore biliosſo calido fiant nam propte rexulcerationem frigidum eſt ipſis inimicū vt quod eis mordax exiſtat. Sic & omnibus quæ ſunt in ſede diſpoſitionibus, amicū quidem eſt calidum, contrarium vero frigidum quoniam neruoſa ſedes eſt. Frigidum vero eſt neruis inimicum, & quoniā per cōmunicationē frigiditas facile ex ſede ad ventrem aſcendit, & eodem modo caliditas. Sic & vtero & veſicę, calidum qdē amicum, & iudicās. Inimicum vero & occidens frigidū, nā & hę pariter neruoſæ ſunt, & ſupraiacentibus partibus facile tradunt frigiditatē Q đ aūt omnibus quæ in aphoriſmo dicuntur cōmuniter ſubiecit his calidum eſſe amicuum, & iudicans, frigidū vero inimicū, & occidens, liquet & ſi a me non dicatur.



.xxiii.

In his frigido vtendum vnde fluit ſanguis, aut fluxurus eſt, non ad ipſa ſed circa ipſa vnde influit, & quęcunq; in flammationes, vel inflammina ad rubrū, & ſubcruentum ſanguine recēti tendunt, nam veteribus nigredinem affert. Eriſypelas etiam non vlceratū iuuat, nam exulceratum lędit.

.xxiiii.

Frigida qualis nix, & glacies pectori inimica, tuſſes mouent, & ſanguinem & deſtillationes.

.xxiii.

Eas quas facit frigidum vtilitates, ac mala, hoc tranſigit aphoriſmo. Primum in quibus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt, inquiens conferre ipſum, non ipſis partibus manantibus ſanguine ad motum. Vlceribus enim frigidum mordax, ſed circūſtantibus, & illis pręcipue vnde aliquid ad vlcera profluit. quidem ait omnes iuuare inflammationes, & quæ ipſe inflammina nominat, veluti ab aliqua deuſta flamma propter humorum a quibus fiunt caliditatem. Nam & hæc frigido gaudēt. Videntur aūt hęc omnia intuēti colore rubra, & ſubcruēta, recenti. ſ. & non antiquo ſuffuſa ſanguine. Nam ſanguis antiquus floridum non habet colorem. Quare frigido admoto huic tali liuere, & nigras fieri contingit partes patiētes, Eodem modo & eryſipelas non exulceratum iuuatur a frigido ſicuti vlcerato mordax eſt frigidum, & dolorem affert, & hac ratione nocet, cum partes dolentes ſemper ad ſe ipſas moueant fluctiones.

.xxiiij.

Hactenus de aqua calida, & frigida ſermonem habuit: nunc autem de niue, & glacie diſerit, illud oſtendens, ꝙ tanto magis hæ nocere poſſunt, quanto ſunt aqua frigida frigidiores, & ꝙ thoracis partibun ſunt inimiciſſimæ, cum & tuſſes moueant & vaſis diſruptis ſanguinem ſæpius manare faciant & ex capite deſtilationibus thoracem offendant: atq; pulmonem. Nam has quoq; nix facit & glacies cerebrum refrigerantes,

.xxv.

QVod quidem aqua frigida horum plurima iuuet, oſtēdit. Sed quæ nā vnquam hæc ſint, dicere prætermiſit, ſicuti ex illis quæ antea tetigit non eſt admodum difficile inuenire. Quæcunque enim inflammationes vel inflammina ad rubrum, & ſubcruentum recenti ſanguine tendunt, a frigida ait aqua ſanari, quæ influxū ſcilicet cohibet, & hac ratione corpora euacuat, quapropter, & dolorem in talibus ſoluit, quia & eius cauſam abſcidit, & refrigeratio etiam partium longior affert torporē mediocrē, q & ipſe dolorem ſoluit ſenſum hebetando. .xxvi.

.xxv.

TVmores articulorum, atq; dolores abſq; vlcere, & podagricos quoq;, atq; conuulſa horum plurima frigida aqua large effuſa leuat, & extenuat, ſoluitq; dolorem, nā modicus torpor dolorem ſoluit. .xxvi.

AQua quæ cito calet, & cito refrigeratur leuiſſima eſt. .xxvii.

QVi noctu bibere appetūt, his admodum ſitientibus ſi ſuperdormierint, bonum.

NOn pondere talem eſſe leuiſſimam dicendū eſt. Sic enim nihil magnum edoceret præter id quod p quēdam circuitum illud inuenit ꝙ facile erat ſtatim inuenire. Nā ſi pondere leuiorem aquam digноſcere quærit promptum ad proprium eorum quæ ponderantur iudicium perducere eius rei per lancem, ac pondus faciētes inquiſitionem. Sed nunc leuiorem dixit aquam quæ ventrem non grauat: & quę cito permeat: ſicuti iſti contrariam, grauem vocamus quæ cito non permeat. Liquet autem quod non ſolum hoc iudicium exiſtit virtutis aquę, ſed ꝙ cum alia paratiſſima ſint, & ab omnibus nota, hoc vero aliquid habeat artificioſum, ſic ad id prodendum ſcripto Hippocrates venerit. Sed quæ nam ſunt alia? Primum quidē, ſi neq; turbida, neq; cœnoſa neq; in guſtu, neq; in odoratu aliquam abſurdam qualitatem præſefert, deinde & illud quod nunc Hippocrates dixit, ſi cito refrigeratur, & calet, nam perſpicuum exiſtit talem eſſe bene alterabilem. Sicuti autem cibi virtus eſt eſſe bene alterabilē, ita & aquę ſiquidem facile tranſmutari volumus quicquid concoqui debeat ab inſtrumentis quibus eſt coctionis munus a natura demandatum. Quicunque vero ſola potantium diſpoſitione optimam aquam iudicant, certiſſimo quidem vtuntur iudicio verum ſi hoc tantum aſſumpſerint non recte faciunt. Prius enim oportet de aqua ex dictis ſignis iudicare, antequam ad talem veniant experientiam. .xxvii.

NEque ſi dandus, neque ſi minime dandus ſit potus, his qui noctu admodum ſitiunt, quicq̄ oſtendit, ſed hoc tātum ꝙ ſuperdormire confert. Coquetur enim per ſomnum, vt liquet, & ſubdeſcendet id quod efficit ſitim, non tamen illud eſt in obſcuro, ꝙ valde ſitientibus potus eſt dandus, ſiue ex potatione vini meratioris, ſiue ex defectu potus ſitis aduenerit, nam & defectui ſuccurrere confert, & illam quæ facta ex vino caliditatem aqua reſtinguere, theorema eſt, ſalubre. Si tamen modice ſitierint, non omnino eis dandus eſt potus, ſed conſiderandū nunquid ex defectu humidi tale quid patiantur, ſiue ex nimia vini potatione contingit enim his ex ſomno iuuari. .xxviii.

Muliebria



MVliebria dicit, ut liquet ea quæ ex vtero mulieribus euacuantur in menſtruis purgationibus, & a partu. Clarum etiam illud eſt, ꝙ & hoc in loco illas quæ vel propter vteri inflāmationem, vel euerſionem, aut talem aliā cauſam non bene purgantur, non aliter ſanabimus quā eam curātes paſſionem, cuius eſt caſus ſuppreſſio menſtruorum. Quæ vero ſine hac paſſione parcius purgantur his quæ nunc ab ipſo docentur ſuffitibus curat. In his enim vel ſanguinis craſſitudo cauſa eſt retentionis, vel obſtructio vaſorum quæ pertingunt ad vterum, vel horum obſerratio, vel totius ſubſtantiæ denſatio. Quodcunque vero dictorum in cauſa fuerit ex aromatibus ſuffitus ſanat diſpoſitionem, qui ſua vi aperit q̄dem vaſorum extrema obſerrata. Ex tenuat autem humorum craſſitudinem, obſtructiōes vero incidendo exobſtruit. Multoties vero & ad alia, inquit, vtilis eſſet, niſi capitis faceret grauitatem, nam totum corpus poterat cōtinuo ſuffiri per vterum in omnibus frigidis, atq; humidis diſpoſitiōibus, niſi timeremus illam quæ fit ex ſuffitu capitis grauitatem, præſertim in febribus. Quod vero omnia aromata natura apta ſunt facere capitis grauitatem & experientia oſtendit, & ratio docet. Quæcunque enim ſatis calefaciunt, omnia fere capitis grauitatis ſunt cauſa, vtpote ſui natura calido ſuperiora petente. Calida autem eſt ſufficienter omniū aromatum natura, & pręcipue Caſſiæ, Coſti, & Cinamomi, & Amomi. .xxix.

.xxviii.

SVffitus aromatum muliebria ducit, ſæpius vero & ad alia vtilis eſſet, niſi capitis faceret grauitatē. .xxix.

GRauidas purgare turgente materia a quarto menſe vſq; ad ſeptimū minus uero has. Recentiores autē & ſeniores uereri oportet. .xxx.

MVlierem utero gerētem capi ab aliquo morbo acuto lætale ē. .xxxi.

MVlier utero gerens ſanguine miſſo ex uena abortit, & magis ſi fœtus ſit maior.

HIc aphoriſmus dictus eſt, & antea vbi de purgatione ſermo habebat. Sed & hic vbi de muliebribus agit, in q̄pluribus exemplaribus inuenit. Quidam vero eximūt ipſum, ne bis ſcriptus inueniat. Noua aūt expoſitione non indiget præter illam quam retro ſcripſimus. .xxx.

NOn abſq; ratione, ſiue enim ſit cum febre morbus neceſſe eſt ipſum febres habere continuas. Talis enim eſt morbus acutus, & in hoc duplex periculum. Vnum quidem propter febrem ipſam fœtum occidentem, alterum vero ꝙ ex longo interuallo cibum dantes ex alimenti defectu fœtum deſtruemus. Si vero vt ſeruemus hunc. non verebimur crebro cibū exhibere febres continuas victu intempeſtiuo augentes mulierem grauidam occidemus. Sic & ſi abſq; febre aliquis alius morbus acutus fiat, veluti morbus comitialis, morbus attonitus, quem græci apoplexiā vocāt cōuulſio, diſtentio, propter magnitudinē morbi, & acutiem impoſſibile eſt laborantem euadere. .xxxi.

EX defectu alimenti fœtus deſtruitur, non modo miſſo ſanguine ex vena, ſed etiam ex longiori inedia. Oſtendemus autem & hoc ipſum paulo poſt, & per alios aphoriſmos. Non abſq; ratiōe autem & maior fœtus magis deſtruitur miſſo ſanguine ex vena mulieris, qa plurimo indiget alimento. xxxii.

NOn abſque ratione. Erit enim retractio ſimul, atque euacuatio ſanguinis ad ſuperiora tendentis. Hoc quidem igitur & experientia comprobat vtiliter fieri. Nos vero ex ipſa permoti naturæ opera, quæ bene geruntur imitabimur, & mulieres hac paſſione laborantes miſſo ſanguine ex vena euacuabimus. .xxxiii.

QVod quidem ſit neceſſarium eum qui ſingulis menſibus bene euacuatur ſanguinem quãdo ob aliquam diſpoſitionem fuerit retentus mulierem lædere, & ꝙ per aliam partẽ euacuatus oẽm corporis tollet læſionem, vnicuiꝗ; eſt manifeſtum. Cũ vero multa ſint loca per quæ poteſt euacuari, omnibus aliis, aut maius, aut min⁹ ineſt detrimẽtũ, ſola q̃ fit per nares euacuatio inoxia ẽ, quam nunc laudat Hippocrates non tamen ſi aliqua etiam alia euacuatio ſine noxa eſt, propter aphoriſmus eſt falſus. Neque.n. quod ſola per nares euacuatio deficientibus menſtruis bona ſit. dixit, ſed hanc ſimpliciter laudauit nõ adiuncto, ꝙ ſola. Et ſi igiẽ alterã quæ fit per ſedem dixerit ita affectis mulieribus vtilẽ eſſe, hoc non aduerſatur aphoriſmo. Videtur enim aliqñ Hippocrates ꝑ vnũ exemplum de omnibus aliis ſimilibus pronunciare. .xxxiiii.

.xxxii.

MVlieri ſanguinẽ euomẽti, mẽſtruis erumpentibus ſolutio. .xxxiii.

MEnſtruis deficiẽtibus ſanguis ex naribus fluens bonum. .xxxiiii.

MVlieri in vtero gerẽti ſi aluus plurimum profluat, periculum eſt ne abortiat. .xxxv.

MVlieri quæ vterinis moleſtaẽ, aut difficulter parit, ſuperueniẽs ſternutatio, bonum.

RAtione euacuationis & nunc Hippocrates inquit periculũ abortus eſſe, quẽadmodũ: & antea in miſſione ſanguinis ex vena oſtendebamus. .xxxv.

VNum in aphoriſmo verbum habet obſcuritatem, vterinis, ſcilicet: nonnulli enim per id accipiũt oẽs q̃ vtero aduen ũt diſpoſitiones, nõnulli vero illas tantũ in qbus paſſio contingit, quã vocant vterinã ſtrangulationẽ, quæ tñ non eſt vere ſtrangulatio, ſed defectus anhellitus. Alii choria ideſt ſecũdas intelligunt, nam & has græci choria nominant. Verum hi aperte aberrant, quãuis maxime verum dicere videantur, quoniam ſecundæ contentæ in vtero ex ſternutatione diſrumpuntur. Alius.n. de his aphoriſmus eſt ab ipſo ꝓſcriptus, & plurimum refert an ſecundas dixeris, an vterina. Falſum quidem eſt de omnibus vteri paſſionibus dictum eſſe ab ipſo ſermonem. Neque enim exulcerationes, neque, inflammationes, neque eryſipelata: ſicuti neque abſceſſus ſternutatio iuuat. Verum autem ꝙ in vterinis ſtrangulationibus ſuperueniente ſternutatione patiens aliquantulum ſeuatur: non ſolum quia bonum eſt ſignum ſternutatio ſponte adueniens his quę ita ſe habent mulieribus, ſed quoniam & cauſa, vt quæ ſit huius paſſionis remedium. Signum itaque bonum exiſtit, quia naturam oſtendit, quæ prius erat emortua excitari, ac reuiuiſcere, & propriarũ meminiſſe motionum quando aliqua eicit ſuperfluitatem. Oſtenſum eſt enim in libro de cauſis accidentiũ ſternutationem fieri hoc modo. Cauſa autem ob quam iuuat, & quia vehementiore concuſſu: atꝗ; feruore, partim quidem naturam excitat, partim vero excernit q̃ partibus corporis firmiter infixa adhærent. Sic.n. & ſingultum ſolet ſanare. .xxxvi.





IN multis exemplaribus ſcripturã ita ſe habentem poſſumus inuenire. Mulieri menſes tardi, nec per idem ſemper tempus venientes. Poſſunt quidem & mẽſes tardi, hoc eſt qui poſt conſuetum veniunt circuitũ, purgatione indigere humoris pituitoſi, ob quem & decolores fiunt. Non tamen & hac ſola neceſſario, nam & ꝑ extenuantem aliquãdo victum tales diſpoſitiones ſanabimus. Sæpius ſcriptus ãt a nobis eſt de hoc victu, vnus liber ſeorſum, & ſuffitus aromatum, & qui eandem iſti

.xxxvi.

MVlieri mẽſes decolores, nec ꝑ idẽ ſemp tꝑs venientes; purgationẽ indicãt eſſe neceſſariã. .xxxvii.

MVlieri vtero gerenti ſi mãmæ graciles repente fiãt, abortit. .xxxviii.

MVlieri vtero gerẽti ſi altera mamma gracilis fiat, geminos habenti alterum abortit, & ſiquidem mãma dextra gracilis fiat marem: ſi vero ſiniſtra, fœminam.

vim habent peſſi adhibiti, & epotæ medicinæ quæ incidũt, & humorũ craſſitudinem extenuant: quale eſt quod ex Calamento fit quo nos aſſidue vtimur, ſæpius ciere ſolẽt tardãtes menſiũ purgationes. Nam intentio ſanationis in ipſis eſt, hora qdem adaperire vaſorum quæ pertingunt ad vterum ſanguinem vero extenuare. Et quidem purgatio totius corporis vt dixi quãdo craſſi euacuantur humores, tales ſanat diſpoſitiones. Si vero decolores ſcriptum ſit, multo magis purgatio ſanabit, ita ſe habentes mulieres. Neꝗ;.n. ꝑꝑ humorẽ pituitoſum tñmodo, ſed & ꝑꝑ melancholicũ, & bilioſum, menſes fiunt decolores. Quomodo igiẽ dignoſcere oporteat humorẽ ſupabũdantẽ, ipſe in primo de muliebribus docuit, nũc aũt ꝙ per purgationẽ euacuandũ ſit, ipſe monſtrauit. Verba aũt illa. Nec per idem ſemp tꝑs venientes, huic ſcripturæ magis cõſonant: vt totus ſermo ſit talis. Si mẽſes decolores fiant, & nõ per idẽ tꝑs veniãt: quo antea venire conſueuerant, mulier purgatione indiget. Contingit.n. in mulieribus quæ malos humores habẽt nõ modo decolores apparere menſtruas purgationes, ſed etiam tempus periodi nõ ſeruari, ſiquidem craſſiores fuerint humores, & difficilius fluentes his qui ſecũdũ naturã ſe habent morando, & longius tꝑs expectando. Si vero contrarii: hoc eſt humidiores, ac tenuiores conſuetum terminum anticipando. .xxxvii.

HIc pariter aphoriſmus ex illorũ numero eſt, quos diximus defectum alimẽti fœtui ſignificare. Communes enim quædam venæ ſunt mammis, ac vteris quæ vbi parũ habuerint ſanguinis: graciles quidem mammas oſtendũt, inedia vero nonnũꝗ fœtum perimunt, nonnũꝗ vero ad excretionem excitant, illã ob cauſam quã ipſe in libro de natura fœtus per hæc verba explicat. Alimentum atꝗ; auctio a matre veniens, non adhuc eſt infanti ſufficiens, quãdo decem menſes præterierint, & fœtus auctus fuerit. Trahit enim a ſanguine ad ſe id quod dulciſſimũ. Simul aũt & lactis parte aliqua fruitur. Vbi vero hęc illi rariora fuerint, & iã infans molem corporis habet, plus cibi requirens quã illud quod adeſt, calcitrat, & membranas diſrumpit. Liquet igitur, ꝙ & ante decem menſes fœtus eſt indigens alimento, & calcitrans, & membranas diſrumpens, initium partus matri affert. .xxxviii.

QVod ſupraſcriptus aphoriſmus de ambabus mammis dicebat, hoc in altera iſte dicit, propter illam quam diximus de venis communibus cauſam, eo qui

e directo eſt mammæ factæ gracilioris fœtu aborſum patiēte. Qđ autē exiſtētib⁹ geminis altero mare, altero fœmina, ſi dextra qdē māma gracilis fiat ſolus mas, ſi vero ſiniſtra fœmina ſola corrumpit, ex illa ipſius pēdet opinione, qua mares qdē in dextris fœminas vero in ſiniſtris magis concipi opinatur. .xxxix.

RAtio qdem longior exiſtit, & oportet illū q eam exquiſite aſſeq debeat exercitatū eſſe in libris de potētiis naturalibus. Tātū tamē de his nunc a nobis dicetur, quan .xxxix.
tū breuiſſime dictū poſſit ad pſentia cōferre. Hoc qdem, commune eſt omnibus animalis partibus quæ aptæ ſunt humores aliquos vtiles generare: aut partibus aliis aut ad generis propagationem: aut ad conceptus nutritionē, eſſe humorem illum quandam veluti ſuperfluitatem alimenti partis ipſum generantis. Non enim quia norit ad quid vtilis erit humor animali, ipſius facit pars generationē, niſi debeat talē habere intellectum qualem habere oportere arbitramur ciuitatum gubernatores, ſed animalis quidem opifex illum habet intellectum. Ipſa aūt pars ut oſtenſum eſt, potentiis regitur naturalibus, tum aliis qbuſdā, tū alteratiua per quā aſſimilat alimētū ſibi ipſi. Quantum igitur alimenti ab ipſa alterati fuerit nutrito corpori exquiſite aſſimilatum illi apponitur parti, ac nutrit eam, & hoc eſt quod ipſe ait. Alimentū autem quod alit, alimētum etiam quod eſt veluti alimentum, & quod debet alere, ſuperfluum vero derelictū, ſimilis quidem naturæ partis humor exiſtit. In oſſibus quidem id quod in eius cauernis continet, in hepate vero ſanguis, ex hoc genere eſt, & ſpumeus humor qui in carne pulmonis continetur, & qui in articulorum compagibus glutinoſus humor, & id qđ in teſtib⁹, & in vocatis aſſidētib⁹ ſemē, & q in lingua cui nomē ſaliua. Sunt aūt & quidā in māmis adenes vim hn̄tes id quod ad eos influat alterandi. Cum ergo hi ſint exangues & albi proprium efficiunt humorem, talem qualis eſt lac, & plus talis efficiunt quando plus alimenti defertur ad ipſos. Plus vero defertur octauo, & nono menſe conceptionis quādo abundanter oppletę ſunt cōmunes venę māmarum, & vteri, ſicuti in animalium prægnantium refectionibus manifeſte conſpicitur. Fit autem & tale raro quandoq; cū mulier grauida non eſt, quando ad ſimilem peruenerint venæ repletionem, ex menſtruorum retentione, cuius nunc diſpoſitionis Hippo. meminit. .xl.

SI mulier quę neq; grauida eſt, neq; peperit, lac habet huic menſtrua deſecerunt. .xl.

QVibuſcūq; mulierib⁹ ad māmas ſanguis colligitur, furorē ſignificat. .xli.

QVod qdem ſanguis ad māmas ferat, deinde ab adenibus qui inibi ſunt in lac trāſmutet, in ſtatim antea ſcripto dictū eſt aphoriſmo. Nūc aūt quando in trāſmutabilis manſerit hic qui ad eos ſanguinis peruenerit furorem ait Hippocrates ſignificari. Ego qdem nunq̄ hoc accidiſſe vidi, & ſi quādo eueniat, ex his eſt, quæ raro eueniunt. Hippocrates vero, vt qui viderit ſcribit, & ſi verum ſit talē ipſius oportet cauſam exiſtimare. Adenum natura, & illoꝝ pręſertim qui in māmis ſunt exanguis eſt, & liquet, ꝙ frigida. (Omne enim exangue frigidum) & quidē eius qui defertur ad ipſos facit ſanguinis alterionem ad frigidius declinantem. Quanto enim adenes hi ſunt hepatis carnæ frigidiores tāto lac ſanguine. Cum igitur pluribus aliquando ſanguis feruens per totum labitur corpus, &



pus, & caput pcipue petit in furorē vertētur, quoniā ſanguis talis occupat caput. Qui vero ad māmas deferē ad contrariam naturam alterari non poterit, ita vt lac fiat tum propter mordacitatē, tum propter exuperantiam. .xli.

TOrmina fiunt qdem, & propter mordacitatem. Fiunt autē & propter ſpiritum flatuoſum, qui facilem non habet exitū, quæ etiam tormina fieri, nunc eſt arbitrandum in mulieribus quæ cōceperunt propter eam quę fit ex vtero anguſtationem. .xli.

SI velis noſcere an conceperit mulier cum dormitura eſt ei aquam mulſam, potandā da, & ſi alui tormina patietur cōcepit, ſi minus nō concepit. .xlii.

MVlier ſi marem concepit, bene colorata eſt, ſi vero fœminam, male colorata. .xliii.

SI mulieris grauidæ, in vtero ſit eryſipelas, lætale. .xliiii.

QVęcūq; præter naturā tenues exiſtētes vtero gerūt, abortiūt priuſq̄ craſſeſcant.

Dat autem aquam mulſam mulieri dormituræ crudam, videlicet, quoniā qualitas flatuoſa ſi noſcere volumus eſt neceſſaria, volens & quieſcere ſimul & plenam eſſe cibis mulierem. Hæc enim ambo conferent ad torminum generationem. .xlii.

VT ad ſe ipſam muliere collata videlicet, non autem ad alteram dictum eſt ab Hippocrate indicium quod ex bono colore, ac malo ſumitur: nā quæ fœminā concepit minus ſe ipſa colorata apparet, quoniam frigidior eſt fœmina mare, nunquā vero talem cōcepiſſet, niſi viri ſemen, vel vterus mulieris frigidior eo tēpore fuiſſet in quo cōcepit. Quare quod dicitur, ex eorum numero eſt quæ ſæpius eueniūt. Contingit enim ita omnia recte agere mulierem poſt tempus conceptionis, ꝙ bene colorata fiet. Liquet autem ꝙ & alia ſigna ſunt maren eſſe conceptū, ſicuti ipſius conceptus plurime ac valide motiones, quæ neq; ipſa ſigna perpetua ſunt. Cōtingit enim aliquando, licet ſit rarum, ꝙ concepta fœmina ſit mare robuſtior, & multis ac validis motibus moueaē, & aliquādo mas ſit debilior fœmina. ac paucioribus, debilioribuſq; motibus cieatur. .xliii.

AN ſolum eryſipelas in vtero mulieris grauidæ conſtitutū putat eſſe lætale, vel illam etiam quæ proprio nomine dicitur inflāmationem. Quod enim facto in vtero eryſipelate fœtus morietur ex neceſſitate manifeſtum, ſiqdē & febres acutæ aliquādo ſine inflāmatione ipſum interficiunt. Si vero & vtero inflāmationē patiēte, poteſt aliqn̄ fœtus viuere dignū inqſitiōe. .xliiii.

SEcundum tres modos audierunt expoſitores libri huius præſentis aphoriſmi intellectum. Quidam enim omnino arbitrantur ipſas abortire: quidam vero niſi craſſeſcant, & reficiantur, ſed maneant abſq; refectione, ac tenues, quidā vero cum reficiuntur, tunc maxime eas exiſtimant abortire, quod minus videtur q̄ prius dicta veriſimile. Verum tamen ita expoſuit Numeſianus, dictum inquiens eſſe aphoriſmum, in his quæ præter naturam ſunt extenuatæ, & quas prius refici oporteat. Sed cū cōcipere anticipent non refici, vt ait abſq; ꝙ ſanguis ad cōceptus alimentū deputatus ad eius quæ cōcepit nutritionem recipiaē, quare non abſq; ratione fœtus ſufficiēti indigēs alimento corrūpitur. Sed & verba illa præter natu-

ram tenues quidam ita acceperunt, ſicuti Numeſianus. Vt præter ſui ipſius naturam grauida mulier ſit extenuata. Quidā vero magnū exceſſum volūt ſignificari, volente Hippo. nobis iſinuare, nō ꝙ mediocriter extenuatæ id ex neceſſitate patiātur, ſed quæ valde ſunt extenuatæ: Vtraq; aūt expoſitio nō caret rōne. .xlv.

SIne manifeſta occaſione ait febre vehemente, & alui fluxu, vel profluuio ſanguinis, vel eryſipelate in ipſo vtero conſtituto, vel ſaltu grauidæ mulieris vementiore, vel clamore, vel ira, vel timore, vel victu parciore, vel tali aliquo actus, ſeu paſſione. Fit enim veriſimile in his eē plena muccore ora vaſorum venientium ad vterum, ex quibus ſecundæ pendent quæ ora acetabula noīauit, nō ſicuti qdā arbitrāt ad natas ipſis carnes adenoſas. Nā vti ipſe inquit in primo lib. de paſſionibus muliebribus. Si acetabula plena fuerint pituita mēſtrua fiunt pauciora, & Praxagoras in primo de naturalibus. Acetabula aūt ſunt ora venarum, & arteriarum, q̄ ferūt ad vterum. .xlvi.

QVæcunque mediocriter corpora habentes abortiunt, ſecundo, aut tertio menſe ſine occaſione manifeſta, his acetabula vteri plena muccoris ſunt, & non poſſunt ex pondere fœtum continere, ſed diſrumpuntur. .xlvi.

QVæcunque præter naturam craſſæ, non concipiunt vtero, his omentum os vteri comprimit, & priuſq̄ extenuētur non concipiunt. .xlvii.

SI vterus in coxā vergēs ſupputat, neceſſe eſt linamentū fieri. .xlviii.

FOetus, mares qdem in dextris fœminæ vero in ſiniſtris magis.

VErba præter naturam, duplicitet etiam audiūt hoc loco quidam exceſſum ſignificari arbitrantes: quidam præter ipſius mulieris grauidæ naturam. Verior autē prior acceptio. Nam ab omenti pingnedine comprimitur, atque anguſtatur vteri os his quæ ſupramodum craſſæ ſunt. Dicit autem nunc os, illud ſcilicet quod intus eſt, vbi vterus deſinit. Collum vero incipit quod magis proprie os vteri diceretur. Nam altera colli extremitas quæ mulieris pudendis coniungitur, non, vteri: ſed ipſius colli os haud ſine ratione diceretur. .xlvii.

CVm neceſſarium eſt fieri per linea fila curationem linamentum nominauit. Quod autem vterus ſuppuratus, & præſertim ad exteriora (nā hoc nunc videtur dicere) curatione tali ex neceſſitate indigebit, non eſt obſcurum. .xlviii.

QVod propter temperaturam quæ ſtatim ab initio calidior exiſtit, fœtus maſculus generatur in cōmentariis de ſemine eſt demonſtratum. Calidior vero temperatura fœtibus aduenit non minime ob locum qui eſt dextra vteri pars, hic autem ipſe calidior exiſtit, propter hepatis vicinitatem. Conferet autem aliquid ad conceptus caliditatem & muliebre ſemen profuſum quidem ex propriis teſticulis per vtrunq; corniculū, pars vna in dextrum vteri ſinum, pars altera in ſiniſtrum, diſſimiles autem ambæ, vt & hoc ipſum oſtendimus. Siquidem ſeroſior eſt, atq; frigidior quæ in ſiniſtro teſticulo continetur, & iuxta hoc conceptus in leua parte vteri conſtitutus nō abſq; ratione eſſet frigidior. Dictū aūt eſt de oibus talibus ſufficiēter in .v. lib. ſectione Hippo. .xlix.

Non cum



NOn cum accentu circūflexo vltimam ſyllabā verbi græci ὑστέρων legere oportet, vt ſignificet vterum, ſed cum graui, vt ſecunda intelligatur. Neq; enim vult vteros ipſos excidere tentione facta cum medicinis ſternutare facientibus, ſed ea quæ choria vocant, atq; ſecūdæ. .l.

SIcuti menſtruorum quæ aut nullo modo, aut parce fluunt docuit Hippo. curationem, ita & nunc illorum quæ vltra modum euacuantur, iubēs nos cucurbitulam quā maximam ad mammas apponere. Melius autē nō ad ipſas mammas, ſed ſub ipſis ptib⁹ iferioribus firmare cucurbitulā, vbi maxie ſūt hæ quę ad ipſas venę de ſubter veniunt & qdem nonnulli ſcribunt cucurbitulam quā ſub mā̄mis apponit. maximā. Vult āt maximā eē cucurbitulā, vt fortiorē faciat ex vtero ad ſupiora attractionē p cōmunes id venas artificioſę molitus. .li.

.xlix.

VT ſecunda procidat, ſternutatorio appoſito, & nares appræhendito, & os. .l.

MVlieri ſi velis menſtrua cohibere, cucurbitulam q̄ maximam ad mā̄mas appone. .li.

QVæ vtero gerunt, his vteri os comprimitur. .lii.

MVlieri vtero gerēti, ſi lac multū e mā̄mis effluat, fœtum imbecillē ſignificat, ſi vero mammæ ſolidæ fuerint, fœtū ſignificāt ſaniorē. .liii.

QVæ corrupturæ ſunt fœtus, his mā̄mæ extenuantur. Si vero rurſus duræ fiant, dolor aut mammas, aut coxas aut oculos, aut genua infeſtabit, & non corrumpent.

MAximum hoc eſt mulieris quæ concepit indicium, ſi obſtitrix potuerit imiſſo digito os vterorum tangere. Statim enim cū ſemen intra ſeipſos acceperint, totum ſui interius contrahunt ſpacium, & claudūt os. Videtur autem & propter durum tumorem, & inflā̄mationem os vteri comprimi. Diſtinguitur autem ab eo qui in grauidis ex duritie vteri .lii.

ILlo videlicet tempore fluit lac quibus viſum fuerit fluere, quādo natura fert vt in grauidis generetur. Neque enim in primis generatur menſibus. Quod autem omnino fluat, & non maneat intus, hoc ideo fit, quia plurimum ex eo colligitur. Plurimum vero colligitur oppletis venis communibus quæ a mā̄mis pertingunt ad vteros. Sed adhuc magis implentur quando minimum conceptus abſumit. Hoc vero ipſum fit ob eiuſdem conceptus imbecillitatem. Liquet igitur ꝙ neque mammas tenues oportet apparere, ſicuti in muliere nō grauida. Hoc enim ſignum defectum ſanguinis oſtēdit, & hac ratiōe fœtus in ipſis corrumpitur. Neq; adeo plenas. vt lac effluat, ſed tantum ſubleuari, vt ſolidæ tangentibus videantur. Media enim hæc conſiſtentia inter renitentes propter nimiam repletionem, & molles, ac laxas, propter defectum ſanguinis. Quare merito laudat hoc ſignum Hippocrates, vt quod indicio ſit, neq; fœtum eſſe imbecillem, neque deficere ipſi alimentum. .liii.

PRius dixerat. Mulieri vtero gerēti ſi mā̄mæ repēte extenuent̄, abortit dixerat āt. Et ſi altera mā̄ma extenuet̄ gemios hn̄ti alteriusfœtus aborſū ſecuturū. Nūc vero ordinē ꝯſecutiōis comutauit & nō a ſignis ipſis, ſed a mulie

ribus fœtum corrūpentibus fecit initium, ipſis pręcedere inquiens mām̄as tenues. Non eſt autem oīno idē, vel ſi dicatur ad mām̄as tenues ſequi corruptionē, vel debente fieri corruptione mām̄as tenues præcedere. Qui.n.ait ad mām̄arum extenuationē ſequi corruptionē, hic nō etiā ſolū iſtud oſtendit eſſe ſignū futuræ corruptionis. Qui vero dicit his q̄ debent corrūpere fœtus mām̄as extenuari, ſolum hoc videt oſtendere ſignum præcedere fœtus corruptionē. Quare diligentius inquirendum, & diligentius obſeruandum in mulieribus grauidis, ſi nunq̄ aliter fœtum corrumpūt, ſed ſemper præcedit mām̄arum extenuatio, vel ſaltantibus, vel valde vociferantibus, vel ira excandeſcentibus, & nimio repēte pauore correptis contingit mām̄arū nō præcedere extenuationē. Contingit autem & quibuſdam propter magnitudinem febris, aut factum in vtero heryſipelas, vel propter mucorem, acetabulorū, ſeu tale aliquid, fœtum corrumpi abſq; mām̄arum extenuatione: nā videt Hippocrates hanc ſemper præcedere exiſtimare, & mihi ſæpius obſeruāti, viſæ ſunt in ſupradictis occaſionibus ante corruptionem mām̄æ fuiſſe extenuatæ. Ne forte igitur quādo citra aliquā huiuſcemodi cauſam mām̄æ extenuantur, defectum ſanguinis eſſe in cauſa debemus exiſtimare qui ī venis eſt vtero mām̄iſq; cōmunibus. Vn̄ propter inediam fœtus corrumpitur. In aliis vero cauſis in quibus interit propter paſſionem, aut diſrumpitur fœtus. cum ipſum membranæ continentes diuellunt natura os vteri adaperiente, & dolores excitāte, ob has ipſas cauſas ſanguinem ad genitales deferri partes. Hæc enim eſt quædam ratio communis in quibus, natura aliq̄d violēter excernit, eo ſanguinē, ac ſpiritum tēdere, q̄bus duobus, veluti inſtrumentis natura vtens ea quæ infeſtant per vim expellit. Hac rōne igit & dolētibus partibus inflām̄ationes adueniūt natura excernere, atq; expellere cauſam doloris properāte. Vt vero hoc faciat ſanguine, ac ſpiritu eas implente. Hæc itaq; a me dicta ſint in primā partē aphoriſmi, ſecunda vero quæ ſequitur in qua cōtrariæ mām̄arū meminit diſpoſitionis, tale eſt. *Si vero rurſus mām̄æ duræ fiant*. Quo vero dictio rurſus duo ſignificet in huiuſcemodi locutionibus, alterū q̄dem quod antedictæ coniungitur diſpoſitiōi: alterū vero quod per alia verba dici cōſueuit vice verſa. Mihi verius & magis Hippocratis ſententiæ cohęrere videtur ſecundum ſignificatum, vt quod in toto dicit aphoriſmo, ſit tale, Mammæ q̄dem tenues omnino p̄cedunt fœtuum corruptionē, & nō poſſunt iſti corrumpi ſine earū extenuatione p̄cedente. Duræ vero corruptionem quidem nō ſignificant, ſed dolor quidam dictarum partium ad ipſas conſequitur, vt ſicuti mām̄æ tenues defectus ſanguinis ſignificationem habent, ſic durę multitudinis differentes ab illis quas prius dixerat ſolidas, in q̄bus rurſus reponente natura ad quaſdam partes materiam inutilem illæ dolent, ſed fœtus nullam habet offenſionem. Quęſtio autem occurrit hoc loco ob quam cauſam ad corpus vteri natura nunquā materiam reponit inutilem, & nō facit inflām̄ationem, vel cur inflām̄ato vtero fœtus nō corrumpetur? An quod ab Hippocrate dicitur aliud eſt, neq; enim ꝙ nunq̄ ad mām̄as duras corruptio fœtuū ſequatur, putandum eſt fuiſſe ab Hippocrate dictum. Sed ꝙ non ſemper (quemadmodum in tenuibus) verum ſi ad alterum locum natura reponat ſuperfluitates, ꝙ ex dolore cognoſcimus, corruptio nō ſequitur, & fiet rurſus, ſi ita audierimus vniuerſus, ſermo talis, Mulieribus quæ corrupturæ ſunt ſemper mām̄æ extenuatæ p̄cedunt, duræ autē ac plenæ nō ſemper. Sæpius enim in his ad alteram partem materiam inutilem natura reponit. *Si vero ad vteros ipſam expellat, fient & tūc oīno tenues*. Nam ſecundum Hippocratis, vt apparet ſentētiam ſi p̄pter aliud quicquā

& non



& non defectum alimenti aborſus fiat omnino præcedet mām̄arum gracilitas, ob cauſam antedictā, ita ꝙ ſi ēt ob acetabulorū humiditatem cōceptus effluet, tunc ēt ipſum natura expellēte ad excretionē motio ſanguinis erit ad vteros, & hac rōne mām̄æ fient graciles magis q̄ prius erant. .liiii.

Dictum eſt & antea ꝙ os vteri cōprimi cōmune eſt ſignū, & tumoris alicuius in eo pręter naturā exiſtentis, & cōceptionis in muliere, & ꝙ oportet id ex duri-

.liiii.

QVibus os uteri durum ē, his vteri os comprimi eſt neceſſarium .lv.

QVęcūq; vtero gerētes a febrib⁹ corripiunt, & fortiter calefiūt ſine occaſiōe manifeſta difficulter pariunt, & cū periculo, aut abortum faciētes periclitantur. .lvi.

IN Fluxu muliebri ſi cōuulſio, & animi defectus aduenerit, malū. .lvii.

SI menſtrua plura fiant, accidunt morbi, & ſi non fiant, ex vtero morbi contingunt.

tie diſtinguere. Grauidis enim molle eſt, & ſecū-dū naturā. In q̄bus aūt eſt tumor p̄ter naturā, ſiue inflām̄atiōi ſimilis, ſiue duriciei durę. Melius itaq; fuerat hūc aphoriſmū poſt illū ſcribere ī quo dicebat. Quæcūq; vtero gerunt his os vteri compreſſum eſt. .lv.

ACcidit q̄buſdam grauidis in q̄bus vitioſi humores priuſq̄ conceperint ſunt aceruati, nonnūq̄ a febribus vehemētib⁹ corripi, ita ꝙ ex neceſſitate abortiunt, nōnūq̄ vero mediocribus. Sed cū nō purgent ſufficiēter, aliq̄d ſupereſt reliquiarum humorum in corpore vitioſorum, ex quibus febres ſunt conſtitutę, vt pote nō potentibus medicis mulieri grauidę aliquod forte auxilium adhibere, neq; exquiſita victus ratione in ipſis vti. Ob hanc igitur cauſam febris in ipſis frequenter reuertitur, & magna temporis parte grauiter ſe habent. Non ſine ratione igitur fœtus aliquando nequit obſiſtere. Sed ex febre, & vitio humorum corrumpit, nonnunquam vero perdurat q̄dem vſq; ad tempus partus, ſed cum & ipſe valitudinarius ſit, vt qui longo tempore laborauerit, & cū matrem habeat imbecillem non ſine periculo paritur. Nam ad bonum partum, duorum corporū vigore eſt opus, & grauidæ mulieris, & infantis. .lvi.

NOn ſtatim fluxu cōſtituto hęc ſiunt, ſicuti, & aliorū nihil quęcūq; in ſequēti ſermone q̄buſdam aliis ait aduenire, ſed cū vel validiora fuerint, vel diu p̄durauerint. Defectus q̄dem animi cōmunis omnis īmodicæ euacuationis eſt caſus. Conuulſio vero & ſi non communis exiſtat, ad plures tamen, ex ipſis conſequitur, & magis ſi pars quæ patitur neruoſa fuerit. .lvii.

QVibuſdam medicis viſum eſt ex multitudine q̄dē plurimos fieri morbos, ex defectu autem nullum. Verum Hippocrates arbitratur etiam ob defectum fieri aliquando morbos non ſolum mulieribus, ſed etiam viris. Si quidem ad defectus conſequitur aliquando ſiccitas, aliquando frigiditas, aliquando vtrunq;. Oſtenſum aūt eſt ꝙ intemperaturę, quæcunq; tantam habent magnitudinem, vt poſſint iam lædere operationem, ſunt ex morborū genere. Verum ſecundum hoc, neq; falſum, neq; obſcurum eſt ab Hippocrate dictum. Quatenus aūt in pluribus quidem menſtruis, ſimpliciter dixit fieri morbos, neq; ex vtero adiecit. In defectu autem eorum iſtud adiunxit, dignum eſt inquiſitione, nūquid in vtriſq; affectibus

dictis cõmuniter ex vtero ſubintulerit, vel hoc proprium eſt defectus menſtruorũ. Hoc aũt ſcire exquiſite, eſt impoſſibile, niſi omnes nouerimus cauſas, ob quas vel plura, ꝗ opus ſit, vel pauciora veniant, menſtrua. Poſſibile eſt igiť ſi ora vaſorum quæ pertingunt ad vterũ vltra modum aperiantur, & ſi ſanguis, vel calidior, vel tenuior fiat, & totũ corpus propter malum habitum aliquẽ aggrauetur ſanguine, & ſi modum naturę conuenientem ſua multitudine non exceſſerit, quare ipſum expellit ad venas quę ĩ vtero ſunt vt in fluctionibus accidit alias ad aliã partem ĩmodicas fieri menſtruorũ euacuatiões. Eadẽ vero menſtrua poſſunt fieri pauciora, vel qa venę ferẽtes ad vterũ menſtruã purgationem comprimuntur, vel obſtruuntur, ob craſſitudinem ſanguinis vel frigiditatem & robur ipſorũ quæ ſunt in vtero vaſorum adeo vt quod influit non admittant. Quodcunq; autem horũ fuerit neceſſe eſt proceſſu temporis & ipſum vterum pati, aut ſimilem inflãmationi diſpoſitionẽ, Aut Eriſipelati, aut duro tumori, aut Cãcro, qbus denuo totum compatitur corpus. In imodicis vero euacuationibus nulla talis accidit vteris paſſio, adeo vt per compatiendi rationem totum corpus vna laboret, quare fit veriſimilius in ſola retentione menſtruorũ dixiſſe Hippo. morbos ꝯtingere ex vtero.

.lviii.

RECto inteſtino, aut vtero inflãmationẽ patiẽte, vrinæ ſtillicidiũ accidit, & renibus purulẽtis vrinę aduenit ſtillicidium. epati aũt inflãmationem patienti ſingultus aduenit .lix.

SI mulier non concipit, ſcire autem velis ſi conceptura ſit, pannis circumtectã deſubter ſuffias, & ſi odor videatur per corpus ire ad nares, & os, ſcito ꝙ ipſa non ex ſe ipſa ſterilis eſt.

lviii.

QVando aliquis parũ: & frequenter mingit, hæc paſſio vrinę ſtillicidiũ nominatur, & fit aliquãdo ex imbecillitate potentiæ retentiuæ in veſica, nonnunq̃ vero ex acritudine vrinæ, imbecillitas ergo fit propter intemperaturã, & aliquem tumorem pręter naturam. Acritudo aũt, vel propter renum paſſionem, vel quia talis ad ipſos venit ex venis ſupfluitas ſeroſa percolata. Recte itaq; Hippocrates inqt vrinæ ſtillicidium recto inteſtino, & vtero inflãmationem patiẽte, & renibus ſuppuratis aduenire. In recto qdem inteſtino, & vtero per compatiendi rationem veſica patiente, In renibus autem purulentis pure per veſicam euacuato. Hoc igitur ſui acritudine mordens veſicam excitat ad excretionẽ. In vteri aũt, vel recti inteſtini inflãmatione vicinitatis ratione pati veſicã eſt neceſſariũ, vt quę & intemperaturam participet, & inflãmationem, & pręterea prematur, atq; anguſteť a tumoribus ꝑter naturam qui in illis exiſtunt. Dictum aũt eſt a me prius ꝙ nõ ſimpliciter altera paſſio alteri aduenire apta eſt, ſed his quæ magnitudinẽ habent effatu dignam. Sic igiť & hepate inflãmationẽ patiente ſingultus accidit pp neruorũ communicationẽ, non qdem ſemper, ſed qñ ad maximam atolliť inflãmationem. .lix.

VErbũ, ſuffias, materiam indicat quæ naturam habet, vt ſuffiri poſſit. Tus videlicet, & Myrrham, & Styracem, & quæcũq; alia talia quę calidam habent tẽperaturã, & ſunt ſatis odorata. Vult enim ad totũ deferri corpus eam quę ab ipſis fit vim, vt cũ & os, & nares attigerit, a muliere manifeſtę ſentiant. In his igiť ſolis totũ non peruadet corpus qualitas ſuffitorũ qbus durũ eſt, ac denſum vteri

ſum vteri



ſum vteri corpus, cũ vero ſit tale nõ eſt aptũ ad conceptionem, ſicuti & paulo poſt ipſe inqet. Quæcunq; frigidos habent vteros, & denſos, non concipiunt. Quod autem in fine aphoriſmi ſcribitur. Scito ꝙ ipſa non ex ſe ipſa ſterilis eſt, indicat eius rei vtilitatem. Sæpius enim vt permaneat genus ad quod pertinet, vel dignitas ſacerdotij, vel regni, ſtudent ciuitates vt prolem habeant virorũ, ſeu mulierũ ad quos ſolos peruenerit genus, deinde vbi mulieres non cõcipiunt quæriť vtrius cã hoc accidat, vt facto diuortio muleres concipiant, & hanc Plato in Theæteto innuit eſſe bonarũ obſtetricum artẽ. Totus autem ſermo dicetur paulo poſt, quãdo omnes exponemus qui ad ipſum pertinent aphoriſmos.

.lx.

SI mulieri vtero gerenti purgationes eant, impoſſibile eſt fœtum eſſe ſanum. .lxi.

SI mulieri ceſſent purgationes, neq; febris, neq; rigor ſuperueniat, & faſtidia incidant, iudica ipſam in vtero habere. .lxii.

QVęcunq; frigidos, & ſpiſſos vteros habẽt nõ cõcipiunt. Et quæcũq; pręhumidos vteros habẽt nõ cõcipiũt extinguiť enim in eis genitura. Et q̃cunq; ſiccos, magis & adurẽtes, nã ex defectu alimenti corrumpitur ſemen. Quęcũq; vero ex vtriſq; mediã habent tẽperaturam, hę fœcundæ ſunt.

.lx.

ET verbum, purgationes, numero plurali dictum, & alterum, eant, adiunctum oſtendunt non eſſe paucum illum qui excernitur ſanguis, neq; ſemel ſed ſæpius, & multum. Qui enim ſemel aut bis paucus excernitur, ſæpius apparet abſq; hoc ꝙ fœtus patiať. Cũ vero nihil deficit multitudini purgationis menſtruorũ, & ſeruat deinceps terminũ circuitũ per menſes, impoſſibile eſt fœtum eẽ ſanũ, ſiqdem ille qui fortis eſt ad ſui alimentum vtitur illo qui ex toto corpore ad vteros fertur. Verũ excretio quæ grauidis fit, videtur ex venis quæ in collo ſunt apparere. Nã ab interioribus quæ in cauitate vteri ſunt, ſecundę pẽdẽt quare nihil per illas poteſt in muliebrem ſinum excerni. .lxi.

IN his quæ recte purgantur mulieribus, & quibus repente ſine cauſa manifeſta ſupprimuntur purgationes, ſermonem fecit. Hippocrates docens nos ea quæ plurimæ mulieres ipſa experientia didicerunt. Cum enim faſtidium patiuntur menſtruis ſuppreſſis, tunc ſe concepiſſe conijciunt. Fit autem faſtidium eadem qua pica ratione, læſo ore ventriculi in mulieribus grauidis. Contingit autem & propter vitioſos humores totum corpus occupantes tale aliquid accidere, verum hoc cum horrore, & febre patiuntur, & his diſtinguuntur a grauidis. .lxii.

SI mihi liceret omnibus aphoriſmis ordinẽ congruẽtem apponere: non eſſem veritus paulo antea dictũ aphoriſmum in huius locũ trãferre: ut finito ſermone de purgationibus: ille qui de ipſis eſſet vteris deinceps ſcriberetur: docente ipſo quot modis mulieres ſteriles fiant. Primus igitur in illis erit aphoriſmus in quo dixit. Si mulier non concipit: ſcire autem velis ſi conceptura ſit pãnis circũtectam deſubter ſuffias. Secundus autem iſte propoſitus, cuius ſumma eſt: ꝙ be

ne temperati vteri ad conceptionem ſunt idonei, male autem temperati, ſi parum a bonitate recedūt: difficulter concipiunt, ſi vero nimium, mulieres ſteriles fiunt, ita ꝙ ſimul ẽt daẗ intelligi: vnde viri ſint ſteriles, ſed hoc multos latet. Qui vero ea quę dicta ſunt diligentius conſiderat. primum quidem ſciet quam ob cauſam, & quidam viri omnino ſteriles ſunt. Secundo loco poſt hoc de viris quidem, ac mulieribus bonam habentibus temperaturam, ꝙ ſemper generabunt, etiam ſi cum malam habētibus coeant. De habentibus autem malam temperaturam, ꝙ cum ſolis his qui cōtrariam habent coeuntes, gignent. Prius autem dicetur de mulieribus ſterilibus. quarum vterus ſtatim ab initio ẽ male temperatus exupante. ſ. vel vna duarū qualitatum, vel duabus quēadmodum in cōmentariis de temperaturis determinauimus oſtendentes octo eſſe numero omnes intemperaturas ſimplices quidem quatuor, quarum nunc Hippocrates meminit, compoſitas autem alias quatuor his ſimplicibus inuicem complicatas. Vbi igiẗ frigiditas ĩmodica exuperat, adeo ꝙ vterus ſpiſſior efficiatur, anguſta quidē ſunt ſupra modū ora vaſorum quæ ad ipſum pertingūt: mulieres vero ſteriles cū ſecūdæ nō poſſint adnaſci ad ora vaſorū, neq; ſi hoc fiat aliq̄n poſſit bene nutriri cōceptus, vel enim nullo modo fiunt hiſce mulieribus purgationes, vel oĩno paucæ, & ipſe vitioſæ: ſolo tenuiore atq; aquoſiore ſanguine perlabēte. Sed & hęc quoq; ora facile obſtruunẗ, & pp natiuā anguſtiam, & q̄m magna ex parte hę mulieres humorem aggregant pituitoſum, ſiqdem & corpus totū vt plurimū eſt vteris ſimile, Cōtingit aūt & maris ſemen in talibus vteris refrigerari niſi ſit natura calidiſſimū. De prima itaq; frigida temperatura Hippocrates fecit mentionem inquiens. Quæcunq; frigidos & ſpiſſos vteros habent. Non per iouem volens ſimul coniungere in ipſis cū frigiditate denſitatem, veluti ſi ſiccitatem: aut humiditatem addidiſſet. Harū. n. neutra ſemp cōſequitur frigiditatem, & ppea ipſi, modo vna, modo altera adiungiẗ. Denſitas vero ex neceſſitate valde frigidos vteros comitaẗ ob quā nō poſſunt concipere (vt diximus) Quare ita ſermonē totū huius aphoriſmi audiemus. Quæcūq; frigidos vteros habent, nō cōcipiēt pp ſubſtantię ipſorum ſpiſſitudinē. Cur vero ſpiſſitudo aduerſeẗ conceptioni, dicere p̄termiſit, vt nobis potētibus intelligere. Et quæcūq; vteros nimis humidos habēt nō cōcipient. Extinguiẗ. n. genitura quēadmodū in terra paluſtri cerealia ſemina. Et quæcūq; ſiccos ſiue adurētes habēt vteros ꝓpter defectū alimēti nō concipiēt, nā in ſiccis tale qd accidit quale vbi, aut harenæ, aut argiloſæ terrę, aut petroſæ mandanẗ ſemina. In habentibus autē ĩmodicam caliditatem, quale vbi valde calidæ terræ ſemina cōmittunẗ, quēadmodum in æſtibus ſub Cane cōtingit. Sic quidem quatuor qualitatū Hippo. meminit ſingularū ſeorſum facultatem exponens, vt ſi quando inuicem miſceanẗ manifeſta ſit earū cōmixtio. Poſt hęc autem inquit, Quæcūq; vero ex vtriſq; modice temperatæ ſunt, fœcūditatem habēt. Ex vtriſq; aūt non qualitatibus ſcilicet (ſunt. n. quatuor) ſed quæ ſunt ſecundū ipſas oppoſitionibus. Sicuti. n. dictū eſt in libro de temperaturis, vna qdem eſt bona temperatura mixtis modice inuicem calido, ac frigido, altera vero humido, ac ſicco, & fieri poteſt, vt ſit aliquis vterus ſecundū vnam qdem oppoſitionem bene temperatus, ſecundū alterā vero male. Sed ne mulier concipiat, poteſt altera efficere intemperatura. Mulierem vero eſſe fœcūdam, ſine ambabus bonis temperaturis eſt impoſſibile. Hippocrates qdem, ſicuti totum ſermonem anteriorē de muliebribus ſcripſit ſic & nuper dictum de his quas habēt vteri temperaturis, nō tñ etiam addidit de viris ſermonem, vel quia promptū nobis ſit ex his quæ dicta ſunt eaſdem intempera





turas ad ſemen trāſferre, vel qa diſtulit ad ſequētia, ſed poſtea oblitus eſt. Quidā tamen alterum deinceps aphoriſmum de maribus adſcripſere, cuius iniciū. Similiter & in maribus. Sed probatiſſimi aphoriſmorum expoſitores aiunt ipſum, & ab Hippocratis mente, & modo elocutionis manifeſte deficere, & quidem ſecundum proportionem illorum quæ de mulieribus ſcripſit, licet nobis ad viros tranſcendētibus dicere ꝙ propter temperaturæ frigiditatem non bene ſemen concoquitur,

.lxiii.

SImiliter autē & in maribus, aut enim propter corporis raritatem ſpiritus extra fertur, vt ſemen non tranſmittatur ad os, vel propter ſpiſſitudinem humor nō exit foras, vel propter frigiditatem nō concaleſcit, ita vt ad hunc colligatur locum, vel propter caliditatem hoc idem accidit,

atq; ideo ſi mediocris quidem ſit intemperatura, in ipſo indiget vtero calido ſufficienter. Si vero ĩmodica ſit, eſt omnino ſterile, vel propter humiditatem, rurſus neq; concoquitur, & hoc etiam indiget ſi modica ſit intēperatura, vtero calidiori, ac ſicciori, ſi vero ĩmodica, ſterile eſt. Eodē modo & propter excedentē calorem ſemen fit toſto ſimilem. Ob ſiccitatem vero vbi primū excidit neq; extendi ꝑoteſt, quod maxime fit neceſſarium ſi mulier debeat concipere. Oſtenſum eſt enim in ſermone de ſemine ꝙ niſi per vteri capacitatē parte plurima ſemen extendatur, mulierem non concipere. His veluti quibuſdam elementis a nobis adſtructis, deiceps dicamus id quod ab inicio ſtituimus dicere qd etiam a Platone in Thęteto proponiẗ. Inquit. n. & hoc eſſe maximū opus obſtitricū ſcire coniungere inuicē corpora apta ad cōceptionē, quod nunc in ſermone dictum eſt, & ſimul poſſe diſcernere q viri ſint infœcundi, & quæ mulieres ſteriles, nā ĩmodicæ intemperaturæ horū ſunt cauſæ, modice vero ſi ſint, & cōtrariis cōiunganẗ, tunc cōcipiēt mulieres, ſi vero ſſibus nō cōcipient. Neq;. n. fieri pōt vt frigidū ſemen in vtero frigidiore ſit fertile, neq; ſiccū in ſicciore, & aliorū vtrunq; eodē modo, ſed indiget ſemen qdem frigidius, vtero tanto calidiore, quanto deficit ab optima tēperatura, & humidius ſicciore, & in aliis eodē modo. Cognitio aūt oĩum ĩmodicarum vteri intemperaturarum, eſt quam paulo antea dixit Hippocrates in ſuffitu, qui per aromata fit. Frigiditas enim ſpiſſitudinis ratione, non ꝑmittit vſq; ad os, & nares ferri aromatum exhalationē. Eodem modo & ſiccitas. Humiditas vero ſicuti ab ipſo dicta eſt extinguere geniturā, ſic & aromatum qualitatem reliqua eſt, vehemens caliditas, ſi qdem ea rõne ꝙ vicit aromatū facultatē, alterat, atq; corrumpit, ac propterea non permittit ipſa ſeruantia ſui naturam ſinceram circa os, & nares referri. De hiſce autem naturis ex ſuffitu aromatum ſufficiens cognitio præſtabiẗ. Si vero non pōt hæc ſufficienter haberi, ex aliis indiciis nobis erit talis natura inueſtiganda, hoc ipſum cognoſcentibus ꝙ rara admodū eſt huiuſcemodi tēperatura in mulierib⁹. Siqdē fœmina ẽ mare frigidior. Vnde ob hoc ea quā facit Hippo. ex aromatū ſuffitu dignotio i ſterilib⁹ mulierib⁹ vtiliſſima eſt, vel qa omnis ĩmodica intēperatura iſti ſubiciẗ, vel quia rariſſime una ipſam ſubterfugit in mulieribus illis quæ tenues apparent, & nigræ, & hirtæ, ita ꝙ ex his ſignis percipiẗ earū ĩmodica intēperatura ſine ſuffitu aromatū. .lxiii.

QVi hunc interpoſuit aphoriſmum neq; proprias voces intelllexit, nam cum profiteretur eundem in viris ſermonem ſe facturum ſicut Hippocrates in

mulieribus ſcripſerat, non adimpleuit hoc. Cum enim ille de quattuor intemperaturis feciſſet mentionem, oportuit hunc etiam quattuor in maribus, vt nos fecimus, in medium adducere, verum non ſic iſte, ſed primum quidem ſtatim damnat corporis raritatē, quę in mulieribus fuit prætermiſſa, neq; eius ſermo, ſi ipſe ſeorſum diligentius examinetur, verus depræhendetur. Videntur ſiquidem viri multi habentes rarum corpus, ſemen tamen habere fœcundiſſimum: neq; id mirum, raritas ſiquidē corporis in calidioribus, atq; humidioribus prouenit temperaturis quæ plurimo ſemine, & fœcūdiſſimo abūdant. Nam & materiam habent ex qua ſemen generatur copioſum, & vim a qua concoquitur. Vaſa autem ſeminaria ſua intentione expreſſum ſemen extra iaculantur, & non ſpiritus eſt ille qui propellat, ſiquidem ſubſtantia ſpiritualis cum humore miſcetur ſeminis, quæ & ipſa indiget exprimentibus, ſicuti & humor qui tantum ſiccum ſuperexcedit, quanto & celerius extra eiicitur, & ad longius ſpacium defertur. Hæc igitur ſunt ab eo ignorata qui aphoriſmum adiecit, & præterea cum ait humorem propter ſpiſſitudinem non exire foras. Si enim alium humorem a ſemine dicit, ſermo delirus eſt. Si vero ait ſemen propter corporis totius ſpiſſitudinem non exire foras, ignorat omnino quæ ſit ſtructura inſtrumentorum, quæ ſeminaria vocanť, melius enim fuerat ipſorum cauſare anguſtiam. Et quidem id quod deinceps eſt dictum vſq; ad aliquid verum, non habet id quod ſequitur intelligibile, nam ꝙ propter temperaturæ frigiditatem ſemen non concaleſcat, ac propterea ſit infœcundum, verū exiſtit. Quod autem colligi nequeat ad locum hunc, ſuperfluo adiectū eſt, præter id ꝙ neque locus ab ipſo explicatur, ſed a nobis intelligendus relinquitur, & tamen id verbū, hunc, ad ea quæ prius dicta ſunt habet relationem. Sed hęc quidem parua ſunt. Qui vero circa finē error, eſt magnus, cū dicat propter ipſius caliditatem hoc idem euenire, nam manifeſte ad illud quod antea dictum eſt ſermo iſte refertur. Dictum autem antea fuit quod propter frigiditatem nō concaleſcat, adeo vt adhunc locum colligatur. Quare propter calorem oportet intelligere nō concaleſcere, neque colligi in vaſis ſeminariis ſemen. Hoc autem eſt aperte abſurdum nam torreri, aut aſſari, aut tale aliquid ſemen pati propter calorem, rationem habet, non concaleſcere autem eſt omnino perabſurdum.

.lxiiii.

LAC Dare caput dolentibus malum, malum vero & febricitātibus, & qbꝰ ilia ſuſpēſa murmurāt, & ſiticuloſis, malum autem & quibus ī febribus acutis bilioſæ ſunt deiectiones, & quibus ſanguinis multi deiectio facta eſt. Cōuenit aūt, & tabidis dare qui nō valde multū febricitāt, & in febribus lōgis, & paruis, ſi nullum ex ſupra dictis ſignis affuerit, & præter rationem conſumptis.

.lxiiii.

QVod lac facile alteretur, & ꝙ duplicem habeat alterationem, quando pluri adhæreat calori, ſtatim euaporans, quando autem pauco, cito aceſcens, tibi licet perdiſcere, partim ſtatim cum ex mammis excidit ad ignem elixanti, partim ipſum iacere per ſe ipſum permittēti. Nam elixato ad fumum euerſio fit, iacēti autem omnino aduenit acor, vel citius, vel tardius. Sic autem & in ſanis, ſi non bene concoquatur, in quibuſdam aceſcit, in quibuſdam autem euaporat, in ventriculo quidem frigidiore aceſcit, in calidiore vero

euaporat



euaporat. Lac vero quod bene cōcoquitur nutrit, & bonos facit humores, & dum concoquitur his pariter attollit ilia, & tangit caput. Hos effectus, & paſſiones in ſanis etiam videbis. Verum quæ ægrotis accidunt, percurrit Hippocrates, quæ ſemper quidem experiri volentibus manifeſtantur, & poſſunt etiam ante experientiam cognoſci. Vbi enim in his qui integra ſanitate fruuntur videmus hac capiti dolorē afferre, & ilium inflare, nihil mirū excogitanti, ꝙ his qui iam caput dolent, vel ſuſpenſa habent ilia ſit inimiciſſimum. Recte autem dixit ilia ſuſpenſa, licet dicere potuerit inflata, & flatuoſa. Neq; enim hęc ſola lac poteſt offendere, ſed & alia omnia quæ ſunt quouiſmodo ſuſpenſa, propter aliquam talem, qualis eſt, Inflāmatio, vel Eryſipelas, vel tumor prædurus, vel laxus paſſionem. Adhuc aūt magis ſi abſceſſus nōdum ſit in ilio diſruptus, non eſt neq; his vtile lac. Hæc itaq; omnia per vnum verbū oſtendit Hippocrates, inquiens. Ilia ſuſpenſa. Nocere aūt ait, & murmurantibus lac, quę alia ſunt ab inflatis, & diſtentis, flatuoſa qdem, ac ventoſa & hæc ſunt. Maior itaq; offenſio iliis diſtentis, minor vero murmurātibus, ſed tamen neq; his eſt vtile lac. Aceſcit enim in ipſis. Serum tamen lactis ſale, & mele cōdientes plurimis talibus exibuimus, & iuuanť citata ipſis aluo. Et ſitientibus malum, inqt, lac eſſe euaporat enim in ipſis, ſiue natura ſitierint, ſiue ex aliquo tempore ſitis aduenerit. Et quidem qbus bilioſa deiiciūtur, & in his equidem dicerem lac euaporare. Non minus aūt, & his qui talia euomunt, nam in vniuerſum didicimus ꝙ celerrime ab oibꝰ cauſis calidis lac ad fumoſum alteratur. Rationabiliter itaq; his qui acute febricitant nocet, & mihi videť ſermo melius in hunc modū ſe habere. Malum aūt & quibus bilioſæ deiectiones, & acutis febribus, neq; enim vtriſq; ſimul iunctis tantummodo noxium eſt lac, ſed ſeorſum ī alterutro. His igiť paſſionibus lac plurimū aduerſať. Vtile aūt eſt his quæ ſequunť ab Hippocrate ſcripta in hunc modū. Conuenit autem tabidis non valde febricitantibus dare. Nam primum de tabidis facit mentionē. Intelligēdum autem eſt ipſum ita nominare illos qui tabem exulcere pulmonis patiunť. Nam alios qui alia ex cauſa ſunt extenuati ipſe deinceps nominabit in verbis illis, quorum inicīū eſt. Et in febribus paruis, Commune autem in omnibus qui lacte indigent, ꝙ cibus bonum generās ſuccum & qui cito per venas diſtribuatur illis eſt neceſſarius, neq; mirandum eſt ſi lac dicimus bonum ſuccum generare, cum quid habeat flatuoſum. Nam in vniuerſum bonum ſuccum generare, dicimus, quæcunq; poſt coctionem ad bonū humorem trāſmutantur, hoc eſt ad ſanguineum, hic enim humor eſt nobis amicus cur aūt cum dixiſſet. Conuenit autem tabidis, adiecit, non valde multum febricitantibus mihi videtur dignum inueſtigatione non parua, nam ſufficiebat etiam, ſine valde, dicere. Nunquid igiť & multum febricitantibus lac exhibet vel ſolis his qui valde multū febricitant haud quaquam exhibens, an ab aliquo adiectum fuit verbum, valde, ſicuti & pleraq; alia. Hęc itaq; quiſpiam per ocium inquirat. Sciat autem iam a nobis addiſcēs lac multū febricitantibus dandum non eſſe. Miror aūt quomodo, in illis in qbus lac dari iubet adſcripſit, nullo eoꝶ quę prius dicta pręſente, quod fuit a breuitate aphoriſtica alienum, id enim erat ex his quæ prius dixerat cognitum etiam hoc non adiecto, ꝙ dandum eſt tabidis, & præter rationem extenuatis lac, niſi caput doleat, aut ilium intumuerit, aut bilioſæ ſint deiectiones, aut tale aliqd aliud ipſis adſit. Vel non ſimpliciter, neq; ſemper ſeruare breuitatem videtur Hippocrates, ſed in quibus magnum aliquod periculum iminet ſi negligentius qđ ab ipſo docetur, audiatur, in his bis, terue repetere eadē non veretur.

.lxv.

Omnes præter naturam tumores Hippocrates οἰδήματα, ideſt inflationes nominat, ſub quibus videlicet etiam tumentes inflammationes continentur, & hoc ipſum nomen inflammationis antiqui omnes magis inflãmationibus q̃ ſine vllo ſunt tumore adaptabant. Quod igit̃ dr̃, tale eſt, quibus tumores vlceribus adueniunt, non admodum conuelluntur, neque inſaniũt, Hoc autem indicio eſt, ꝙ nonnulli quidem in ipſis conuelluntur, & inſaniunt, ſed raro hoc patiuntur, quando videlicet magnitudinem effatu dignã, vel maligitatem aſſumpſerint.

.lxv.

Qvibus tumores in vlceribus apparent non conuelluntur maxime, neq; inſaniunt. Verum his euaneſcentibus, de repente quibuſdam a tergo conuulſiones, & diſtentiões fiunt. Quibuſdam ante inſania: vel dolor lateris acutus, vel ſuppuratio, vel difficultas inteſtinorum, ſi tumores ſunt rubicundi.

.lxvi.

SI in vulneribus fortibus, & prauis tumor non appareat, ingens malum.

Si vero tumores de repente euaneſcant, conuulſiones, ac diſtentiones, quãdo in partibus retro hoc eſt in dorſo vlcera fuerint. Quæ vero deinceps dicuntur, ſi in partibus anterioribus fuerit, conſequi dicit. Poſteriora ſiquidem neruoſa ſunt: anteriora venoſa, atque arterioſa. Quando igitur ab vlceratis partibus humor q fecit tumorem ad aliquã partem principalem ſe contulit, in partibus quidem retro neruoſis, conuulſiones fient, ac diſtentiões. Nam hę ſunt neruorum paſſiones. In anterioribus vero inſania, ſi feratur ad caput. Lateris aũt dolor ſi ad thoracem humor conuertatur. Sæpius vero & hi ſuppurantur, ſi humor non diſſoluatur. Difficultatem vero inteſtinorum fore inquit, ſi tumoribus rubentibus conuerſio repente fiat, illam quidem inteſtinorum difficultatem quã ſanguineam nominant, quæ eſt ſanguinis euacuatio per inteſtinum abſq; exulceratione. Quod igitur ſi vel indorſo, vel in partibus anterioribus illi oppoſitis contigerit aliquando tumores de repente euaneſcere, in tales ægri incidunt paſſiones, nos vidimus. Non tamen ipſe nobis Hippocrates manifeſtauit, ſi de his partibus ſolis loquatur, aut ſimpliciter de omnibus, ita ꝙ etiam membra extrema hoc ſermone cõpræhendantur. In tibiis itaq;, neq; ſunt in partibus anterioribus muſculi, in chordas validas deſinentes. In coxa vero in partibus genu anterioribus magnam videmus chordam, in qua per compatiendi rationem, rationabile magis fieri conuulſionem q̃ in aliquo muſculorum, qui ſunt in partibus coxæ poſterioribus. Sunt enim omnes carnoſæ. Quare non verum videretur id q̃d vniuerſaliter dicitur, ꝙ ex partibus tantum poſterioribus accidunt conuulſiones. Videtur quidem magna ex parte id fieri, nõ in cruribus ſolis, ſed etiam in manibus, forte quoniam hæ partes oẽs e directo ſunt dorſalis medullę. Naſcuntur autem ab hac, & membrorum extremorum nerui, & dorſalium muſculorum.

.lxvi.

Poteſt quidem & vltimo verbo aphoriſmi malum adiungi ingens. Poteſt aũt & priori parti aphoriſmi. Fiet enim ſermo talis vulneribus prauis exiſtentibus, ſi tumor non appareat, ingens eſt malum, vel talis vulneribus prauis exiſtentibus ſi tumor ingens non appareat malum. Contingit autem, & verbum ingens communiter dici, ac ſi ita dixiſſet. Si vulneribus prauis exiſtentibus tumor ingens non appareat, ingens eſt malum. Melior vero ex tribus ſermonibus meo iu-

dicio e ſt



dicio eſt talis. Si vulneribus prauis exiſtentibus tumor non appareat, malum eſt ingens. Dictum autem & antea eſt, ꝙ tumor generaliter dicitur de omnibus tumoribus præter naturam. Vulnera autem praua dici exiſtimandũ eſt quæ ſunt in capitibus aut finibus muſculorum, & maxime neruoſorum. Nam in capitibus muſculorum, muſculis nerui adnaſcuntur, ex finibus autem quæ græci dicũtur tenondes latine tendones ſeu chordæ oriuntur, Sicuti igitur paulo prius damnabat omnes tumores de repente euaneſcentes, ita nunc illos qui neque omnino adueniũt vulneribus prauis. Nam & in his ſuſpicandũ ne humores ad vulnera defluentes, ad partes principaliores tranſmutentur. Et hoc in illis præſertim fieri vulneribus eſt exiſtimandũ in quibus adeſt quidem dolor, & propter ipſum omnino aliquid i[n]fluit. A medicis autem reprimitur cũ valde infrigidantibus aut adſtringentibus medicamentis, ſicuti ſi dolor abſit, neq; fluctio mouetur. Maxime autem dolores patiunť partes neruoſæ quæ medicinas calefacientes, atq; exiccantes deſiderant.

.lxvii.

Molles boni, crudi vero mali. lxviii.

Dolenti ꝑtem capitis poſteriorẽ ĩ frõte recta vena inciſa ꝓdeſt. .lxix.

RIgores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis magis, & per dorſum ad caput, ſed & viris parte corporis poſteriore magis q̃ anteriore veluti fœmorum, cubiti. Sed & cutis rara, indicio autem eſt pilus.

.lxvii.

HIc ſermo pars eſt antecedentis docẽte Hippocrate omnes tumores quicũq; molles ſunt optimos eſſe contrarios vero prauos. Proprie igiť molli opponitur durum, atq; renitens, Hippocrates vero crudum ipm̃ nominauit. Neq; enim fieri poteſt, ut ſit tumor renitens bene concoquente membri natura humores ad ipſum confluentes.

.lxviii.

NOn ſolum ſtudet Hippocrates vbi ſit opus euacuare, ſed cum auerſione. Auerſio autem ad contraria fit. Secundum longituditudinem quidem ſupra, infraq;. Secundum latitudinem vero hinc, & inde, hoc eſt a dextris, & a ſiniſtris. Secundum profundum vero ante, & retro. In doloribus itaq; partis capitis poſterioris, nunc cum auerſione euacuatio ex fronte fiet. Sicuti & in anterioribus ea quæ ſecundum occiput. Sic itaque diuturnæ oculorum fluctiones ſæpius ſanatæ ſunt, ex partibus ſecundum occiput ſanguine miſſo, vna cum cucurbitulæ vſu.

lxix.

RIgores omnes incipiunt quidem cum ſenſibili frigore. Paratiores autem non ſolum ad ſuſcipiendam, ſed etiam ſentiendam frigiditatem ſunt dorſi partes. Quare non abſq; ratione, hinc rigores inchoant, & hi citius ſiunt mulieribus, quoniam fœmina eſt natura frigidior, atq; imbecillior. Recurrit autem hinc rigor incipiens, ad principium neruorum, ſcilicet caput, celerrima facta per ſpinalem medullam compaſſione: quoniam & ipſa natura frigida eſt, ſicuti & cerebrum, & propter ſubſtantiæ mollitiem, ſimiliter facile alterationem ſuſcipiens. Ex partibus autem anterioribus rigores non inchoant: quoniam calidiorem habent: quã partes poſteriores temperaturam, & huius argumentũ ſumit ex cutis raritate, huius vero ipſius rurſus ex pilorũ multitudine. Dictũ ãt a me eſt de generatione pilorũ ſufficienter in cõmentariis de temperaturis. .lxx.

QVæ quidem fit ex euacuatione conuulſio accutiſſima eſt, & perniciofiſſima, quæ vero ex repletione partium neruoſarum qualis in morbo comitiali, neq; acutiſſima, neq; ſimiliter periculoſa. Meminit autem Hippocrates nunc non de tali conuulſione, nam verba capti, & capiuntur longitudinem temporis oſtendūt. Hanc itaq; conuulſionem quartana non ſolum prohibet fieri, verum ſi fieri anticipauerit ſoluit. Fit autem ab humoribus lentis, ac pituitoſis q partibus neruoſis inſerti ſunt. Cum vero horum humorū duplex ſanatio ſit, excretio ſcilicet, & coctio, ambas habet quartana, excretionem quidē ex rigore, hæc enim ſola agitatio ſufficiens eſt craſſum excernere humorem, coctionem vero caloris febrilis ratione qui rigorem conſequitur. .lxxi.

.lxx.

A Quartanis capti non admodum a conuulſionibus capiuntur. Si vero prius capiantur, & quartana ſuperuenerit liberantur. .lxxi.

QVibus cutes circuntenduntur aridæ & ſiccæ, ſine ſudore moriuntur, quibus vero laxæ, & raræ cum ſudore moriuntur. .lxxii.

QVi regio morbo laborant, non multum ventoſi ſunt.

MOrituri: qui quidē aridas duras, & ſiccas habent cutes, & extentas, ſine ſudore moriuntur, quando vero contraria, laxas videlicet & molles & raras cum ſudore moriuntur, prioribus ſiquidem, vel humiditas omnino deeſt, vel cuti, aliis vero ineſt & cuti. .lxxii.

VEntoſos ab ipſo nunc dici eſt exiſtimandum illos q in ventre colligunt multitudinem venti flatuoſi, qui vel per ructus, vel flatus excernitur, vel remanet, & extēdit quæ inibi ſunt. Fit autem hoc, nonnunq̄ ꝗdem ob debilitatē, & partium ad ventrem attinentium imbecillitatem. Nonnunq̄ vero ex pituitoſo, & frigido humore. Hi itaq; qui propter pituitoſum humorem ventoſi ſunt contrarii ſunt regio morbo laborantibus, qui ex bile accidit. Quare hi nunq̄ ob humoris exuperantis naturam ventoſi fierent. Contingit autem ipſos, ob partium imbecillitatem fieri aliquando ventoſos. Quare ſermoni adiecit: non admodum, continuum ꝗdem negationi adimens. Oſtendēs autem maiori ex parte quod prius dixerat fieri. Neq; enim admodum inuenire contingit regio morbo laborantes habere partium ad ventrem attinentium imbecillitatem. .i.

Leuitas



LEVITAS INTESTINORVM eſt velox exitus eorum quæ cōmeduntur atq; bibuntur, quę talia deiciuntur, qualia fuere deuorata. Siq; vero vellet breuiorē afferre diffinitionē, diceret eſſe carentiā coctiōis, cū neq; ſecundū ꝯſiſtentiā, neq; ſecundū colorē, vel odorē, vel vllam oīno qualitatē, in vētriculo facta fuerit mutatio ciborum. Tale autem nomen hæc paſſio ſortita eſt exiſtimantibus illis: qui prius talem ei indiderunt appellationē, fieri

## GALENI IN SEXTVM APHOriſmorum Hippo. Nicolao Leoniceno Vicētino interpte

.i.

IN LONGIS LEVITATIbus inteſtinorum, ſi ructus acidus fiat qui prius non erat, ſignum bonum.

ipſam propter intrinſicæ ſuperficiei inteſtinorum leuitatem, ob quam cibos qui continentur in eis non amplius appræhendunt vt cum ſuam ſeruarent ſibi a natura inditam aſperitatem retinebant. In pluribus itaq; aliis qui primi nomina rebus impoſuere collaudandi, non tamen in leuitate inteſtinorum viros accepto qui ignorauerint ꝙ ipſius vētriculi proprium eſt cibos amplecti, ac ſe circūſtringendo: certo tempore retinere, & rurſus ad inferiora demittere. Et ſicuti in veſica fit vrinæ ſtillicidium, non expectāte vt illa colligatur, ſed ſtatim tanq̄ mordentē, aut aggrauantē, expellente, ſic & in ventriculo veloces exitus. Hę enim ſunt omnium excretionū communes cauſę quas ſi illi ſciuiſſent, qui primi hāc paſſionem leuitatem inteſtinorū nominarunt, talem de ea opinionem abieciſſent, & vice eius, totius ventriculi, atq; inteſtinorum imbecillitatem in cauſa poſuiſſent, ob quam hæ partes corporis grauatæ a cibis aſſumptis, ipſos confeſtim excernūt. Fieri autem poteſt aliquādo, vt a quorundam humorum mordacitate in ſuperficie exulceratis, fiat hæc paſſio, & ſi vis ipſa non multum patiatur, tūc enim erit neceſſariū, vt ꝑmeantibus cibis, partes exulceratæ dolorē ſentiant, atq; ideo illos ꝓpellant, atq; a ſeipſis citiſſime emittant: quo in oībus partibus facto velocitas exitus ſubſequetur, & nullum fiet inicium coctionis. Verum tali inteſtinoꝝ leuitati cuiuſdā morſus inerit ſenſus. In illa vero quæ accidit propter ventriculi, atq; inteſtinorum imbecillitatem, abſq; vllo doloris ſenſu fiunt deiectiones. Adeſt autem & hæc haud parua vtriq; differentia. Quæ enim abraſa, fit humorum acritudine vētriculi: atq; inteſtinoꝝ ſuperficie: ceſſante humorum malignitate ſtatim ſanatur: cibis, ac potibus quæ vim denſandi habent. Quod ſi longiori tempore perſeueret, in alterā paſſionem quæ Dyſenteria, ideſt difficultas inteſtinorū nominat̄ transmutat̄. Quæ autem potentiæ retentiuæ ſequitur imbecillitatem, omnino quidem fit ex intemperatura. Sed vel ipſorū corporū quæ iam habitum quendam non facilem ſolui contraxerunt, eſt diſpoſitio, vel propter humorē aliquem qui in ventriculo, atq; inteſtinis continetur euenit, ex quibus humoribus vnus eſt pituita. Vnde & acidos ructus qui tali paſſione laborant, habent, quos græci οξυρεγμιας nomināt, q ſine aliqua pituita quādoq; in ventriculo frigidiore fiunt, & in qbuſdam leuitatibus inteſtinorum, quæ ex frigiditate ortum habent, vna fiunt, ſed progreſſu tp̄is ceſſant. Nam ab inicio paruo quodam tempore cibi in ventriculo retinentur, ꝓcedente autem, atq; aucta paſſione, neq; hoc tempore retinent̄. In quibus igitur paruo remanent tempore, fit quoddam veluti inicium coctionis, & propter hoc nō ſortitur eſ-

ſectum. Nos vero didicimus imperfectas coctiones ex frigiditate prouenientes ructus acidos facere. In quibus autem cibi nullum habent coctionis inicium, neq; vlla ab inicio fit ſecundum qualitatẽ mutatio, adeo ꝙ neq; ructus acidi, niſi pituita, præſertim acida in ventriculo abundet: propterea Hippocrates non ſimpliciter dixit bonum eſſe ſignũ acidos ructus in leuitatibus inteſtinorum, ſed primum qdẽ in longis adiecit quaſi cum incipientibus, vt dictum eſt ſæpius vna eueniant, ac ſi ubi prius nõ fuerint, inquiat. Quæcũq; enim a pituita uẽtriculũ refrigerante fiũt leuitates inteſtinoꝝ: ſemper cum ipſis ſunt acidi ructus, vt caſus quidam. Illis igiť in qbꝰ neq; incipiũt cõcoq; cibi, neq; ex pituita fiũt, nõ iſunt acidi ructus ꝙ ſi aliqñ fiant, ſignificant tantũ aliquando tempus cibum in ventriculo retineri, ꝙ principium mutationis accipiunt, & naturam ſuorum operum reminiſci. Et iam, vt arbitror ſatis impleſſe videor expoſitoris officium. Siquis vero eorum quæ dicta ſunt vult capita omnia ſcientia cõprehendere: in tractatu qui de potentiis naturalibus inſcriptus eſt, nõ paucas habet de ventriculi viribus demoſtrationes, in cauſis aũt accidentiũ, de omnibus quę velociter excernuntur. Quoniam vero Eraſiſtratus in ſecundo de ventriculo mentitus eſt de medicis ſe ætate ſuperioribus. turbauit autem, atq; confudit inteſtinorum leuitatis notionem. Melius mihi viſum eſt hæc ſuperaddere, & primum ipſius Eraſiſtrati verba ſubſcribere, quæ ita ſe habent. De ea quæ leuitas inteſtinorum nominatur dicendum, quã priores medici in tres partes diuiſerunt, in difficultatem inteſtinorum, in leuitatem inteſtinorum, & tentionem, & quidam in his quæ excernuntur differentias conſiderantes paſſionis, atq; dicentes. Quando.n. ſanguinolẽta, atq; muccoſa exeunt, quę a vẽtriculo fuere cõcocta, tunc difficultatem inteſtinorum nominabant. Si vero exeũtia cruda, mixta autem ſanguinolentis, atq; muccoſis, leuitatem inteſtinorum vocabãt, cum vero bilioſa mixta cum ſanguinolẽtis, atq; muccoſis excernuntur, tentionem paſſionẽ appellabant. Hæc igiť. Eraſiſtratus inquit, neſcio qua ductus opinione adiiciens crudis excrementis muccoſa, ac ſanguinolenta. Hoc enim nullus appoſuit, neq; eorũ qui eius ætate claruerunt medicoꝝ, veluti Philotimus, Erophilus. Eudemus, neq; eorum qui poſteriores fuerunt Archigenis ſectatores, neq; quos ipſe citat, medici ſuperiores, hoc eſt ipſo Eraſiſtrato ſeniores, Diocles ſiquidẽ in libro de curatione cauſæ paſſionis, ſcribit in hũc modũ. Tertia fit magna ex parte ex difficultate inteſtinoꝝ. Vocať aũt leuitas inteſtinoꝝ ad quẽ ſeqtur deiectio humida, ac ſpumoſa & cruda, & multa, & cita poſt cibum aſſumptũ, ac potum. Praxagoras autem in ſecundo de aſſidentibus, inquit. Inteſtinorũ leuitate laborantibus, qm̃ lubricũ eſt inteſtinum, ieiunium præſertim, neceſſe eſt cito ciborum fieri deiectiones. Poſt hæc deinceps, ꝙ neceſſarium ſit cito exeuntia eſſe omnino cruda Praxagoras ſcribit, maximam quidem paſſionis proprietatem in cita ponens deiectione. Quod vero cibi omnino incocti pmaneant, hoc vnũ faciens ex his quæ neceſſario conſequunť. Neq; enim quia omnino incocti permanent cibi, ideo cito deiciuntur, ſed quia cito deiciuntur idcirco nullam habent coctionem, atq; ideo nos, & alii medici plurimi citam ciborum nullam habentium coctionem deiectionem, dicimus eſſe leuitatem inteſtinorum. Sic & de ipſa videntur ſentire, & alii medici antiqui. Nam & in libro de paſſionibus Hippo. ſiue eius ſit liber, ſiue Polybi eius diſcipuli, hæc de leuitate inteſtinorum ſcripta inueniunť. Cibi deiciunť imputridi, humidi, abſq; dolore, corpus at extenuať. Liquet vero fuiſſe morẽ antiquũ iſtoꝝ viroꝝ vocare imputrida; q̃ nos icocta nominamus. In libro ãt de victu ſalubri, q ẽt & ipſe Hippo. adſcribit,



tur licet, q adulterinũ cẽſent, nõnulli ad Ariſtonem, nõnulli ad Philiſtionẽ, qdam ad Pherecidem referãt ſcribunť hęc verba. Patiunť nõnulli talia, cibus eis deicitur humidus incoctus, non pp morbũ veluti leuitatẽ inteſtinorũ, neq; aliquem ipſis affert dolorem. Hi qdem viri oẽs Eraſiſtrato ſeniores. Mille autẽ alii quos dixi omnes q Eraſiſtrati ætate viguerunt in eandẽ ſñiam de inteſtinoꝝ leuitate ſcripſerũt. Quare neſcio qua cã ductus Eraſiſtratus de priſcis hoibus mentiať, illos inquiens arbitrari ĩ leuitatibus inteſtinorũ ſanguinolenta, atq; muccoſa cibis incoctis cõmiſceri. .ii.

.ii.

QVibus nares natura humidiores, & genitura humidior, minꝰ ĩtegra ſanitate fruunť. Quibus vero contraria, ſalubrius degunt. .iii.

IN longis difficultatibus inteſtinorũ, inediæ ex faſtidio malum, & cum febre peius. .iiii.

Vulnera circũglabra praua ſunt.

IN ſiccioribus ſecũdum naturam tempaturis, nulla oĩno ſupfluitas manifeſta, neque ſenſibilis p nares effluit ex cerebro, ſicuti neq; p cutẽ ſudor, ſed illa q̃ a medicis difflatio occulta noiatur, ſupflua extenuata per modum vaporis euacuat, humidioribus vero naturis ſenſibiles fiũt ſupfluitates, pſertim, cerebri, qm̃ eſt natura frigidius. His vero & eiſdẽ genituram hoc eſt ſemen ĩpm, ait eſſe humidiorẽ ſicuti in ſiccioribus aquoſa humiditate conſumpta, craſſius, ac ſiccius eſt ſemen. Eos igitur q ſunt humidiores, ſiue cerebrũ tm̃ ſiue corpus vniuerſum, nõ ꝯtingit ſalubrẽ vitã oĩs expertem noxæ traducere, verũ continuo deſtillationibus ex parua occaſione capiunť, & ſi ſupfluitas eis ad inferiora per palatũ deſcendat ptes ſubiectæ offendunť, fauces, guttur, aſpera arteria, pulmo, gula, ventriculus. Tuſſes itaq; in ipſis fieri, & difficiles anhellitus & anginas, cruditateſq;, & ventris ꝓfluuia ẽ neceſſariũ, nõnũq̃ vero, & difficultates inteſtinoꝝ quando qᵈ deſtillat ſalſum quodãmodo fuerit. Dixit autẽ & ipſe de his, in libro de aquis, de aeree, & de locis, ſicuti in libris, & de morbis, ac paſſionibus. .iii.

DIfficultates inteſtinoꝝ fiunt qdẽ ex humoribus acribus. Sunt aũt inteſtinoꝝ exulcerationes primũ qdẽ ſũma pte abraſoꝝ ꝓgreſſu aũt tpis, & profundiora habentiũ & vlcera putrilagini vt plurimũ, obnoxia, quo maxime tpe ẽt ventriculis ipſis compatiens ad cõcoquendum offenditur, qua offenſione magis, ac magis ad ſupiora pueniente: qm̃ & hos ventriculi vna afficitur, ſunt cibum faſtidientes, hoc eſt inappetentes. Sunt quidem & ab initio nonnũq̃ cibum faſtidientes propter malos humores fluentes ab hepate qbus diximus abradi inteſtina, præſertim cũ hi amare bilis naturam habuerit. Nam pars eoꝝ ſupfluitas ad os ventriculi effertur. In longis vero difficultatibus inteſtinoꝝ, cũ hic caſus euenerit mortẽ quãdam ipſi adueniſſe ventriculo compatiendi ratione ſignificat, in qua omnino interiit appetentia, opus ad vitam neceſſariũ. Si vero vna cum inappetentia febris adueniat difficultati inteſtinoꝝ, duorũ alterũ, vel putredo aliqua eſt circa vlcera, vel digna effatu inflammatio: atq; ita, vt dictum eſt, toto patiente ventriculo ægri ſe habent exitialiter. .iiii.

QVando ſcilicet videris pilos defluẽtes a circũiacentibus vlceri locis, vel cutẽ ſquamulas e ſumma parte dimittere, ſcito his qui ita ſe habent prauos humores ad partẽ confluere, qui vlcus erodunt. Neq;.n. radices quidem pilorum poſſunt corrũpere, loca aũt vlcerata permittere ad cicatricem peruenire. .v.

Perdiſcere oportet non modo locum dolentem qualis nam ſit, ſed & magnitudinem doloris in eo quanta ſit. Hoc autem confert & ad loci patientis dignotionem, & ad præcognitionem eorum quæ circa ægrum futura ſunt, & præterea ad curationis inuentionem. Si vero in lateribus magnus fuerit dolor, primū hic eſſe non poteſt quin membrana quæ ſubcingens nominatur, patiatur. Secūdo autem neque abſq; periculo eſt. Deinde & maiore indiget curatione. Si quidem ad

.v.

Dolores qui ſunt ī lateribus, & pectoribus, atq; aliis ptibus, ſi multum differant perdiſcendum.

clauiculam dolor pertingat, venæ ſectione, ſi vero ad ilia, purgatione, quemadmodum ipſe in libro de victu acutorū edocuit. Siquidē mediocris fuerit dolor, & præterea nō pungat, vt qui in membrana ſubcingente eſt, neq; ad clauiculam pertingat, aut ilia, contingit, ipſum carnoſis coſtarū partibus patientibus fieri, atq; ideo neq; eſſe piculoſum, neq; magno auxilio indigere. Sic & in ſingulis aliis partibus doloris magnitudo eſt conſideranda, veluti ſi renum pars carnoſa patiaē inflammationem, dolor eſt grauis quēadmodum ipſe inquit in Epidemiis, ita illū nominans, qui veluti cuiuſdam ponderis loco incūbentis inueit ſenſum. Aliis vero partibus quę ſunt in rene patiētibus dolor ſentitur acutus. Dico aūt alias partes quæ ſunt in tunica hunc obtegente & ventrem eius interiorem, & eas quæ ad hunc terminantur arterias, ac venas, ac pręterea ortus vaſorum vrinariorum. Sic præterea ſe habet res etiam in hepate. Nam eius parte carnoſa inflammationem patiente, grauis fit dolor. Tunica vero circūducta, vel vaſis, acutus, & ipſius doloris acuti quātitas maior, aut minor cauſæ facientis affert indicium, humor ſiquidem billioſus, & acutus dolorem auget, ſic & ſpiritus flatuoſus non habens exitū, exoluit autem pituitoſus. Non ſolum autem doloris magnitudo qualitatis aliquod dat nobis indicium, ſed etiam quantitatis. Augetur enim cuiuſlibet cauſæ efficientis opus, eius aucta ſubſtātia, ſi itaq; vniuſcuiuſq; doloris volens a nobis magnitudinem conſiderari, hunc aphoriſmum ſcripſit Hippocrates, ſufficiēter ipſius vſum expoſuimus. Si vero non ſolum ſecundū magnitudinem dolorum differentiam dicit fore conſiderandam. Sed generalius quoddam, ac veluti vniuerſalius oſtendit, conſulens nobis omnes effatu dignas dolorum differentias inſpicere, maiorem adhuc ex eo fructū vtilitatis percipiemus. Fiet enim huiuſcemodi ſermo. Non ſimpliciter partium dolorem conſiderare oportet, neque arbitrandum eandem eſſe in omnibus diſpoſitionem. Veluti ſi prius quidem Dion, poſtea vero Theon coſtam doluerit: non eodem modo vtrūq; ſe habere exiſtimandum, ſed diſcere oportet nunquid, maxime inuicem in dolore differāt, an quodāmodo ſimiles exiſtant. Fit autem hoc ex duobus perſpicuum, & ex doloris ſpecie, & ex vehementia. Ex ſpecie qdem, ſi pungenti ſimilis, vel tendenti, vel torporē inducenti, vel grauanti, vel ſtimulanti, vel ferienti, vel continuus, vel cum intermiſſione, vel æqualis, vel inæqualis. Secundū aūt vehementiam quis ſit maior, aut minor aduertendū quæ paulo antea ſecundū magnitudinem differentia in doloribus dicebatur. Conſueuere ſiquidem medici, verbo abutentes omne vehementius maius nominare, ſiue ſit ſecundū qualitatem, ſiue ſecundū quātitatem. Quare neq; ceſſant febrem magnam, vel paruam, vel mediocrem, omnes nominare, quę ſuā habet in caliditate ſubſtantiā. Quare nihil mirandū, ſi & dolorem vehementiorem maiorem appellant. Adhuc autem & minus dignum admiratione, ſi quæcunque

inuicem



inuicem diſtant ſpeciebus aiunt magnum habere diſcrimen, veluti dolorem q ponderis cuiuſdam ſimilitudem gerit, ab eo in quo videtur feriri, vel aliquod aliud pati ex his quæ antea diximus.

.vi.

In ſenibus vix inquit ſanantur, hoc eſt multo negocio, ac tempore longo quę in renibus, ac veſica ſunt vitia quoniā earum opus indeſinens eſt. Quiete autem opus eſt ſi quid ſanari debeat, & quia ſuperfluitas acris apta irritare, ſiue vlcus ſiue inflammatio, ſiue aliqua alia paſſio in ipſis conſtiterit. Multo autem difficilius ſanātur in ſenibus veſicæ paſſiones, quoniā & omnes alii morbi pręcipue lōgi. Tales autem & ipſæ ſupius dixit cōmori omnes.

.vii.

Sublimes nūc audiēdi ſunt, non ſecundū longitudinē corporis, ſed profunditatem. Interſtinguuntur autem hi in locis ad ventrem attinentibus mēbrana interiore abdominis, adeo ꝙ quicunque ſupra hanc fiunt ſublimes vocantur, qui vero infra, hoc eſt in ipſis inteſtinis: atq; vētriculo, & in profundo: non ſublimes dicunē. Liquet aūt ꝙ tales dixit eſſe fortiores.

.viii.

.vi.

Renum & veſicę vitia ī ſenioribus difficulter ſanantur. .vii.

Dolores vētris ſublimes, leuiores. q vero nō ſublimes, fortiores. viii.

Aqua intercute laborantibus ulcera in corpore facta difficulter ſanantur. .ix.

Latę puſtulę nō admodū pruriūt. .x.

Caput dolenti, & circū dolenti, pus ul aqua, uel ſanguis effluēs p nares aut os, aut aures morbū ſoluit. xi.

Atra bile vexatis, & renum paſſionibus, hæmorrhoides ſuperuenientes bonum.

Docuit ipſe in libro de vlceribus, non prius ad cicatricem perduci vlcera: q ſufficienter exiccentur, hoc autem non facile fieri in his quos aqua intercus male habet, ob humiditatis immoderantiam.

.ix.

Sicuti tubercula omnia duplicem habent differentiam, quoniam quædam tendunt in acumen, & altum petunt: quædam ad maiorem extenduntur locum, non tamen in altum attolluntur. Sic & puſtulæ, nonnullæ ſublimes, nonnullæ latę fiunt. Sublimiores autem puſtulæ atq; tubercula a calidiore humore generantur, humiliores autem a frigidiore. Quare ob duplicem cauſam latæ puſtulæ non admodum pruriūt. Difflantur enim in latitudinem extente, & facientem ipſas humorem minus acrem habent.

.x.

Plura & alia ſic oſtenſus eſt Hippocrates dicere in quibus niſi qs animum aduerterit videbiē qd ab ipſo dicitur, ſolum ad curationem paſſionis proficere aliud vero nihil. Verum ipſe non hoc tantū dicit, ſed ſimpliciter ꝙ pus, vel aqua effluens p nares, vel aures morbū ſoluit. Et ſi vtiq; conuertens dixiſſet, quēadmodū ego nūc, ſermo foret irrepræhenſibilis. Quādo. ſ. vel propter inflammationem, vel humorū crudoꝝ multitudinem in capite aceruatorū fieri dolorem contigerit, tunc inflammatione ſuppurata, aut humore exereto, ſolutio doloris fit morbi. Si vero propter ſpiritum flatuoſum, aut ſanguinis multitudinē, aut bilem mordacem, aut oino ex intēperatura dolor acciderit, per alia ſanabiē.

.xi.

Non ſolum ratione, euacuationis hæmorrhoides ſanant huiuſcemodi paſſiones, ſed & ipſa qualitate humoris euacuati. Hæ et enim ſanguinem craſſum

cōſueuerunt euacuare,humore plenū melancholico, talem habente in ſanguine cōſiſtentiā qualis eſt in vinis fex. Quare nihil miræ ſi atrę bili,& renū paſſionibus cōferunt hęmorroides ut quę humorē fecit ſimilē euacuare natura apte ſunt. .xii.

HAemorrhoidas fieri impoſſibile abſq; hoc,q; ꝑpter multitudinē & craſſitudinem ſanguinis ora quarūdam venarū aperiantur hepate ad ipſas reponente fęculentum ſanguinem & melācholicum. Si quis igitur ei hoc intercludat iter,vna & duriciē in hepate faciet & ſimīl multitudine grauans,ac craſſitudine calorem in ipſo natiuum extinguet, cum tale quid accidat,quale in flāmis exterioribus, in quibus multa ligna ſuperingeſta ſuffocant ignem,atq; extinguunt. Si igit̄ a natiuo calore generat̄ ſanguis,clarū q; ipſo extincto non generabit̄ amplius. Aqua vero intercus fit cū ſanguinis generatio fruſtrat̄. Si vero aliquando poſſit hepar propellere multitudinem ad venas pulmonis, hic vaſe aliquo rupto tabidi fiunt. Non fruſtra igitur cōſulit vnam ſaltem ſeruare hæmorrhiden,ut per hanc euacuetur feculēta,ac vitioſa materia hepatis præſertim in qbus ſolita eſt tempore longo per tales venas excerni. .xiii.

.xii.

A Diuturnis ſanato hęmorrhoidib⁹, ſi vna nō ſeruat̄, periculū eſt aquā intercutē,vel tabē aduenire. .xiii.

A Singultu habitū ſternutatio ſuperueniens liberat. .xiiii.

A B a qua intercute habito,ſi aqua ꝑ uenas in ventrem deſluxerit ſoluitur morbus. .xv.

A Longo alui profluuio habito, ſpōtaneus vomitus ſuperueniēs morbum ſoluit. .xvi.

A Morbo laterali vel pulmonia habito,alui profluuium adueniēs, malum.

AVtor eſt ipſe,ſicuti cōuulſionē,ita & ſingultū,vel ex inanitione,vel penitudine fieri. Quādo igit̄ a plenitudine fit,magna aūt ex parte ita fit, violento opus eſt motu,vt veluti cōcuſſe ipſum efficiētes humiditates diffentur,atq; euacuent̄. Hoc aūt facit ſternutatio. Eos vero q ex inanitione fiunt, qui ſunt rariores non ſanat ſternutatio. Q đ vero ex plenitudine ſingultus iugiter fiat,indicāt pueri crebro ſingultientes,cum ſunt repleti: algores āt & frigiditas omnis qui omnia neruoſa corpora efficiunt ad difflandum difficilia ſunt cauſa vt hęc repleantur,atq; ideo in ipſis ſingultiunt. .xiiii.

ET hoc exemplum eſt earū quę ſponte fiunt & vtiliter euacuationū. Spontaneum aūt dicimus non quod ſine cauſa fit,ſed quod ſine cauſa ex nobis fit, quando enim data a nobis medicina aquam trahente talis fiat euacuatio,nō etiam & hanc ſpontaneam nominamus. .xv.

ET hoc pariter exemplum eſt eorum quæ recte fiunt a natura, quæ medicum imitari oportet. Vtilitas vero ratione retractionis. .xvi.

CVm partes aliquæ patiunt̄,nō ſimpliceter aliæ compati ſunt natura aptę ſed cum forti paſſione detinent̄. Secundū hoc igitur,& hepate fortiter patiente,ſingultus ſuperuenit compatiente ſtomacho. Tuſſis autem,& difficilis anhellitus,compatientibus his quæ reſpirationi obſeruiunt inſtrumētis. Sic & his ipſis peſſime affectis hepar compatitur, & hoc ipſum manifeſte oſtendit Hippocrates



pocrates:cū non ſimpliciter dixerit. In morbo laterali: vel pulmonia aluū turbatam eſſe:malū ſignum:ſed adiecerit:habito:ac ſi dixiſſet detento:atq; vexato homini a talibus paſſionibus profluuium alui ſuperueniēs malum eſſe ſignum quoniā ita ſe habētibus id ſolet aduenire nō potēte hepate ad ſe trahere alimentū:neq; cōuertere in ſanguinem:& quādoq; ventriculo idē alimentū corrumpente. In mediocri aūt morbo laterali:atq; pulmonia:profluuium alui ſuperueniens poteſt prodeſſe ratiōe euacuationis:& magis cū ſigna coctionis apparuerint in eſſe paſſionibus: neq; ad eſt timor: ſed morbus eſt citra periculū. Cōiter aūt: & ī his & in omnibus aliis quęcunq; eodē modo dicuntur illud meminiſſe oportet q; nullus alius extēporaneus:& manifeſtus caſus ſuperuenerit,veluti & nunc alui profluuiū, nō ex cibo,aut potu aliquo ſed morbi ratione contingat. Nam ſi alia ex cauſa,& non vi morbi fiat,non pōt eius morem ſignificare,ſiqdem oportet ſecundū aliqđ ſignū ei quod ab ipſo oſtendit̄,cōcepti. .xvii.

.xvii.

LIppiētē alui ꝓfluuio corripi bonū. .xviii

VEſica diſſciſſa,aut cerebro,aut corde,aut ſepto tranſuerſo aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut ventriculo,aut iecore,lętale eſt.

NOn veluti ſignum hoc oculorum lippientium bonum dictum ab eo eſt,ſed tanq̄ cauſa,quia humoꝝ abundantia ſimul euacuat̄ atq; ad inferiora retrahitur. Eſt aūt & hoc apud ipſum exemplū vnum eorū quę ſponte,& vtiliter euacuant̄,quę medicum imitari oportet,videlicet & ita oēs faciunt in lippitudinibus,aluū & clyſteribus,& purgationibus ſubducentes. .xviii.

HOc verbū lętale ſępius dixit in aliis, & in hoc a ipſo libro de his qui ex neceſſitate ſunt morituri. Sæpius aūt & in his qui magna ex parte. Quare neq; nunc eſt manifeſtū ſi omnino ſecuturā mortem diſſciſſis his partibus velit oſtendere,vel in quibuſdam raro hominem ſeruari contingat. Q́d quidem igit̄ cor uulneratum mortem affert neceſſario, vnū ex his eſt quæ in confeſſo habentur,non tamē in aliis ęque recipit̄ vulnus quodcunq; mortem afferre ineuitabilem,ſed illud quod magnū eſt,atq; profundum,quod rationabile eſt verbo,diſſciſſa,ſignificare,vt tota veſicę tunica diuiſa vſq; ad ſpaciū interius intelligat̄,atq; in ſingulis aliis eodē modo. In veſica quidem, cōfeſſum tale vulnus non coaleſcere ſicuti & in parte ſepti neruoſa & in tenuibus inteſtinis. In ventriculo aūt dubitat̄, nam quoſdam in eo vulneratos dicunt aliquando,ſed raro fuiſſe ſanatos. Hepatis autem nō ſolum profundum vulnus in fibris eius factum,ſed etiam fibram abſciſſam aiunt fuiſſe ſanatā,neq; nos latet q; in libro de vulneribus exitialibus quędā ex his ei⁹ libri auctor conatur ſanare. Q đ vero partes ipſę diuiſę agglutinari nō poſſint,in corde quidem, ac ſepto trāſuerſo ex iugi eorum motu contingit. In veſica aūt,qa neruoſa eſt ac tenuis,& exāguis,eius profecto collum videmus quotidie ſanari cū lapis extrahitur,quoniam carnoſum eſt. Hepar vero vulnera habet plurimo manantia ſanguine:atq; idcirco mori anticipant,q ita ſunt vulnerati,priuſq̄ vulnera agglutinent̄,dixi autem ita volēs itelligi etiam venam eſſe diſſectam. Ob hoc ipſum igitur qui vulnera in ſumma eius parte conſiſtentia aiunt ſanari & fibras hepatis abſtuliſſe:verum videntur dicere. Cerebrum autem vulneratum ſæpius ſanatum vidimus,& ſemel,& bis in Smyrne Ioniæ,viuente adhuc præceptor Pelope,& erat vulnus ſatis effatu dignum. Hoc igitur rariſſimum eſt. Verum au-

tem eſt, magna vulnera, quę cõſueuit Hippocrates nominare diſſciſſiones, afferre mortẽ, & fatent̃ omnes ꝙ vulnera cerebri quæ vſq; ad aliqd in ventriculoſos penetrant, ẽt afferunt̃ mortem. Tenuium aũt inteſtinorum natura, & ventriculi magis non parum paticipant carnoſę ſubſtantiæ, & ideo in ſũma parte vulnerata ſæpius agglutinantur. Tota aũt diſſciſſa vſq; ad eorum ciuitatem rariſſime. Hoc aũt non adeo vt mihi videt̃ propter eorum ſubſtãtiam accidit, ſed quoniam non poſſumus æque intrinſecis, ſicuti extrinſecis imponere vulneribus medicamentum. Quapropter per potiones conatur auctor libri de vulneribus pernicioſis inſcripti, ſiue Hippocrates fuerit ſiue quis alius, ſanare ventriculum. .xix.

.xix.

Cvm diſſciſſũ fuerit, os aut cartilago, vel neruus, aut genę particula tenuis, vel pręputiũ, neq; auget̃, neq; coaleſcit. .xx.

SI in ventrem ſanguis præter naturã effunditur, neceſſe eſt ſuppurari.

AVgeri vocat talem aliquam generari ſubſtantiam, qualis diſſciſſi ſicuti in cauis vlceribus videtur caro germinare. Coaleſcere aũt quãdo diſſciſſi corporis labra agglutinant̃. Qd quidem neq; cartilago, neq; os generentur, eſt in cõfeſſo: An vero aglutinentur, nõnulli dubitant. Inquiunt enim perſpicuo videri oſſa perfracta agglutinari. Hi vero aberrant & doceri poſſunt in brutis, quorũ pars aliqua fracta contraxit callum. Hæc enim, ſeu viua, ſeu mortua, ſiquis velit inſpicere diſſecando, videbit manifeſte a callo quodam, veluti vinculo circũſcripto ptes oſſium diſſciſſas eſſe conſtrictas, quas ſi abraſerint fracturæ profundum videbunt non glutinatum. Sic igitur de his quæ diximus ambigunt, nõnulli augeri dicentes, non tamen coaleſcere, quidam vero ẽt coaleſcere ſed raro augeri. Igitur illa deſiderant, quę per exeſum ſunt vlcerata, & nullum vidi taliter affectum cui non increuerit caro. Agglutinari autem illa quę diuiſa ſunt, & nõ diſſciſſa. Hæc enim inuicem differunt, cum diſſciſſa diuiſionem habeant vſq; ad finem peruenientẽ, quæ nunc Hippocrates inqt non coaleſcere, non ob id tantum ꝙ neruoſa ſunt, atq; tenuia: ſed quoniam ẽt cum talem habent naturam, labra vulneris non ſunt parum diſtantia inuicem. .xx.

QVidam ſine articulo cæliam, i. ventrem apud gręcos ſcribunt, volentes omnem ſignificari cauitatem, quibus adſtipulatur, quod præter naturam adijcitur, per quam adiectionem tale quid oſtendit Hippocrates, ſi unq̃ ſanguis a propria cauitate in aliam quãcunq; peruenerit, vt ſanguis permaneat eſt omnino impoſſibile. Sic igitur & inflammationibus, & illis, quas græci ἐγχυμώσεις nominant, fieri videtur: In inflammationibus quidem per minimas partes diſperſo ſanguine ad eas quæ ſunt in muſculis cauitates, quas ſola ratione contemplamur, in ecchymoſibus autem, in ſpacia effuſo quæ vaſis circuniacent. Suppurari autem non eſt recte dictum, cum nomen ſit vnius mutationis in ſanguine factæ, quare nonnulli ipſum ad generalius transferunt, ad corrumpi videlicet, hoc ab ipſo dicentes ſignificari. Sic enim videtur fieri non permanere ſanguinem: cũ a ſuo loco exciderit naturali: ſed aliquando quidem ſuppurari: aliquando vero liueſcere: aliquando in grumos verti: pręſertim quando in magnã cauitatem exciderit præter naturam. .xxi.

Hic



HIc inſaniam illam quæ proprie melancholia dicitur vocat, non illum qui fit ex bile furorem. Eſt autm varix cum venę latiores fiunt in coxis, & cruribus, quod ex craſſo, & melancholico humore contingit, adeo ꝙ pellente natura ad partes ignobiliores eos qui inſaniam efficiunt humores, & præſertim cum melancholici fuerint, ac craſſi, dictarum ſequitur paſſionem generatio, & inſaniæ ſolutio. .xxii.

.xxi.

IN inſanientibus ſi varices, vel hæmorrhoides ſuperuenerint inſaniæ ſolutio. .xxii.

QVęcunq; rupta ex dorſo ad cubitum deſcendunt venę ſectio ſoluit. .xxiii.

SI timor, atq; meſtitia longo tempore habentes perſeuerent, ex eo atra bilis ſignificatur. .xxiiii.

SI quod inteſtinorũ gracilium diſſcindatur non coaleſcit. .xxv.

ERyſipelas ab exterioribus verti ad interiora non eſt bonum, ab interioribus aũt ad exteriora bonũ.

MElius qdam ſcribunt. Quicunq; dolores, nã ruptum ipſum deſcendere, vnum eſt impoſſibilium, ſi quidem diuulſa, ac rupta maſculi parte carnoſa, fit ruptum. Videtur quidem nonnũq̃ manifeſte admodum collectus in loco ruptionis ſanguis, & diſcuſſione ſanatur. Reliqui vero qui ſunt in dorſo dolores, ex deflu ente humore generantur ſolo aliquando, ſed magna ex parte craſſo, ac flatuoſo ſpiritui aſſociato, quem excipere oportet atq; euacuare, per venæ in cubito exiſtẽtis ſectionem, quãdo huc apparet fluẽs. Eſt enim eius pręceptum ſecundũ ꝙ humores repunt facere euacuationes. Idem aũt ſignificant & verba hęc. Eo ducendũ eſt quo repunt, per loca oportuna. Si autẽ de ruptis ſermo eſt ſcriptus ab eo, eos qui fiunt compatiendi ratione dolores intelligẽdum eſt dici ab ipſo deſcendere ad cubitos, nõ ipſam carnoſæ partis diuiſionem. Et quidem fieri põt vt & aliis venæ ſectio vtilis ſit cõmuni euacuationis ratione. .xxiii.

SI quis non ex cauſa manifeſta metuat, aut meſtus ſit ſunt atrę bilis caſus manifeſti, etiã ſi nondum tempus acceperint. Sed ſi propter cauſam manifeſtam incipientes, deinde inueteraſcant, non te lateant inſaniam ſignificare. Nam & plures niſi ſunt furore correpti qui ab excandeſcentia, vel ira, vel mœſtitia principium habuere, ipſo ſcilicet corpore tempore illo prompte ſe habent ad incidendum in tales paſſiones. .xxiiii.

HOc & in aphoriſmo paulo antea dicto mõſtrauit. cuius iniciũ. Veſica diſſciſſa, vel cerebro. Neſcio igitur quo pacto, nunc fruſtra fuerit adſcriptus. Hoc autem ipſum profecto vidimus, & in pluribus aliis aphoriſmis quos melius fuerit eximere. :xxv.

NOn ſolũ Eryſipelas, ſed aliud quodcũq;, quod ex ꝓfundis, & principalioribus partibus transfertur ad cutem, bonũ eſſe ſignũ, ac cauſam debemus exiſtimare. Si vero cõtra ad interiora, & profunda tranſmutetur, malum. Sed & alia multa videtur dixiſſe i hoc libro ſimiliter Hippocrates quędam veluti exempla ſermonũ vniuerſaliũ, a qbus eius quod ſolet euenire, experientiã poſſumus habere manifeſtiorem. Talia & enim exempla oportet eſſe. .xxvi.

SIue Hippocrates tales ſermones ſcripſerit, quædā veluti exempla magis generalium, atq; vniuerſalium ſermonum, ſiue alii interpoſuerint aliis, perquirendum, relinquentes illud tantum in ipſis obſeruabimus, quod & antea dictum, & nunc in febre ardente dicetur. Quæ.n. hanc febrem efficiunt cauſæ in venoſo genere exiſtentes, qñ ad neruos transferunt, primum tremores faciunt, cōpatiente vero principio, etiam, deliria, Sicuti igitur in febre ardente tranſlatio ſic & in omni alia febre poteſt fieri, & omnino ex arteriis, & venis ad neruos tranſfluxus humorū noxiorum, ſicuti rurſus ex neruis ad has. Impropríe igitur dictum eſt febrem ardentem a tremore ſolui. Hęc.n. ſolet hippocrates dicere qbuſdam ſupuenientia eorū ſoluere cōſiſtentiā, quęcunq; oīo hominem liberāt nō quæ alteram generant paſſionem, quę nihilominus ſit prima periculoſa. .xxvii.

.xxvi.

QVi in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio ſoluuntur. .xxvii.

QVicunq; ſuppurati, aut aquā intercutē patientes vrūtur, aut ſecant, ſi pus, aut aqua vniuerſim effluxerit, omnes moriuntur. .xxviii

EVnuchi, neq; podagra laborāt, neq; calui fiunt.

SVppuratos præcipue conſueuit nominare q pus habent in ſpacio, inter thoracē, atq; pulmonē quos quomodo vrere oporteat dixit in libro magno de paſſionibus, cuius inicium. Pulmonis arteria. Quidā vero hunc librū inſcribunt de ſuppuratis. Vſtione igiť indigent qui plurimū habent pus, adeo vt deſperent per ſpuitiones poſſe expurgari. Hos vero ipſos & difficultas anhellitus maxime infeſtat ex loci anguſtia quæ ēt nos cogit, vt eos vramus. In his aūt qui aquā intercutem patiunť, illæ quæ a græcis ϖαρακεντσ εισ, ideſt punctiones nominanť, ſunt magis in vſu medicorū. Verū hoc vtiq; cōmune eſt vſtioni, ac punctioni, ꝙ in vtraq; Hippocrates cōſulit caueri vniuerſam euacuationem, ſic enim videť ꝯtingere vti ait ſcrip tū ē & ab Eraſiſtrato exquiſitius, de his qui aqua intercute laborant, dicente ſe in pluribus compertū habuiſſe experientia, vniuerſam euacuationem febres, ac mortē afferre, videmus & in aliis partibus æque atq; in thorace quando aliquis magnus tumor ſuppuratur, periculoſam eſſe vniuerſam euacuationem, cum e veſtigio deficiat anima, & vires debiliteť, & poſtea debilitas iſta remedium nō habeat, videť itaq; in his pp magnā diſtantiā corporū, & puris acritudinē ora quarūdā vaſorū arterioſorū eē adapta, quę prius veluti quoddā operculū pus cōtinebāt quo vniuerſim euacuato, multi ſpiritus vna cū eo exeunt, atq; excernunť. Vnde periclitanť. In aqua vero intercute nō modo ob hanc cām, ea laborantes offenduntť, ſed & durities viſceris, vt quod nō ſubſtentať ab aquoſa ſubſtantia, & ſeptum tranſuerſum deorſum trahit, & viſcera quæ ſunt in thorace. .xxviii.

EVnuchos ſectio teſticulorū ſimiles effici fœminis. Sicuti ergo in eis caluicies nō acidit, ſic neq; in eunuchis pp tempaturæ humiditatē. Eunuchos qdem Hippo. tēpore podagra nō laboraſſe verū exiſtit. Nūc vero nō ita pp imodicū ociū, & victū intemperantem. Res aūt tota ita ſe habet. Neceſſe eſt pedes natura eſſe imbecilliores ſi quis podagra corripi debeat, ſicuti & cerebrum ſi morbū comitialē paſſurus ſit, nō tamē eſt omnino neceſſariū alterutrū pati, ſi nihil in uita deliquerit. Diſces aūt aperte ꝙ imbecillitas ptis non ſit ſufficien s ad generādam paſſionem



dam paſſionem ex intermedio tempore acceſſionum, in quo nihil omnino infeſtanť quāuis natiua imbecillitas continua ſit. Clarum autem: & hoc & in podagricis maniſeſtiſſime apparens, ꝙ influente aliquo ad pedes humore ſuperfluo paſſio generatur. Si igiť neq; hic humor vnq̄ influxerit, liquet ꝙ neq; vnq̄ accidet paſſio. Non influet aūt ſi oīo vacans ſupfluitatibus corpus extiterit. Erit aūt vacans ſuperfluitatibus ſi mediocri vtatur exercitio, & homo bene cibum concoxerit, vnde & deſidię & crapulæ eis nocent. Nocent autem & potus multorū, & fortium vinorum, præcipue cū aliquis ea ieiunus potauerit. Hæc enim neruoſam ſubſtantiā prōptiſſime offendunt, ſicuti & coitus. Aetate quidem Hippocratis pauci podagra laborabāt ꝑpter vitæ moderantiam noſtris vero temporibus vſq; adeo auctis eduliis, vt nihil eis addi poſſe videatur, infinita eſt podagrarum multitudo, cum nōnulli ſint qui nihil exercitantur, & cruditatibus, atq; ebrietatibus offendantur, & ante cibum aſſumptum bibant vina potētia, ac venereis vtātur īmoderatis, nōnullis vero, & ſi non in his oībus, in vno ſaltē, aut duobus ex his quæ ſunt dicta delinquant. Sed cū peccatū fuerit magnū: ſæpius in vno eorū quæ diximus deliquiſſe ſat erit. Ob hanc igitur cauſam ēt eunuchi podagra corripiunť, quāuis nullum habeant vſum venereorū. Talis enim eſt eorū deſidia, inſaciabilitas ebrietaſq; vt etiam ſine venereis podagra corripi poſſint. Hæc eadem de articulari morbo exiſtimes dicta, omnes ſiquidem qui eo laborāt magna ex parte prius podagrici fiunt. Accedit & ad has cauſas ob quas plerīq; incidūt in podagras: ꝙ multi: & patres: & auos habuere podagricos, in quibus ſemen erat viciatum: atq; ideo natis vehementiorem fecerunt partium imbecillitatem. .xxix.

.xxix.

MVlier podagra non laborat, niſi mēſtrua defecerint. .xxx.

PVer podagra nō laborat ante vſum venereorum. .xxxi.

DOlores oculorum meri potio, aut balneum, aut fomentum aut venęſectio, aut medicamentū epotum ſoluit.

MVlieres non fiunt podagricæ ratione euacuatiōis. Oſtenſum eſt.n. in pręcedente ſermone: ꝙ niſi humores ſuperabundauerint, ex ſola partium imbecillitate non poteſt podagra fieri. Verum rurſus & hoc prius qdē erat verū: vbi nō oīno mēſtrua defeciſſent: qa parua erāt delicta q̄ ætate ſupiore mulieres admittebāt, nūc vero ob eoꝝ magnitudinē q̄dā podagra laborant anq̄ mēſtrua deficiāt, cū nōnullis pauca exeant, nōnullis aūt vel mediocria. .xxx.

QVod magnam vim habeat ad podagræ generationem vſus venereoꝝ liquet ēt in pueris & ex his q̄ paulo antea de eunuchis dicebat. Eunuchos itaq; vidimus quoſdam podagra laborantes, pueros autē nō vidimus. Verū & ſiqs tali eſt paſſione correptus, vna & genuū articuli: & manuum intumuerunt: inſtar morbi articularis repente facti a plenitudine ex multis cruditatibus aceruata. .xxxi.

SIngula horum quę dixit, magis experientia: & non ratiōe aliqua videtur mihi Hippocrates cognouiſſe, nil.n. mirum ſi homo dolens cum iſſet ad balneum dolore fuit liberatus, vel ſi non permiſſus bibere vinū, deindē nullam ex hoc ſentiens vtilitatem motus eſt ad bibendum, alioquin multum appetens vini, & poſthac melius ſe habuit. Sicuti igitur & plura alia quæ medici hoc modo inſpe

xere,ſunt ab eis ſcripta abſq; aliqua determinatione , ita & hæc mihi videntur ab
Hippocrate,neq; vt rationali dicente,diſpoſitiones,neq; vt empirico , concurſus.
Vtilitas aũt quę nobis pōt aduenire, ex ſermonibus hoc modo ſcriptis eſt inqui-
rentibus diſpoſitiones,in quibus meri potio:& balneũ:& ſingulũ eorum quę ſeria
tim dicta ſunt:vtile ſit,quod & mihi contigit. Nã ꝙ oĩno ſint aliqui oculos dolen-
tes,quorum nõnulli meri potiõibus,nõnulli balneis iuuenť,fidem Hippocrati ad-
hibens eram perſuaſus,neq;.n.illud ſcripſiſſet,ſi nõ vidiſſet.Non tamen ab aliquo
præceptoꝝ tale auxiliũ aliquod animaduerti fuiſſe adhibitum.Cum itaq; omnes
quæſiſſem diſpoſitiões in quibus ſit neceſſariũ,non in oculo tantum,ſed & in aliis
partibus fieri dolores,deinde mihi ipſi perſuaſus ad inueniſſe,hinc cõſideraui eaꝝ
indicia diſpoſitionũ,& poſtq̃ etiam his credidi,tunc auſus ſum remedia afferre do-
lentibus,& primũ quidem iuuenem balneaui,cui medicus non abſq; ratione in die
ſecundo ab initio venam ſecuerat,& deinceps curauerat medicinis quas experiẽtia
cognouerat,cum inflãmatio ſola obſideret oculos.Dolebat aũt vehemẽtiſſime in
quibuſdam inſultibus in quibus aiebat ipſe ſentire ſe acres humores , qui vniuer-
ſim defluebant ad oculos,mox poſt eorum excretionem vehementia doloris ſeda-
bať,non tamen dolor omnino ceſſabat,& hoc illi per totam quintam accidit diem,
maius ſemper habens incrementũ.Cum igitur dolorem non poſſet tolerare,me,&
quendã alterũ ex ocularibus medicis aduocauit in vrbe Romana probatiſſimum.
Illi itaq; videbatur vtẽdum eſſe collyrio quodam ex his quæ emplaſtica nominãt
& anodyna,ideſt dolorem ſedantia,cuiuſmodi ſunt quæ ex Ceruſa lota. Amylo,&
cicuta componunť,nam ſic maxime poſſe reprimi ꝑ emplaſtica id quod influebat,
& ſimul ſenſum torpeſcere per infrigidantia ſperabat.Ego vero ab initio ſuſpecta
habui talia medicamenta,neq; enim vehementes reprimunt fluctiones,ſed excerni
prohibent,atq; ideo ſi humores fluentes acres extiterint,corneam erodi cõtingit,
ſi vero multi , magis irritari,ac vehementer extendi , ac ſi rumperetur , ex quibus
niſi,medicamentum fuerit vehementer ſtupefaciens,dolores impatibiles excitanť.
Si vero fuerit adeo vehementer ſtupefaciens,vt ex eo oculi maximã inflãmationẽ
non ſentiãt,neceſſarium eſt ſimul quidem vim viſoriam offendi,adeo ꝙ ceſſante in
flãmatione,vel debiliter,vel nihil omnino videant,ſimul aũt & quãdam prædurã
diſpoſitionem:& quę difficulter ſanari poſſit:in oculoꝝ tunicis derelinqui. Cum
igitur iſta nouiſſem:atq; animaduerterem humorẽ influentem nõ paucum: & for-
titer acrem:ac calidum:primũ fomento vtendum cenſui:experientiæ gratia , tanq̃
ex ea certius cogniturus qualis nã foret diſpoſitio . Solet enim in his fomentum
vſq; ad aliquid dolorem mollire,ſed alteram fluctionem aduocare. Qua enim ra-
tione poteſt id quod in oculis contineť diſcutere , eadem etiam alteram ex vicinis
attrahere. Verum q̃ primum : & aquam calidam : & ſpongiam afferri iuſſi . Aeger
ipſe ſe dixit expertum eſſe tota die idem remedium, primum quidem dolorem mi-
nuere:ſed paulo poſt maiorẽ facere:quæ ego cum audiſſem medicum ocularem di-
miſi:pollicitus ipſe expectare:& ægrum abſq; medicamento frigido a dolore libe
rare.Cum autẽ ſolo balneo vſus eſſem,ita dolorem ſedaui:vt tota nocte dormiue
rit æger,& neq; ſemel aliquem qui iuxta dormiebant aduocauerit. Ab hinc in reli
quis in quibus per ſigna cognoui,influere quidem humores acres ad oculos, nõ ta
men corpus eſſe plenum,balnei vſu dolorem ſanaui. Alium autem quendam iuue
nem qui iam pluribus diebus inflãmationẽ patiebatur in oculis rura colẽtem : nõ
prope ciuitatem vidi,poſtmodum quoniam paſſio perſeuerabat cum ad ciuitatem
veniſſet



veniſſet ſqualidos habentẽ oculos ſed valde tumidas,ac plenas ſanguine eas,quæ
in ipſis venas erãt,cui iuſſi,vt ſe leuaret,ac potu vteretur meratiore,& ita ſe ſopo
ri traderet,Et qdem ſomnus ipſum ꝓfundus iuuaſit,& mane ſine dolore ſurrexit,
mihiq; prębuit audaciam in qbus ſanguis copia craſſioris in oculorũ venulis con
tinetur ſine plethorica in toto corpore diſpõne,vini potione diffundere ſanguinẽ,
atq; euacuare potẽte & ſui motus vehemẽtia obſtructiones aperire. Hæc igiť ſunt
fortia remedia doloris oculoꝝ.
Securiſſimũ aũt fomentũ eſt &
omnino aliquã afferẽs vtilitatẽ
vel tanq̃ ſignũ ad dignotionẽ,
vel tãq̃ cauſa ſanitatis oculoꝝ.
Quando enim nihil omnino in
fluiť in oculos,fomentũ diſcuti
ens eam quæ in ipſis contineť ſuperfluitatẽ reſtituit.Cum vero adhuc influit,cum
primum adhibetur ſuo calore, aliquod affert mediocre leuamen,ſed paulo poſt do
lorem auget,& tunc fit ſignũ dignoſcitiuum,ex quo nos diſpoſitionem compræhẽ
dentes , ad totius corporis euacuationem peruenimus , ipſo quidem ſanguine re-
dundante,per venæ ſectionem,ſed malitia humoꝝ ĩfeſtante,per purgationẽ neq;
enim eſt difficile admodum diſtinguere alteram ab altera.

.xxxii.

BAlbi ab alui profluuio maxime ca-
piuntur.

.xxxiii.

QVi acidum eructant, non valde mor
bo laterali corripiuntur.

.xxxii.

SIcuti pſelixeſthæ,ideſt balbutire linguæ vitium eſt nõ vocis , ſic & traulizin,
eiuſdem verbũ ſignificationis,in ſermone græcorũ non potente lingua exqſi
te eas de articulare voces quæ per,t,&,r,proferunť,qualis eſt hæc ipſa trau-
loſis,& hæ aliæ ſimiles,trachi,tribi,trachy,trocos,tripheros,& quæcunq; aliæ ta
les. Hę ſiquidem omnes exigunt linguam ſe ampliantem,ac prioribus dẽtibus in
tentẽ.Q ñ igiť in quibuſdã fuerit imbecillior:peius firmať: & ſonum,t,&,r,nequit
dearticulare,ſed ad,t,&,l,facile labiť.Hoc aũt & ei poteſt accidere qm ſit breuior,
q̃ ipſi conueniat:quod rariſſimum exiſtit. Sed & quia molliorẽ: atq; humidiorem
habet temperaturam:quã ob cauſam & pueri,balbutiunt cum tale ipſis cõtingat,
quale etiã & i ambulatiõe fit nã & hanc nõnulli eoꝝ neq; oĩno habent:nõnulli ve
ro nõ ſufficiẽter,cũ crura nequeãt in eis ꝓpter mollitiẽ firmiter ſtabiliri. Quibuſ-
dã vero eoꝝ etiã ætate integra:cũ in loquẽdo laborauerint:balbutire cõtingit:ſi-
cuti & illis qui plurimũ tibia cecinerint : & qbus vires ex morbo ſunt debilitatæ,
ſicuti & quibuſdã quibus lingua eſt vehementer exiccata. Verum ſiccitas tãta nul
li ineſſe poteſt qui habitum ſeruet naturalem:atq; i deo ſolius humiditatis imodi-
cæ eſt caſus in his qui natura balbutiunt id locutionis detrimẽtũ : cũ linguæ mu-
ſculi nequeãt firmiter ſtabiliri:qđ eis põt accidere:vel ꝑꝑ ſuã:vel ꝑꝑ neruoꝝ im-
becillitatẽ:quos videlicet a cerebro ſuſcipit:Q uare & ebrii aliqñ balbutiunt,tum
qa multa humiditate perfundiť cerebrũ,tũ qa etiã ab ipſius multitudine ꝑgrauať.
Cõtinget igiť h s q ſunt balbi natura alteꝝ horũ,aut cerebrũ habere humidũ,vel
linguã,vel vtrũq;. Et cerebro qdẽ talem ſortito temperaturã defluere ab eo mul-
tas par eſt humidas ſuperfluitates,atq; inde fluẽtes in ventrẽ ſuſcipi. Vnde & lon
gis ventris ꝓfluuiis hõ capitur . Lingua vero admodũ humida ex natura exiſtẽte
& ventriculũ talẽ eſſe par eſt,vt q alterã ſui tunicã cõem habeat ad linguã,ĩbecil-
lis aũt ex humiditate vẽtriculi ꝓpria paſſio eſt diuturnũ profluuium. .xxxiii.
ACidum eructantes , hoc eſt acidũ ructũ habentes,raro inqt capi a morbo la
terali,Nã quod dicunt,nõ valde,idẽ oſtendit qđ raro,nõ nullo modo , vt q

dam libri expoſitores ſcripſerūt. Dictum aūt a nobis eſt vbi de morbo laterali ſermonē habuimus, ꝙ hic qdē vna cū flauis, ac ruffis fit ſputis ex bilioſis humoribus ortū habens. Hic vero cū ſpumeis ex pituitoſis ſicuti ꝗ cū nigris fit ſputis, ex melācholicis, ꝗ vero cum rubeis ex ipſo ſanguine. Eſt.n. hic morbus, inflāmatio mēbranæ, quæ ſubcingēs nominat̃, aduenīes. Cū vero vnaquæq; inflāmatio ex alicuius humoris fiat ſupabundātia, ſecundū eius naturā, & ſputi ſpecies morbo laterali laborātibus aduenit, & ſpes ſalutis, ac mortis habetur. Nō ęque aūt mēbranę, ac pulmo ſunt natura aptę humores ſuſcipere, dēſa ſiqdem eſt mēbranaꝝ ſubſtātia, pulmo vero pte in oī rarus, ac laxus. Quare huic qdē promptū eſt oēs ſuſcipere humores. Membranæ autem ſubcingenti plus bilioſos. Ob hanc igit̃ cauſam qbus pituita natura ſuperabundat, raro a morbo laterali corripiunt̃, p̃ſertim ſi ſalſedinē, atq; acritudinē aliquā ſibi adiūxerit. Talis.n. inteſtina mordēs irritat ad deiectionē in qua cōtingit non ſolā pituitam, ſed plures alias etiam ſuperfluitates excerni. Dicebat vero ipſe in libro de aere, & aqua, & locis, eos qui habent ventrem natura humidum minime morbo laterali, atq; aliis morborum generibus corripi. .xxxiiii.

.xxxiiii.

QVicūq; calui ſunt, his magnę uarices nō fiunt. Quibus vero caluis varices magnæ ſuperuenīūt hi rurſus capillati fiunt. .xxxv.

AQua intercute laborātibus, tuſſis ſuperueniens malum. .xxxvi.

DIfficultatem vrinæ, vena ſecta iuuat, ſecare vero interiores.

QVando in viri ſapientis libro ſermo īuenitur aliqs manifeſtum habēs mendacium, non ſine ratione longentes contingit dubitare, & primum quidem ſibi ipſis diffidere, quaſi neq; illa quę ſint manifeſta noſcētibus deinde ſuſpicari ne quod falſum fuerit interiectū. Quis enim neſciat caluiciū eſſe paſſionem inſanabilem? Sed neq; verum ꝙ magnæ varices caluis nunquam adueniant: ſicuti neque ꝙ varicibus aduenientibus caluicies ceſſet, niſi forte, vt nōnulli inquiunt, vocatum a medicis capillorum defluuium caluicium nominet, Illud enim cum a vitioſis humoribus, ſicuti quæ Ophiaſis, & alopetiæ, paſſiones capillorum nominant̃ a gręcis, generet̃ qn̄ iidem humores ad crura decūbunt, poſſunt varices facere, & capillos reſtituere. Si enim prius a vitioſis humoribus corruptis eoꝝ radicibus corrumpi contigerat, nūc fit veriſimile, vt eiſdem humoribus alio tranſpoſitis ad primā naturam capilli redeant. .xxxv.

SVperuenire paſſionibus alias paſſiones, & caſus, priſci medici dicere conſueuerunt quæcunq; ipſius paſſionis ad auctæ ratione cōtingere cōſueuerunt. Talis.n. eſt Praxagorę liber de ſuperuenīētibus inſcriptus. Sic aūt & nūc de tuſſe dictum eſt, Neq; enim cum ex alia fit occaſione in homine aquā intercutē patiente tuſſis ſignum eſt exiciale, ſed quando ipſius morbi ratione. Cū enim in paſſiōe tali aquoſa humiditas tm̄ ad aucta fuerit, vt iā aſperas occupet arterias deīde ſuperuenit tuſſis, periculū imīnet ne hō haud ita multo poſt ſtrāgulet̃. .xxxvi.

HIc ſermo verus neq; eſt niſi, &, cōiunctionē aſſumpſerit, ita vt aphoriſmus talis fiat. Difficultatē vrinæ, & venę ſectio ſoluit. Re vera.n. & venę ſectio ſoluit difficultatē vrinæ, illam videlicet, quæ pp inflāmationē, & multitudinem fit. Quod aūt dicitur ſecare vero interiores, ſi de venis manuū dicitur, caret





veritate, neq; confeſſum neq; conſentiens Hippocrati. Videtur ſiquidē in oībus libris ſuis ī his ꝗ̄ ſupra hepar ſunt ex manibus ſanguinē mittere. In inferioribꝰ vero eas ꝗ̄ in genu, vel talo ſunt, ſecari iubet. Siqs vero de his ipſis ipſum dixiſſe arbitret̃. Secare āt interiores, hoc dictū paruā vim habet. Ab vna.n. ambę naſcunt̃, cū ea ꝗ̄ in genu eſt trifariā diuidat̃, qm̄ & vna vena adhoc ꝑuenit mēbrū, non ſicuti ad manū duę. Meliꝰ itaq; ſit & hūc aphoriſmū vnū ex adiectis opinari. .xxxvii.

.xxxvii.

AB angina habito, ſi tumor fiat in collo bonum. .xxxviii.

CAncros occultos omnes melius ē non curare, Curati enim cito pereunt, nō curati vero longius tēpus perdurant.

SErmo verus eſt, & cauſa in promptu, ſi qdē ex intimioribus, & principalioribus partibus, paſſiones ꝯfert ad cutē transferri. .xxxviii.

OCcultos cācros dixit, vel eos ꝗ ſūt ſine vlceratiōe, vł abſcōditos, hoc ē nō apparētes, qđ rurſus idē ſignificat, ac ſi diceretur, qui in profundo corporis ſunt. Sed & curare duplex eſt. Vnū quidem omnia agere, vt particula patiens ad ſanitatem perducatur, alterum autem eam adhibere prouidentiam quæ paſſioni congruat, hoc eſt ipſam mollire, ac mitiorem facere, & tum præcipue, cum adeſt exulceratio. Tunc enim eſt neceſſariū, vt ſi nō aliud agamus, ſaltem ſaniem abluamus, humido aliquo utentes, non quocunq;, ſed vel ꝑ experientiam, vel ꝑ indicationem inuento, quod neq; putrefacere, neq; irritare partem patientem ſit natura aptum. Ab hac igitur curatione, neq; abſiſtere cōuenit, neq; illi ꝗ ſunt ſine vlceratione Cancri indigēt ea. Aliā vero quæ fit ꝑ ſectionem, vel vſtionē, quæ ſola ſunt remedia. Cancrorū, cōſulit vt in Cācris occultis non adhibeamus, ꝙ igitur illi ꝗ ſunt in partibus penitioribus talia remedia non deſiderant, ēt experiētia docet. Eqdē ſcio oēs qui huiuſmodi Cācros curare tētarūt, magis illos irritaſſe, & breui hoīes īteremiſſe. Nam & ꝗ Cancrū in palato cōſtitutū, & in ſede, & in ſinu abſcūdito muliebri, vł vſerūt, vel ſecuerūt, nō potuerūt vlcera ad cicatricē perducere, & homines in cura afflictos, ac maceratos, vſq; ad mortē colliquarunt quæ ſi nullam curationem abhibuiſſent longiori tempore vitam cum minori moleſtia tranſegiſſent. Tales igitur Cancros nullo modo curare tentemus. Ex eis vero qui in ſumma parte corporis hærent, illos tantummodo, quos poſſumus vna cū radicibus ipſis, vt quiſpiam dixerit, reſecare. Neq; enim malum eſt, veluti radices quaſdam Cācri, nominare eas quæ plenæ ſunt ſanguine melācholico venas, & vſq; ad loca circūſtantia diſtenduntur. Multi.n. magnæ auctoritatis medici, neq; hos manus opera curari permittunt. Sed illos tantum qui exulcerati, ſimulque laborantes moleſtant, adeo ut ipſi vltro manu curari deſiderent, & ſimul ſunt in talibus partibus ſiti, quas poſſumus vna cū radicibus reſecare, & exurere. Quidam vero neq; hos amoliri permittunt, ſed omnino abſiſtendum conſuluit a remediis potentibus in omni natura Cancri. Qđ vero Hippocrates nunq̄ conſuluiſſe curare pontenter Cancros in partibus corporis penitioribus conditos, ex ipſa paſſionis natura licet coniectari. Si vero & eos qui in ſumma parte corporis hærent, abſq; vlcere incertum eſt, quantum ex verbis aphoriſmi conijci poteſt. Ipſum vero ſcripſerunt Artemidori, & Dioſcoridis ſectatores: vſq; ad ea verba. Non curare melius eſt. .xxxix.

COnuulſio,vt & ipſum indicat nomen cõuulſis fit ad propria capita muſcu-lis,vt autem clarius diceretur reuulſis,ſicuti etiam eſt motus eorum ſecun-dum naturam,verum hic haud quaq̃ fit ſine animalis appetitu. Conuulſio autem paſſio eſt inuoluntaria ad ſimilẽ venientibus neruoſis partib⁹ in eis dſpoſitionem quam etiam in motibus factis ſecũdum appetitum aſſumpſerũt. Nam ex repletione fit,ſicuti etiam in excedentibus ſecundũ humiditatem aeris ambientis cõſtitutiõibus accidit chordis. Nã & ꝓpter hanc cauſam ſæpe rumpunt. Sic autẽ & in ſicciotibus cõſtitutionibus afficiunt, nã in ſe ipſas colligunt,ac cõuellũtur oĩa neruoſa corpora violentius exiccata ſicuti quæ ad ignem lõgo tp̃e lora caleſiunt, ſimile qd patiunt, & quæ ſol æſtiuus exiccauit. Cõuulſio igit nõ abſq; ratione a cõtrariis fit cauſis ſingultus vero concedat cõuulſio ſtomachi noĩari,qñ aliud fuerit ſermonis ꝓpoſitũ. Quãdo vero hoc ſolũ ſtuduerimus,vt paſſionis ſubſtantiã cognoſcamus,melius fortaſſis fuerit nõ cõuulſionẽ noĩare,ſed quedã motũ eiuſdẽ cũ vomitibus generis,intentũ autẽ & illo vehementiorẽ. Nã ſtomachus appetens eorum aliqd quæ in ipſo continent expellere ad duos mouet caſus: vehementiorẽ quidem in ſingultibus,mediocrẽ vero magis in vomitibus,ſiqdẽ in vomitibus appetit ea quæ in ventriculi ſpacio latiori ꝯtinent expellere. In ſingultibus aũt & ea quę ſunt in ipſius ore penitiora. Per ſtomachũ vero nũc a me intellexeris: nõ ſolum eum qui ita proprie noĩatur,ſed & vẽtriculi os. Quæ.n. in hoc continent ipſo appetente ventriculo expellere,ſingultus fit. Qđ vero eoꝝ quæ difficulter excernunt, & quę veluti abſorſerit ventriculi os fiat per ſingultus excretio,diſcere licet,ex his quæ quottidie eueniũt,oĩbus fere,vel magis,vel minus. Si.n. ſolum quid acutum,veluti Piper deglutierint,ſiue cum melle,ſiue aliquo alio: poſtea vinum biberint aqua calida tẽperatum ſtatim ſingultiunt,calore quidem potus piper ad interiora deuehẽte, eius vero acutie ventriculum moleſtante. Vnde conatur motu violentiore rem infeſtantem expellere. Oſtẽſum vero eſt in libro de cauſis caſuum,ꝙ & tuſſis, & ſternutatio & rigor ex talibus motibus ſint. .xl.

.xxxix.

COnuulſio fit,vel ex repletiõe,vel inanitione,ita vero & ſingultus. .xl.

QVibus dolor circa iliũ fit abſq; inflãmatione,his febris ſuperueniens morbũ ſoluit. .xli.

QVibuſcunq; ſuppuratio ĩ corpore exiſtens nõ innoteſcit, his ob craſſitudinem puris,aut loci nõ innoteſcit.

SEqtur qdẽ & ad morſus dolor,ſed cõſueti ſunt morſus noĩe,non doloris tales caſus appellare. Fit aũt dolor pp quãdã ſimilẽ inflãmatiõi diſpoſitionẽ. Sic aũt noĩata eſt: qm̃ & Eryſipelata dolor conſeqt. Quando igit nõ ob talem diſpoſitionem dolor iliũ occupauerit,& morſus ſenſus abſuerit,relinquitur vt dolor fiat,vel propter obſtructionem,vel propter ſpiritum flatuoſum,vel aliquam intemperiẽ inæqualẽ quæ febrilis calor aptus eſt natura ſanare ꝑtim qdem incidens extenuans,atq; diſcutiẽs,partim vero ad temperaturæ æqualitatẽ perducẽs. .xli.

DVplex eſt huius loci ſcriptura,& duplex expoſitio,& vtraq; nõ caret rõne. Nã & pp puris craſſitudinem,& propter loci,ſæpius occultat puris in aliquo loco compræhenſi notitia. Recte ergo nõnulli ſcripſerũt. His pp loci craſſitudinẽ,nõnulli vero. His pp puris craſſitudinẽ nõ innoteſcit. .xlii.

Morbum



MOrbum regium hoc loco dicit qui fit ex hepatis inflammatione,tunc enim duricies oſtendit σκιρρωσιν,ideſt tumorem prædurũ, vel inflãmationẽ in hepate exiſtere quẽadmodum & ſine hac cõtingit quidẽ aliquando propter eius obſtructionẽ morbũ regiũ aduenire,cõtingit & ipſa natura qñq; ꝑ modũ criſeos ipſum humorẽ exuperantẽ in venis cõtentũ,ad cutẽ expellente. .xliii.

OPortuit hunc aphoriſmum illi præordinari in quo dicit, Lienoſis difficultas inteſtinorum ſuperueniens bonum. Sed hic quidẽ inter ſequentes ſcribitur poſt quatuor alios intermedios. Nobis autem neceſſarium iam ipſius meminiſſe. Quicũq; enim lienoſi ſunt, hoc eſt qui diu durum habent lienẽ, his ſuperueniens difficultas inteſtinorum ſoluit diſpoſitionẽ, quando ſcilicet ratione tranſpoſitionis: atq; euacuationis humorum craſſorum, ac melancholicorum lieni inſertorum euenerit. Sed quoniam ſæpius huiuſmodi euacuationes vltra modũ extenduntur, & noxiæ ſunt laborantibus, conuenienter Hippocrates quem finẽ habeat immoderata difficultas inteſtinorum, oſtendit,quæ talibus aduenit diſpoſitionibus,læſis ſiquidem inteſtinis a tranſitu vitioſorum humorum, & vis eorum laborat,& temperies natiui caloris aboletur,ob hanc igitur cauſam,& aqua intercus & leuitas inteſtinorum,ſuperueniunt. Leuitas quidem inteſtinorum,ex ſola inteſtinorum læſione. Aqua vero intercus ꝓpter hepatis compaſſionem, atq; lienis,& omnis venenoſi generis. .xliiii.

.xlii.

MOrbo regio laborantibus, ſi fiat hepar durum malum. .xliii.

QVicunq; lienoſi a difficultate inteſtinorũ capiuntur,his ſuperueniẽte lõga difficultate inteſtinorũ aqua intercus aut leuitas inteſtinorum aduenit & moriuntur. .xliiii.

QVibus ex ſtillicidio vrinę ileos ſuperuenerit,in ſeptem diebus pereunt niſi febre ſuperueniẽte, ſatis vrina fluxerit.

IN ileo nihil exit inferius,neq; ſiquis acerrimo vtatur clyſtere. Vomitus autẽ ſtercoris aduenit his qui exitialiter ſe habent. Quod igitur intercluſa via exitus hæc paſſio fiat,& ꝙ in tenuibus inteſtinis,non autem craſſis omnes fere fatentur,& quidem ꝙ propter inflammationem, & propter obſtructionem ſtercoris ſicci, vel homorum craſſorum atque tenaciũ,dictum eſt a pluribus. Mihi vero videtur inflammationem,vel durum tumorem,vel abſceſſum,tantam facere poſſe loci anguſtationẽ,vt nihil poſſit ad inferiora tranſmitti. Qđ aũt humores craſſi,atq; tenaces in cauſa ſint,non admodũ mihi videtur probabile. Verum & hoc ſi libeat ponito,& ſiquid aliud dicatur præter hoc. Verum quod videtur omnibus,q aphoriſmos expoſuerunt,admodũ mihi videtur difficile creditu. Aiũt.n.ꝙ veſica inflãmata,anguſtia loci facta,ex cõpreſſione in inteſtinis paſſionẽ affert,q ileos qbuſdã nominat. Ego vero multos me puto in tota vidiſſe vita, nõnullos tantũ periclitantes,nõ paucos vero ẽt mortuos,nõ potentes mingere,quibus tunc manifeſte omnibus ſecundum propriam circunſcriptionem plena veſica apparebat, adeo ꝙ ſupra modum erat extenta, & dolor,vt par eſt: inde accreſcebat quorum tamen nullus factus eſt ileoſus. Quomodo igitur quiſpiam vnquã perſuaderetur,ob veſicæ inflãmationem anguſtiore facto inteſtino: ileon prouenire? Non magis ſane quã ex tumore vteri in muliere grauida. Atqui vſque ad ilia eius tumor extenditur,& magis

premere poteſt, atque anguſtare inteſtina tenuia, veſica vero ſi in tumorem attollatur, ſolum poteſt rectum premere inteſtinum. Quidam vero etiã dicunt abſurdius ꝙ febris ſupueniens cõferat ileo. Nã febris qdem in inflãmatione veſicæ nõ abſq; ratione fieret, quin quanto illa maior, ac grauior: tantũ augeri febrem cõtingeret cum caſus ſit inflammationis. Ileos vero vt ipſi aiunt ex inflammatione ortum habuit, & vnam tantum ſpem habet ſolutionis, inflammationis ceſſationem, cũ qua etiam febrem ſedari eſt neceſſarium. Bonum igitur ſignum ſolutionis earum quæ ſunt in ileo paſſionum eſt febris, vel remiſſa, vel ſoluta. Neque vero ſignũ neque cauſa bona ipſa, vel ſuperueniens, vel aucta. Nouimus enim ſolum illis morbis conferre febrem, qui ex frigiditate fiunt, aliquando ſola, aliquando cum humoribus crudis, pituitoſis, & flatuoſis ſpiritibus. Melius itaq; ſi fateamur nos ignorare q̃ in hoc aphoriſmo Hippocrates dixerit. Neq; enim ratio eorum indicat veritatem, neque experientia docet. Tertium autem nihil habemus ad fidem: ſi vnq̃ talis ægrotus ſit viſus, aut ab Hippocrate, aut ab aliquo alio: neq; enim: neq; ſi legittimus ſit hic aphoriſmus habeo dicere. Multitudinem igitur humorum crudorum vna cum multa frigiditate, melius eſt talium in ileo caſuum qui dicti ſunt cauſam arbitrari. Sic enim tantum modo febris eſſet medicina diſpoſitionis, & retentarũ vrinarũ euacuatio. Sic enim conſueuere craſſæ: & plurimæ, atq; oẽs ſimul ipſis concoctis euacuari.

.xlv.

Vlcera quæcunq; annua ſunt: aut ẽt diuturniora: os abſcedere eſt neceſſarium & cicatrices cauas fieri.

.xlv.

Qvæcũq; vlcera longo tempore manent, vel cicatrice nullo modo adueniẽte, vel ſi facta ſit rurſus reſoluta, nihil videlicet medicis in curatiõe delinquentibus, neceſſe eſt: vel propter influxum vitioſorum humorum, vel ꝓpter diſpoſitionem in membro contractam tẽpore ex humoribus influentibus, vel ob aliquam paſſionem oſſis in eo loco corrupti: difficulter ſanari. Alia itaq; vlcera ſemp maiora, & deteriora fiũt, atq; hæc omnia Phagedenas, ideſt exedentes antiq nominabant. Quidam vero poſteriores ea diſtinguere tentarunt propriam ſingulis dantes appellationem, & quædam eorũ Chironia nominãtes, quędã Telephia, quædam Phagedenas, & alias adhuc curioſas magis afferentes appellationes. Nobis vero ſufficiet ex his quæ aliquid loci occupant circũſtantis, nõnulla qdem herpetas, ideſt repentes nominare, quando ſummas tantũ partes cutis occupauerint, alia vero Phagedenas, q̃ carnẽ ſubiectã corrũpunt. Quod enim putridum, atq; depaſcens a nõnullis vlcus vocatur, non eſt propria vlceris differentia, ſed paſſio complicata, ex ulcere, atq; putredine. Scimus aũt ꝙ & abſq; vlcere putredo ipſa per ſe ipſam in multis corporis partibus conſtituif. Vocatur autem & anthrax, ideſt carbo vlcus cruſtoſum cui iungitur multus corporum circũſtantium feruor. Hæc igif propriam habuere appellationem, Anthrax, Phagedena, & Herpes. Quæcunque vero vlcera fiũt ſine dictis caſibus, hæc ipſa per ſe ipſa ſolebant antiqui vlcera tantum nominare, de quibus nunc Hippocrates loquif, de his peculiariter edocens, ꝙ quæcunq; talia ſunt vlcera, in longum incidunt tempus. Videtur autem experientia rationi adſtipulari, & multa ſæpius ex hoc genere vlcerum, cum poſt multũ tempus fuerint ad cicatricem perducta rurſus inflammantur, ac diſrumpuntur, ipſarum cicatrice ſoluta. Fit autem hoc talem aliquam ob cauſam. Quando ex adhibitis medicamentis: caro quæ oſſi ſuperiacet patienti, exiccata cõtraxerit cicatricẽ,

ſtatim



ſtatim qdem integra ſanitas reſtituta videtur, Rurſus vero paulatim aliqua influẽte ſanie ex oſſe corrupto, in parte penitiore iterum aduenit inflammatio: & puris generatio conſequitur a quo tota ſuperficies eroditur, caro vero emordetur. Quę nam igif eſt talium ſanatio vlcerum? Non profecto alia: q̃ ab ipo ſcripta in libro de vlceribus, & a nobis in tertio de arte curatiua fuit demonſtrata. Nam vlcera omnia exiccari oportet: pręcipue vero in quibus patitur os. Terminus autem eſt ſiccitatis vt abſcedat pars eius quæ eſt vitiata. Quare non abſq; ratione tantum fieri cauas cicatrices contingit, quantam habuerit abſceſſus craſſitudinem.

.xvi.

Qvi gibbi ex aſthmate, aut tuſſi fiunt, ante pubertatem moriuntur.

.xlvi.

Gibbos ſolet Hippocrates nominare, quos nũc omnes homines conuexos appellant. Nam & vere eis eſt ſpina in parte poſteriore conuexa. Conuexo igitur oppoſitę dicitur: cauũ, gibbo, regibbum. Sed hæc quidẽ de ſola ſpina græci dicũt. Illa vero de oĩbus. Quomodo vero gibboſitas fiat, ipſe narrauit ĩ libro de articulis, ſicuti & de regibboſitate, & obliquitate ac cauitate. Hę.n. ſunt proprię, atq; pręcipue ſpinæ paſſiones, atq; oportet illũ qui vult iſtarũ paſſionũ habere noticia, his quæ in eo libro ſcribuntur plenius incũbere. Nũc vero a nobis dicentur ea quæ ad propoſitum aphoriſmum videntur vtilia. Gibba fit ſpina aliquando propter ictum, aut caſum, gibba etiam fit propter quædã tubercula dura, quæ in parte anteriore conſiſtunt, a quibus ſi quando vna vertebra trahitur ad anteriora recurua fit eo loco ſpina, ita & ſi plures fuerint ſe ordine cõſequẽtęs, quãdo vero non fuerint continuæ hæ quæ tenduntur vertebræ, gibboſitas fit tantum partibus retro tendentibus quantũ vertebræ extentæ ſunt ad interiora reflexę, nã hoc fieri videtur in oĩbus duris mediocriter tẽtis, veluti calamis, viminibus, virgis, & omnibus aliis huiuſcemodi, & dictũ eſt de his plenius in expoſitionibus libri de articulis. Nũc vero eos qui gibbi facti ſunt ex aſthmate, & tuſſi ante pubertatem cito inquit interire. Neq;.n. vult in his thorax, vt ipſe dixit, vna cũ aliis deinceps augeri, atq; ideo magna anguſtia præmũtur ea, quæ reſpirationi obſeruiũt inſtrumẽta. Omnibus qdem cõmune, qui ſponte gibbi facti ſunt, hoc eſt, qbus ſine ictu, vel caſu ſpina paſſa eſt, propter dura tubercula, & concoqui difficilia, tales fieri: Sed cũ multa ſit in tuberculis ſecundũ tumorem, atq; duriciem, & locũ in quo conſtituunt differentia, quæ qdem ſimul in duris ac magnis ſunt conſtituta, ſtatim difficilem faciũt hominibus reſpirationem. Quæ vero ex ſuo humore aliquid ad aſperam mittunt arteriam reddunt tuſſiculoſos. Verũ quæ talia ſunt, vt mittant ex ſuo humore aliqd, non ſunt dura exquiſite, atq; ideo neceſſarium eſt eis aliquãdo ſuppurari, & hominem occidere. Quæ vero nihil mittunt, ex craſſis humoribus ortum habẽt, atq; ob id dura ſunt, & incocta, & longo ꝑmanent tempore, anteq̃ ſuppurẽtur, atq; ideo permittũt viuere hominem, Quæ vero vna cum tuſſi ortũ habuere, properãt ad ſuppurationem, atq; ideo ſunt exitialia. Sic & quæcũq; cũ difficili anhellitu fiũt ſunt his q adhuc augentur pernicioſa, vel enim hæc magna ſunt, vel in loco thoracis ad vitam oportuno. Quando igitur pulmo vna cũ corde in talibus augeatur, locus autẽ continẽs minor efficiaf, neq; coſtæ augeanf, & inter flectendũ, ꝓpter gibboſitatem thoracem faciant anguſtiorem, neceſſariũ eſt tãtam in breui tempore fieri anhellitus difficultatem vt homo corrũpatur. Nam ſi nondum gibboſitate ſuperueniente propter ſolos tumores extra naturam difficilem habebant anhellitum, qd

debemus expectare, cum tubercula ſint tempore adaucta, thorax aũt ſit factus anguſtior. Quod igit̃ cum multæ ſint ſpirandi difficultates, ſolam illam Hippocrates aſthma conſueuerit nominare in qua contingit ſatis crebrum anhellitum fieri clarum admodum exiſtit. Vocant aũt & nũc homines τοσσ τμαινειν.i. anhellare, id qđ fit in curſibus, & vehementioribus exercitiis. Hippocrate autem poſteriores: & paſſionem aliquam diuturnam, nonnulli ſimpliciter aſthma nominant, nonnulli orthopniam, quando abſq; febre ægroti iugiter anhellitũ habent difficilem.

.xlvii.

QVibuſcunq; venę ſectio, vel purgatio cum medicamento cõuenit, hos vere purgare, vel venã incidere oportet.

.xlvii.

LIquet ꝙ i eis qui adhuc ſani, ſed ægri futuri ſunt, niſi euacuentur, nunc ſermo habetur Hippo. Hos.n. oportet, vt anticipemus euacuare: vere adueniente, vel per venę ſectionem: ſi plenitudinis paſſionibus ſubiiciũtur, vel per purgationem, ſi eis quæ ex corruptiõe proueniunt. Nos itaq; plurimos ita ſeruauimus ſanos qui longo ante tempore ſingulis annis morbis capiebantur. Sed & podagram & morbum articularem adhuc incipientem: & nondum poros circa articulos facientem, ex tali euacuatione, multis iã annis fieri prohibuimus. Eodem modo & ſanguinis ſpuitionẽ, morbũ comitialem apoplexiam, melancholiã, & alias huiuſcemodi diuturnas paſſiones in multis hominibus ꝑ dictam euacuationem ſubſtulimus. Venæ itaq; ſectio cõe auxilium eſt earũ q̃ ex plenitudine fiũt diſpoſitionũ, purgatio vero ſic ſiqdem ſecũdũ genus intelligas, vnũ quoddam auxiliũ exiſtit, nõ tamen ſecundũ ſpeciem. Nõnullis ſiqdem confert humores pituitoſos euacuare, nõnullis vero amaram bilem, nõnullis atrã nõnullis ſeroſam ſupfluitatem, ſecundũ naturam earũ q̃ conſueuerũt ſupuenire paſſionũ. Exempli gratia qdam iam ſingulis annis incidit in melancholiam niſi purget & res mira viſu qũo morbo iam inchoante, ſtatim homo perſentit primã eius generationem, & ego aduocatus purgo humores atros & ceſſat protinus melancholia, & huic homini ex purgatione ambo hæc optima eueniũt, ꝙ ſcilicet & ſuperfluitates expellunt̃, & ꝙ ex acritudine eorũ q̃ excernunt̃, paulatim aperitur os venæ quã vocãt hæmorrhoidam, & per eã etiam excernit̃ pars aliqua ſanguinis vitioſi, cõſueti euacuari, quo retẽto ſuperuenit melancholia. Purgo igit̃ ipſum, nõ vere tantũ, ſed etiam auctũno: & ſicuti dixi, ſi ex contemptu aliquãdo purgationẽ omiſerit, & morbum nõ anticipauerit, caſus pſentit paſſionis. Sic & mulierẽ quandã ſingulis annis vere inchoante, ſimiliter euacuãs cũ aliquãdo tumorem cancroſum in mãmilla pateretur, forti, atq; frequenti cũ medicamento purgante atrã bilem, adhibita euacuatione, ad ſanitatem perduxi. Et ſi qñ purgatio omitteret̃, dolorẽ profundũ ſentiebat, & me aduocato ſtatim volebat euacuari. In altero elephantẽ inchoantẽ primũ per venæ ſectionẽ, & purgationem ſanaui: & ſingulis annis rurſus huic ſufficit vna purgatio: & ea omiſſa: ſtatim paſſio inoteſcit. Morbi itaq; huiuſcemodi: atri humoris exigũt purgationẽ. Comitialis aũt & apoplexia, & anhellatio pituitoſi. Et articulares, ſi cũ multa fuerint caliditate, amarã bilẽ volũt euacuari: ſi vero cũ frigidis tumoribꝰ pituitã. Quidã aliꝰ tpe æſtiuo ſp febribꝰ tertianis corripiebat̃. Sed multis iã annis nõ febricitauit, qm̃ a nobis purgari circa finẽ veris ruſtabilis anticipauit. Sic.n. melius eſt tales euacuare: ſicuti illos q morbo comitiali: apoplexia: & melãcholia: & articulari, & aliis paſſiõibus: q̃ ex craſſis hũoribus generant̃ pſtat circa veris



veris inicia euacuare, de quibus omnibus ſeorſum a nobis ſcriptum eſt in illo tractatu qui ſcribitur de his qui verno tempore egent euacuatione. Eſt autem iſte tractatus pars totius ſalubris tractationis.

.xlviii.

PAulo antea hũc aphoriſmũ expoſui, cũ ſermo habebat̃ de aphoriſmo in hũc modũ ſcripto. Quicũq; lienoſi a difficultate inteſtinoꝝ capiunt̃, his longa facta inteſtinoꝝ difficultate, aqua intercus ſupuenit, vel leuitas inteſtinorũ & moriunt̃, quare iſti in pſentiarũ ꝓpoſito nulla eſt alia expoſitio neceſſaria.

.xlviii.

LIenoſis difficultas inteſtinorũ ſuperueniens, bonum.

.xlix.

QVicunq; morbi podagrici fiũt, hi ſedata in quadraginta diebus inflammatione finiunt.

.l.

QVibuſcunq; præciditur cerebrũ his neceſſe febrem, & bilis vomitum ſuperuenire.

.xlix.

POdagricoꝝ inflammatio fluctione fit ad articulos pedũ decũbente, hãc aũt fluctionẽ ſuſcipiũt, primũ qdem loca articulationũ: deinceps circũſtantia omnia, vſq; ad cutem. Quia vero impleri dicimus articulationes liquet etiam ea quæ ipſis circũiacent ligamenta extẽdi eſſe neceſſarium. Neruos igit̃ & tendones nõ eſt ratiõabile in ipſis inflãmari, ſed ſolũ dolere qa ſimul cũ articulationibus extendunt̃, argumento qm̃ viſus eſt nũq̃ podagricus pati cõuulſionem q̃ frequenter ſolet in neruoꝝ, ac tendonũ inflãmationibus aduenire, verũ intentio ſanationis in eis cõis eſt oĩbus inflãmatione laborãtibus, qm̃ diſcuti oportet id qđ ad pedes defluxerit, ſiqdem tenuiorem habuerit ſubſtantiam tempore breuiore, ſi vero craſſam, vel tenacem, longiore, & longius adhuc tps reqret ſi ſimul craſſum, atq; etiã tenax illud qđ defluxit exiſtit, vltra tñ ſpacium dieꝝ quadraginta non prorogabitur curatio inflãmationis, ſi videlicet & medicus in ſuo opere non aberrauerit, & æger illi in omnibus obedierit. Quæ vero carnoſas partes occupat inflãmatio morborum acutorũ ſubiicit̃ termino, diebus.ſ. quatuordecim quoniam carnis ſubſtantia mollior eſt, ac rarior natura ligamentorum vnde & tardius inflãmari incipit natura ligamentorũ tendonũ, atq; neruoꝝ ex ictu & longiori tempore ad conſiſtentiam inflammationis perueniunt, ac tardius ſanãtur. Qua.n. ratione vix aliqd in ſe humoris externi ſuſcipiũt, cũ durę ſint, ac denſę huiuſcemodi partes, ac ipſa ratione cũ difficultate dimittũt. Quapp Hippo. podagricis inflãmatiõibus terminũ integræ ſolutiõis nõ diẽ quartũdecimũ, ſed quadrageſimũ poſuit, qa qui in articulationibus humores inſunt, ꝑ ligamẽta ipſas amplexantia oportet ꝑ modũ vaporis euacuari, & q ẽt in ipſa ligamẽta inciderũt. Meminit aũt & in prognoſtico quadrageſimi diei, vt in quo iudicantur quæcũq;, neq; iã ſunt diuturna exquiſite, & acutorũ terminũ exciderũt. Dictum autẽ eſt plenius de talibus in tractatione dierum iudicatoriorum.

.l.

PRæciſſo cerebro aduenit febris ea ratione cõmuni qua quolibet mẽbro principali patiente inflãmationẽ, ſubſeqtur febris. Bilis vero vomitus fit compatiente vẽtriculo pp eius cũ cerebro cõmunicationẽ, ore præſertim ipſius ad qđ terminatur ex cerebro effatu digna quædã neruorũ coniugatio. Cõſueuit qdem & aliter in magnis doloribus, atq; mœroribus fortibus ad vẽtriculum fluere biliosa ſupfluitas, & multo magis cũ ipſe male affectus fuerit. Ad ea.n. q̃ talia ſunt feruntur partiũ proximarũ ſupfluitates, q̃ præſertim tenuem habent ſubſtantiam,

qualis eſt ipſe biliosus humor, atq; vna cū eo quæcūq; ſeroſa ſuperfluitas, q̄ ſępius in vomitibus bili cōmiſcet̄, & raro admodū accidit, vt bilis exquiſita euomatur cui ſeroſam ſuperfluitatem nō videamus admixtam. Apparet aūt & in ſanis, cū diu a cibo abſtinuerint: præſertim in illis qui natura ſunt biliosiores, tales in ventriculū humores admitti, qd̄ & ipſius morſus & vomitus manifeſtant, nō ſolū aūt cerebro vulnerato euomūt homines bilem: ſed & dura membrana circūſtante, q̄ cum in multis partibꝰ ſit cerebro agnata ci tiſſime ei cōmunicant proprias paſſiones. Eraſiſtrati autem ſectatores cū ipſas membranas velint eſſe principia neruorum, mēbranam craſſiorem inquient ſuę naturæ ratione, ſi ſola ſit vulnerata, tales afferre caſus. Si vero vſq; ad cerebrum vulnus peruenerit, quoniam ambæ membranæ prius illud admiſerint, ſic nuper dictarū ſequi paſſionum ortum fatebūtur. Dixi autem Eraſiſtrati ſectatores: & non ipſum Eraſiſtratū talia dicturos: quoniam cū iam ſenex eſſet, vt illi inquiūt, ſcripſit libros ſectionum in qbus cerebrum eſſe neruorū principiū demonſtrauit. Dictum autem eſt de his in commentariis de Hippocratis ſectione.

.li.

Qvicūq; ſani dolore capitis repēte capiunt̄, & ſtatim muti fiūt, & ſtertunt, in ſeptem diebꝰ pereūt niſi febris appræhenderit. .lii.

Oportet vero & cōſiderare oculorū in dormientibus ſuſpectiōes. Nam ſiquid album cōmiſſis palpebris ſubinſpicitur, neq; ex alui ꝓfluuio aut medicamēti potione iſtud cōtingat, malum eſt ſignum, & lætale valde.

.li.

Mvtos ſolet Hippocrates nominare, non eos tantū qbus lædit̄ vox, vel ſecūdū exuperantiā quandā, vna cū eius læſiōe dat nobis intelligēdas oēs quæ ſunt ſecūdū electionem operationes. Nonnūq̄ igit̄ illis obleſis non interit ſenſus. Quos igitur ipſe mutos appellat, contingit eſſe ſentientes. Sed ſæpius vtraq; patiunt̄, & talem affectū vocāt apoplexiā. Eſt aūt & hæc alia qdem debilis, alia vero fortis, atq; ideo dixit. Soluere apoplexiā forte impoſſibile, debilem vero nō facile, Videt̄ aūt nūc fortis apoplexię indiciū appoſuiſſe, qd̄ ſtertere dixit, ꝙ etiam profunde dormientibus accidit ſecūdū diſpoſitionis ſimilitudinē, ſecūdū diuerſum qdem vtriſq; modū. Nihilominus quatenus aliqd hab nt cōmune: vt ſtertant conſeqtur. Eſt aūt cōmune ambobus eius q̄ fit per neruos operationis debilitas, & dictū eſt de his omnibus in ea q̄ de locis patientibus inſcribit̄ tractatione. Nunc vero quantū ad expoſitionem aphoriſmi ſufficiet, dicetur a nobis, Quibus ſanis dolor in capite repente aduenerit cauſam referre oportet, imprimis ad ſpiritū flatuoſum. Sed iam & ad influentis vniuerſim materiæ multitudinem quam & nūc ad cerebrū fuiſſe delatam indicant caſus q poſt dolorem ſupuenerūt, per quos & ꝙ ſit q̄dam materia pituitoſa quo monſtrat̄, atq; idcirco febris ſupueniēs ſoluit diſpoſitionē, vt q̄ calefacit: extenuat, ac diſcutit ſpiritū flatuoſum, & pituitoſos humores. Fit aūt hoc nōnūq̄ tribus diebus, aut quatuor: nōnūq̄ vero pluribus, nō tñ vltra dies ſeptem, qa pars eſt principalis. Tales vero ptes non diu tollerant fortes ſimul: ac diuturnas paſſiones, vt ſæpius oſtendimus. .lii.

Hvt ob palpebrarū ſiccitatē, aut ꝓpter potentię ipſas mouentis imbecillitatem aliquid albi ſubinſpicit̄, cū oculi integre claudi non poſſint. Ob hoc igit̄ ipſum



ipſum in alui profluuiis, & medicamentorū purgantiū potionibus oculorꝫ albedinis aliqd ſub inſpicit̄, q̄do dormierint, nā totū corpus exiccat̄, & vires fiunt ibecilles ex talibus euacuationibus. Plus aūt ſiccitas in palpebris inoteſcit, quoniā ſunt natura ſiccæ. Sicuti ergo coria exiccata difficulter extendunt̄, eodem modo & ſimiles corporis partes, & quidem ꝙ potentia exiſtente imbecilli non poſſint exquiſite oculos claudere, ſed neq; os, vnde hiātes dormiūt liquet vnicuiq; rei naturā volēti diligētius animaduertere. .liii.

.liii.

Deſipiētię quę cum riſu, fiunt ſecuriores, quæ vero cum ſtudio, periculoſiores. .liiii.

In acutis paſſionibus quæ cum febre ſunt, luctuoſa ſuſpiria malum.

Nvlla qdē deſipientia ſecura eſt, minus vero piculoſæ quę cū riſu fiūt ſicuti temerariæ, vt ipſe noīat omnium periculoſiſſimæ, in medio āt ambarū ſunt q̄ cū ſtudio fiunt. Fiūt āt omnes patiēte cerebro, ſiue pmo & per ſe ipſum ſiue per cōpatiendi rōnem. Differunt aūt inuicē per cauſas ipſas efficiētes. Quæcunq; .n. ex ſola fiunt caliditate ſine humore vitioſo, ſimiles quodāmodo ſunt eis quæ ex ebrietate cōtingūt. Quæcūq; vero ex flaua bile, cū ſtudio perficiunt̄, ipſa vero multū exuſta, vt iam magis ad atrę bilis naturā accedat, ſunt inſaniæ ſatis furioſæ. Nā oportet ad memoriā reuocare ea quæ in aliis locis de atra bile ꝑſiniuimus, ꝙ quędam ex ea flaua bile ſuper aſſata gignitur quę omnino moleſtiſſima eſt. Quæ vero ex ſanguinis, vt quiſpiam dixerit, fece, craſſior quidem eſt illa ſecūdum ſubſtantiam, ſed plurimum vincitur prauitate qualitatis. Dictum autem ē ꝙ eam quæ eſt veluti fex ſanguinis cum volumus exquiſite loqui, nōdum atram bilē nominamus, ſed humorē melācholicum: Nominibus vero abutētes & atrā bilē aliqn̄ vocamus, qm̄ ſi nō prius euacuet̄ paulo poſt atra futura eſt. .liiii.

Infantes ſæpe vident̄ quo plorāt tpe inſpirātes inſpiratiōe interrupta, ſtāte interim thorace, deīde rurſus id qd̄ deeſt adiiciēte. Quod ipſe in epidemiis in hūc modū dixit, Duplex intra reuocatio, veluti ſup inſpirātibus, & accidit hoc nōnūq̄ potētia fatigata, nōnūq̄ ex duricie inſtrorꝫ, nōnūq̄ vero ambabus cauſis ſimul cōuenientibus, ſed & aliqn̄ pp aliquā muſculorū pectoris ſimilē cōuulſioni diſpoſitionē, nā & vis imbecillis qn̄ ſemel nequerit tantū thoracē attolllere, q̄tum aīali eſt neceſſariū, in media ſtat operatione, primū qeſcens, deinde ſic iterū cum impetu ſe effert. Durū vero inſtrumentum, cū non prompte ſequatur potentiam attollentem, ab ipſa vibratū violenter attollitur. De diſpoſitione aūt ſimili cōuulſioni: qd oportet dicere ꝙ talē faciat reſpirationē: Si igit̄ frigus muſculos thoracis appræhenderit, vel ēt neruos, duricies quędā inſtrumentis aduenient, & motus cōuulſioni ſimilis, quā febris ſua eſt apta natura ſanare, & calida auxilia. Febre vero cum his exiſtente nō poſſumus cauſare muſculorū thoracis, ſiue neruorum frigiditatē, ſed vel duriciem quæ facta eſt, vel virium imbecillitatem, vel conuulſioni ſimilem diſpoſitionem. Quicquid vero horum in cauſa ſit, non eſt bonū vt in morbo acuto cōtingat. Si itaq; de ſola tacta motione inſtrumentorum reſpirationi obſeruiētium luctuoſa reſpiratio ab ipſo dicta fuit, iam ad finem expoſitio peruenit. Sin autem & cum tali aliquo ſonitu vult tactam contingere reſpirationem, qualis flentibus accidit, vltra dictas cauſas quandam oſtendet doloroſam diſpoſitionem ex qua, veluti flentes vel gementes, vel aliquem mixtum ex vtriſq; ſonum edentes, in hunc modum reſpirant. .lv.

POdagricæ paſſiones,ſicuti & oẽs alię articulares vere augẽtur,atq; ideo ipſe ſupius in enumeratione morborũ,uernaliũ,ẽt articulariũ comeminit,in quibus,ſ.ẽt podagrici cõtinentur. Excitantur quidẽ aliqñ & auctumno his quibus p æſtatẽ tpe quo fructus maturant vitioſi aliqui humores fuerint coaceruati. Oſtẽſum,n,nobis eſt in cõmentariis de potentiis naturalibus,q̃ ſingulis partibus,ſicuti aliæ potentiæ,ita & illa ineſt,q̃ materias infeſtas excernit. Infeſtant aũt aliquæ ſua multitudine aggrauantes, .lv. aliæ vero extranea q̃litate moleſtantes. Secundũ vtrunq; igit his qui hiberno tempore in victu deliquerint, poſt modum verno diuturnæ paſſiones excitãtur,fuſſis humoribus. mox a fortibus ad loca debilia detruſis. Secundũ alterum vero tantummodo auctũnali. .lvi.

DOlores podagrici,vere & auctumno magna ex parte mouentur. .lvi.

IN morbis melancholicis ad hæc periculoſi decubitus,ſtuporem corporis, val conulſionem.vel fururem,vel cæcitatem ſignificant. .lvii.

APoplexiæ autẽ fiunt,maxime a quadrageſimo anno vſq; ad ſexageſimum. .lviii.

SI omentum excidat,neceſſario putreſcit.

FIunt qdem & pp pituitoſum humorẽ apoplexię,& conuulſiones,& cæcitates oculorum. Fiunt autem & pp melãcholicum, quoniam cõmunis vtriſq; eſt craſſitudo,non tame furor eſt paſſio cõmunis. Nunq̃ enim hæc,paſſio ex pituitoſo humore ortũ habet,cum ad ei generationem humor irritans,ac mordens exigatur. Tales aũt ſunt ſemper qdem flaua bilis,melancholicus autem humor non ſemper,ſed cum ſupramodum exuſtus,aut putrefactus malignam induerit acritudinem. .lvii.

NOn omnẽ apoplexiã,ſed nuper dictã tantũmodo,quę ex atra ſola fit bilæ cõtingit aduenire,his q dictã agunt ætatẽ,qm̃ in his maxĩe abundat atræ bilis humor,quẽadmodũ ẽt in auctũno,Q d ſi volumus ſimpliciter pnuntiare,plures ſenes laborant apoplexia. Si igit ſermo debeat eẽ verus,iungẽdus eſt cũ pore aphoriſmo,ac ſi ita diceret. In morbis melãcholicis ad hęc piculoſi decubitus,ſtuporẽ corpis q hoies occupat a q̃drageſimo anno vſq; ad ſexageſimũ. lviii.

PRopter ſermonis breuitatẽ falſus eſſe videbit aphoriſmus his q nõ recte ipſum inaudierint. Quod.n. dicit huiuſmodi eſt. Quando exciderit, hoc eſt qñ nudatum fuerit,& extra peritoneũ.i.mẽbranã abdominis interiorẽ omẽtum exierit,nõ contingit ipſum ad locũ propriũ reſtitutũ ſanũ,& ſaluũ fieri,ſicuti ſi aliud aliqd extra promeret,veluti inteſtinũ,aut aliqua viſceris fibra. Illa & enim niſi longo tpe frigeſiant qñ vulnus in parte ventris ſuperiore factũ ad cicatricem perductum fuerit,priſtinam recipiunt temperaturam. Omentũ vero ẽt ſi minimo nudetur tempore,reductum putreſcit,quã ob cauſam medici partẽ illam quæ fuerit nudata,ſolent reſecare. Hanc igit ſniam habet aphoriſmus, licet confuſius in verbis dictis proponat. Siquis vero aliqñ vidit omẽtum,quod paruo tempore extra prodierit,& deinde ad ſuum locũ reductũ,non patruerit,perpetuam qdem nõ eſſe probabit Hippocratis enuntionem. Illud tamen ſeruabit,quod magna ex pte ſolet accidere,& cõmune eſt huic aphoriſmo,ad alios ab Hippocrate dictos perpetuum quoddam ex figura dictionis oſtendenti,quamuis res ipſæ non ſemper eodem modo eueniant,ſed raro aliquando aliter accidant. .lix.

Sæpe



SAepe in articulis humor pituitoſus aceruat quẽ muccorẽ appellat a quo madefacta articulationis ligamenta laxiora redũtur, atq; ideo facile a cauitate articulus excidit,& rurſus non cum difficultate incidit,quę nunc ait accidere his q ita morbo laborant coxendicum. Quando aũt coxam ait excidere,articulum coxæ debemus intelligere,quomodo ẽt in libro de articulis dicebat. Humeri aũt articulũ vno modo noui lubricare: ac ſi dixiſſet articulũ ſecundũ humeꝝ. lx.

.lix.

QVibuſcũq; a coxẽdicũ dolore diuturno moleſtatis excidit coxa,& rurſus incidit,his muccores ſupueniunt. .lx.

QVibuſcunq; a coxẽdicũ dolore moleſtatis diuturno excidit coxa his crus tabeſcit,& claudicãt,ſi nõ vrantur.

HVnc aphoriſmũ nõ debemus a ſupiore ſeiũgere,ſed ipm ꝯiũgẽtes,ita vnũ audire ſermonẽ. Vult.n.dicere q̃ a coxẽdicũ morbo moleſtati, qb⁹ pp muccoris multitudinẽ articulus excidit & rurſum incidit,neceſſariũ eſt pceſſu tpis os cõtabeſcere,niſi pus vrendo muccorẽ exiccemus,qđ in libro de articulis cõſulit fieri in brachio iugiter excidẽte,nã & nunc eadẽ eſt ſermonis vis cũ ipſe ſuadeat aduri qđ ſcđm coxã, vt i libro đ articulis docebat,vt & id qđ muccoſũ abſumat,& vt laxitas cutis ad quã articulus lubricabat,magis ex aduſtiõe cõtracta,arctet.& phibeat trãſpõi. Q đ ſi ob multitudinẽ muccoris extra ſuũ locũ diu coxa ſteterit,ẽ qdẽ iã hoc cruris claudicatio nečario aũt cõtabeſcet,vt ẽt aliis ſolet accidere puatis motibus q illis ſunt ſecũdũ naturã.

## GALENI IN HIPPOCRATIS aphoriſmos Liber ſeptimus, interprete Nicolao Leo. .i.

IN MORBIS ACVTIS, frigus partium extremarum malum.

OMnes febre Qui antea ſcripſerũt expoſitiões aphoriſmoꝝ,circa initia qdẽ,vltra id qđ vtile fuerit,ſermonẽ extẽdũt,ſed in pceſſu remittunt,ita q̃ primũ qdem ad vtile tantũ pgrediunt,mox citra hoc,& tãdẽ ſupramodũ abbreuiant expoſitiões,adeo q̃ neq; aiaduertãt plures aphoriſmos eſſe nothos,& in propatulo falſos. Verũ vt q ſunt in diſputatiõibus fatigati prõpte ad oia annuunt,ita & ipſi oẽs admittũt quoſcũq; ſcriptos inuenerit aphoriſmos,& ad vltimã veniunt in ſuis expoſitiõibus breuitatẽ obliti prioris loq̃citatis. Nos vero & alias ipſoꝝ abſurditates conati ſumus euitare,& oẽs ex æquo ſtuduim⁹ facere expõnes quæ & veritatẽ & artis intẽderent vtilitatẽ,& interptando neq; ad extremã ſe breuitatẽ contraherent (Hoc,n.libro cõuenit nõ libri expoſitioni) neq; ad tãtã plixitatẽ quantã illi faciunt in principio expoſitionũ protraherent. Optimum vero in ſermonibus omnibus,quod & ſeruat mediocritatem in vna quaq; tractatione,hoc a principio vſq; ad finem ſeruare laborauimus. .i.

IN morbis diuturnis:qui pſertim ſunt ſine febre.& hieme,& ætate ſenili ptes extremas corpis:veluti nares,aures,pedes,& extremas man⁹ frigidas fieri nihil abſurdũ. Nõ tñ i acutis ẽ mediocre malũ: ſed caſus ſatis exitialis qđ magnis accidit viſceꝝ iſlãmatiõib⁹. Acutos aũt ipſe ait vocari morbos quoꝝ febres magna ex pte cõtinuę ſũt,i qb⁹ cũ fuerit ſine magna iſlãmatiõe:nedũ extrema frigeſcere:ſed exuri cõtigit. Cũ vero iſlãmatiõis calor adeo vehemẽs fuerit,vt ad ſe trahat p modũ cucurbitulę ex toto corpe ſanguinẽ,his qui ita ſe habẽt viſcera perurunt. Extremæ aũt ptes frigeſcunt pp defectũ

ſanguinis ad viſcera ſe recipientis,& eorum plerięꝫ neqꝫ tegumenta tolerant propter incendium quod in viſceribus ſentiunt. .ii.

NOn.n.in mediocribus oſſiū læſionibus,ſed fortibꝰ putrilaginibꝰ,talis ſpēs coloris circūſtātibus aduenit carnibꝰ:extincto ī eis.ſ.calore natiuo. .iii.

QValis paſſio ē cōuulſio moſculis,talis ē ſingultus ſtomacho q humoribus infeſtātibus aduenit,nōnūq̄ totū ipm vētriculū,nōnunq̄ os eius:& gulā, quos p vomitiones abiiciēs:ſtatim a ſingultu liberaꝛ:q ſi neqꝫ p iſtas ceſſauerit: duoꝝ alteꝝ oſtēdit, vel.ſ.cerebrū neruoꝝ principiū:vel ventriculū pati non mediocrem inflammationem. Rubor vero oculorum vtranqꝫ ſequitur diſpoſitionem:ſed prçcipue illā,quæ in cerebro exiſtit ſimilis inflammationi. .iiii.

QVod iudicatoria q̄ non iudicant, partim mortalia,partim male iudicātia ſunt,ab ipſo dictū eſt qm̄ natura in huiuſcemodi diſpoſitiōibus morbo ſuccūbit. .v.

.ii.

IN oſſe ægrotāte caro liuida malū ē. .iii.

A Vomitu ſingultus, & oculorum rubor, malum. .iiii.

A ſudore horror,non bonum. .v.

A Furore difficultas inteſtinorum,vel aqua intercus, vel mentis alienatio, bonum. .vi.

IN morbo diuturno faſtidium cibi, & deiectiones ſinceræ,malum. .vii.

EX multa potatione,rigor, & deſipiētia,malum. .viii.

A Tuberculi intus ruptione,exolutio: vomitio,aut animi defectio fit.

DIfficultatē qdē inteſtinoꝝ, vel aquā intercutē,trāſmutationis rōne,eſſe furoris ſanationē,nō eſt extra rationē,cum a capite noxii humores transferanꝛ ad inferiora. Mētis aūt alienatio tātū abeſt,vt ſit furoris ſolutio,ꝙ qſpiā magis diceret eſſe icremētū,& qdē ſi vere Hippo.cōtinuū,atqꝫ vehemētē furorē alienationē mētis noiauit.Quēdā nouimꝰ a furore mediocri quo prius detinebaꝛ fuiſſe liberatū,vn̄ ratiocinādo ꝓpēdimus ex vehemēti motu cauſaꝝ efficientiū furorē,ſolutionē fuiſſe ſubſecutā quēadmodū in morbis acutis,vehementiſſimi caſus ſolent aliqn̄ bonas criſes operari. .vi.

FAſtidiū cibi ipſum p ſe ipſum prauū eſt ſignū in morbis diuturnis. Nā in his q a talibꝰ morbis ſunt euaſuri,cōtrarius affectus ſolet accidere , vehemēs.ſ. ciborū appetētia. Quare cibi faſtidiū haud,quaq̄ bonum eſt ſignum. Multo vero magis qn̄ fuerint prauç deiectiōes. Sinceras vero deiectiōes noiauit ipmixtas aquoſæ humiditati,qm̄ ſolus humor euacuatus deiciꝛ, ſiue ſit bilioſus,ſiue melācholicus,ſiue porri colorē p̄ſeferēs,ſiue bilis q̄ çruginoſa noiaꝛ. Nā deiectiones huiuſcemodi exuſtam eē omnē natiuā humiditatē a calore febrili demōſtrāt. vii.

QVod quidē multa potatio,nō aquç ſed vini potionē ſignificat, vnicuiqꝫ manifeſtum. Deſipiunt aūt ex talibus potionibus aliq capite oppleto plurimo ſanguine,ac ſpiritu calido. Ob hāc ipſam vero cām, & calidiores reddunꝛ,p̄cipue qdē caput,ſed & corpus vniuerſum. Pauci enim ex ipſis ſunt,q cū deſipiētia rigeāt,in qbꝰ calor natiuus nō accēdiꝛ ſed ob ml̄titudinē extiguiꝛ ſicuti ignis lignoꝝ ml̄titudie ſupiniecta & lucernç flāma oleo vniuerſim ſupfuſo. viii.

TVberculū nominauit , quod in aliis ipſe ſolitus eſt vocare ſuppurationem. Intus vero ipſius ruptionē,ad vētriculū dicit , ad hāc enim cōſeqꝛ vomitus ſicuti tuberculoꝝ in thoracē,atqꝫ pulmonē ruptio,nō uomitiōes,ſed ex ne-
ceſſitate



ceſſitate quidem tuſſim excitat,ſed ſæpius etiā ſtrangulat,quemadmodū ſuppurationum ad inteſtina ruptiones,puris faciunt deiectionem. Cōe autē omniū ruptionum eſt exolutio,& animi defectus,ꝑ vitalis ſpiritus excretionem , vt alibi a nobis eſt demonſtratum. .ix.

HIc aphoriſmus magnā nobis affert vtilitatē ad perſuadendū , ꝙ aliqn̄ fiat deſipientia ex defectu ſimilimō q uo manuū,ac pedū tremores. Hçc ſi qdē membra propter potētię ipſa mouētis imbecillitatē īfirmas habēt motiones,& cerebrū vacillantes,ꝑ quod neqꝫ vehemēs eſt hoc deſipientiæ genꝰ, ſed mediocris , atqꝫ vt quiſpiā diceret delirantis. Ipſe ſi qdem ſolet mediocrē inſaniā,delirio nominare . Si ergo conuulſio aliqn̄ tali deſipientię coniungatur,oīo ſalus eſt deſperata. Quædam igiꝛ exemplaria cū coniunctione ſcripta ſunt,quædam vero cū illa,quæ obdiſiunctiua nominaꝛ,vel, ſecundū quā etiā deſipientia,non bonus eſt caſus,poſt ſanguinis fluxum etiā ſi ſola contigerit,multo aūt magis cōuulſio etiā ſi abſqꝫ deſipientia facta fuerit. Maximum vero malū eſt ambarum cōuentus,quādo & ex immoderata euacuatione conuulſio caſus eſt admodum exitialis,nam deſipientia minus mala eſt. .x.

.ix.

A Profluuio ſanguinis,deſipientia, ac conuulſio,malum. .x.

AB ileo,vomitus, ſingultus , deſipientia,vel conuulſio,malum. .xi.

A Morbo laterali,inflāmatio pulmonis,malum. .xii.

A Pulmonis inflammatiōe phrenitis, malum. .xiiii.

IN ileis nihil exit p inferiora,& hoc eſt ꝓpriū iſeparabile paſſionis. Vomitus aūt non ſemp adeſt,ſed q̄do exitiales ſunt,& ſi vehemētius diſtorqueanꝛ,ſtercus eis aſcēdit , atqꝫ ſingultiūt. Quidā vero deſipiūt,& conuellunꝛ cōpatiente neruoꝝ principio ſtomachi paſſioni,hæc vero mihi fieri videnꝛ inteſtinis , in qbꝰ paſſio talis exiſtit,a ſe expellere ſtercꝰ appetētibꝰ,qn̄ lōgitudie tpis cœpit moleſtare,& nō potētibꝰ ſe exonerare,ꝑ eā q̄ facta ē ī ꝑtibꝰ īferioribꝰ obſtructionē, ſꝫ coactis ꝯtra nāꝫ violēter moueri,& ad loca ſupiora māꝫ noxiā extrudere. .xi.

IN pluribꝰ qdē exēplaribꝰ,in fine aphoriſmi adiectū eſt malū , in qbuſdā vero ita ſimpl'r ſcribiꝛ, A morbo laterali inflāmatio pulmonis. Volētibꝰ illis,q in hūc modū ſcribūt,nō ꝙ ſit bonū,vel malū,pulmonis iflāmatio morbo laterali ſupueniēs,ipm docere,ſed ſimpl'r hoc vnū tm̄mō,ꝙ morbꝰ lateralis ſoleat in pulmonis iflāmationē trāſmutari,vel morbo laterali pulmonis iflāmatio ſupuenire. Hæc āt trāſmutatio fit qn̄ priore ceſſante morbo,aduenit alter. Supuenit āt q̄do altero manēte,alter adiiciꝛ,veꝝ hoc ī loco vꝛ Hippo.de ſupueniētibꝰ agere,qbus ſtatim hoc ineſt ꝙ mala ſint,adeo ꝙ ſi ēt hoc verbū malū nō adiiciaꝛ,vel ſubaudiēdū ē,ſcdm modū a cōi dictū,vel potētia oñdi ē exiſtimādū. Oīs.n.huiuſcemodi ſupueniētiū cōſiſtētia,neqꝫ ꝓuos,neqꝫ mites inſeqꝛ morbos,ſed malos,atqꝫ malignos. Exēpli grā,ſtati in dictis ī aphoriſmo paſſiōibꝰ,qn̄ nō ꝑt iſ q morbū faċ lateralē ī coſtis humor ꝯtineri,ꝓs eius aliq̄ ad pulmonē ferꝛ. Ad inflāmationē qdē pulmōis morbꝰ lateralis nō admodū cōſeq ſolet,qm̄ ſi mitis fuerit iflāmatio,oīs humor noxius p ſputū expurgaꝛ,ī ꝑnitioſis vero:anq̄ coſtę patianꝛ,ſtrāgulat ęgrū. .xii.

QVādo a calido humore fit iflāmatio pulmonis q̄ multos vapores trāſmittit ad caput,cerebrū īplet vaporibꝰ,& facit phrenitidē,alia āt cōia ſunt ad priꝰ dictū aphoriſmū,nō in hoc ſolū,ſed ēt in ſequētibꝰ. .xiii.

MVlti expoſitores ita ſcribi hunc aphoriſmũ cognouerũt. Marinus vero a vulneribus ſcribit. Et.n. ſequentẽ aphoriſmũ ait ſibi adſtipulari. Verũ qdẽ ꝙ a vulneribus fortibus fiũt inflãmatiões, ac cõuulſiões. Sed cũ oẽs fere expoſitores præcipue vetuſtimi illã norit ſcripturã, quæ habet. Ab ęſtibus fortibus. Melius eſt vt nos ẽt eandẽ exponamus. Quidã igit̃ ꝑ æſtibus, febres intellexerũt, nõnulli vero aeris ambiẽtis feruorẽ ita nominari dixerũt, alii pro cauterijs, & eſcharis, & oẽs veꝝ dñt. .xiii.

AB ęſtibus fortibus, conuulſio, aut diſtentio neruorũ malum. .xiiii.

IN capitis ictu, obſtupeſcentia, & deſipientia, malum. .xv.

A Sanguinis ſputo puris ſputũ. .xvi.

A Puris ſputo phtiſis, & fluxus, cũ vero ſputum retinet̃ moruntur. xvii.

IN hepatis inflammatione ſingultus, malum.

Supueniũt.n. his oĩbus haud quaq̃ ad bonũ diſtentiones neruoꝝ ac cõuulſiones, ꝑꝑ neruorum ſiccitatẽ, quas diximus eſſe difficilimas. .xiiii.

DEſipiẽtia qdẽ agnoſcit̃ loquẽtibus agentibus, q nihil cõſentaneũ rõni, O bſtupeſcẽtia vero, qñ neq; aliqd dicũt, neq; agũt, ſed aptis oculis qeti manẽt, ſimiles his q ex timore ſunt attõti. Q đ vero hęc oĩa huiuſcemodi fiant cerebro patiẽte, manifeſtũ. Oſtẽſum.n. eſt in eo eſſe animæ principatũ Si igit̃ in fine aphoriſmi ſcriptũ ſit, malũ, liquet ꝙ recte dictũ fuit indicio.n. ſunt ꝙ ictus intra ad cerebrũ penetrauerit. Si vero nõ ſcribat̃, nos nihilominus poſſum⁹ ſubaudire ſicuti antea dixim⁹ a cõi. Poſſumus ãt & qa huiuſcemodi caſus vna indicãt cerebri lęſionem, magnitudinẽ paſſionis ꝯſiderare. .xv.

QVod omnis hæc enumeratio ſit eorum quæ proprie ſuperuenientia uocant̃ de qbus Praxagoras vnũ volumen ſcripſit, haud paruũ, manifeſtũ eſſe arbitror ex ipſo aphoriſmo. Neq;.n. oẽ ſputũ ſanguinis ſequens hẽt ſputũ purulẽtũ, ſed qđ malignũ exiſtit, tale ãt eſt magna ex ꝑte ex pulmõe. .xvi.

QVam ꝓprie græci, & præſertim atheniẽſes noĩant phthoem, hãc nũc Hippo. pthiſim noĩauit, quæ pulmonis vlcera inſanabilia cõſequit̃ totius corporis, cũ febre parua, extenuationẽ. Fluxũ aũt, aut de capillorũ defluuio, aut de hũida dixit deiectiõe, ambę.n. ꝯſueuerũt euenire, cũ tabidi, ad extremũ mali perducunt̃, alterũ ex ſiccitate, altera ex potẽtię debilitate. Q đ vero ĩ fine ſcribit̃. Si ãt ſputũ retineat̃ moriunt̃, modũ mortis oñdit illoꝝ qui ex phthoe moiunt̃. Eo vſq;.n. extẽuati viuũt, donec ꝑ ea q̃ tuſſiendo expuunt, pñt pulmonẽ expurgare. Cũ vero intus manẽt, obſeruat̃ qdẽ viæ ſpũs, patiẽtes vero ſtrãgulant̃. xvii.

DIxi & antea ꝙ oẽs hi ſeriatim ſcripti aphoriſmi, de caſib⁹ docẽt q paſſionibus acutis, & iã deterioribus factis. ſuperueniunt hoc modo igit̃ nunc ſingultus hepati inflãmationẽ patiẽti dicit̃ ſupuenire: nõ ſemp, neq; quomolibet patiẽte, ſed qñ ad magnitudinẽ attollit̃, feruẽte inflãmatiõe, in quo feruore ſtomachus ad cõpaſſionẽ trahit̃, nõnunq̃ communiũ neruoꝝ rõne q ſunt, vt ipſe docuit in ſecũdo epidemiarũ. breuiſſimi, Quare tũc ſolũ cõpaſſio fit ſtomacho ad hepar qñ inflãmatio, & maxima, & peſſima fuerit, & qdẽ bile ſatis calida, & multa in huius viſceris inflãmatiõibus genita, ac cõfluente ad inteſtinoꝝ principiũ, atq; ita ſupfluitãte, atq; ad vẽtriculũ recurrẽte contigit os eius morderi, atq; i õ ſingultire Nõnulli vero arbitrant̃ magnitudinẽ inflãmationis ventriculũ premere, ac ſingultum facere, non habente exitum ſpiritu, quẽadmodum inquiunt. .xviii.

Quidam



QVidã & hoc loco malũ ſubiũgũt. Nos vero pri⁹ diximus, ꝙ ſi ẽt nõ ſubiungat̃ potẽtia ꝯtinet̃. Cur vero imoderatis vigilijs ꝯuulſio ſuccedat, aut deſipiẽtia, manifeſtũ ẽ huic q priora meminerit, nã dictũ ẽ ab ipo Hip. ꝯuulſionẽ ita ab euacuatiõe ſicuti a repletiõe fieri. Ex his ãt q̃ maxĩe euacuãt, & exiccẽt, vigilię ſũt, atq; iõ cõuulſionẽ, ex ſiccitate faciũt ac deſipiẽtiã imodicę ſiccitatis rõne, ac ꝑterea q in lõgis vigilijs bilioſior reddit̃ ſãguis. .xviii.

IN vigilia, cõuulſio, vel deſipiẽtia. xix.

IN oſſis exutione eryſipelas. xx.

AB Eryſipelate, putredo, aut ſuppuratio. .xxi.

A FORti in vlceribus pulſu, profluuium ſanguinis. .xxii.

A Ventris dolore diuturno, ſuppuratio. .xxiii.

A Dictione ſincera difficultas inteſtinorum. .xxiiii.

IN oſſis ꝑciſione ſtupor & deſipiẽtia, ſi in vacuũ appræhẽderit.

In qbuſdã tñ exẽplarib⁹, & qdẽ diligẽtiſſime ſcriptis, hic aphoriſmus ſcript⁹ ẽ ſine verbo, deſipiẽtia, hoc mõ videlicet, In vigilia cõuulſio, qa vt arbitror, peſſima q̃ ſupueniũt ab Hip. ſcribũt̃ hoc loco. xix.

HOc i loco maxime oportet ſubaudire malum, neq;.n. hoc dicit ꝙ ſp, aut magna ex ꝑte exutis oſſib⁹ Eryſipelas ſupueniat nã potius contrarium verum eſt: ꝙ ita patiẽtibus oſſib⁹ raro ſuperuenit Eryſipelas. Sed quod caſus prauus eſt oſſe nudato carnẽ circunſtantem videri ab Eryſipelate appræhenſam. .xx.

CLarũ eſt & in hoc ſermõe, ꝙ malignis Eryſipelatis hæc ſuperueniunt. .xxi.

IN vlceribus inflãmatis pulſus fit non ferente carne incũbente arteriis illarum motũ, ſed dolente qñ ſe attollentes inciderint. Et.n. huiuſmodi pulſus ſenſus quidã cum dolore ex arteriaꝝ motiõe factus, quas neq; ab inicio ſentiebamus cũ membra ſe haberent ſecundũ naturã, tũ quia eorum adhæſus non eſt moleſtus, tũ qa in ſpatio laxiore mouent̃. Mẽbris vero iflãmatis & loci anguſtatio, & diſpõ dolorifica, triſtẽ afferũt laborãtibus ſenſum ex motu arteriarũ, quẽ nõ ſolũ medici, ſed oẽs homines pulſum appellãt. Videt̃ aũt & hic arteriaꝝ motus augeri in talibus diſpõibus. Oſtẽſum ſi qdẽ eſt in. Cõmẽtariis depotẽtiis naturalibus, ꝙ eſt q̃dam in ipſis vis aliena excernens, quę & ſudores criticos, ideſt iudicatorios facit, & ꝓfluuia ſanguinis, & alui iferioris deiectões, & q̃cunq; alia huiuſcemodi. Secundũ hãc igit̃ vi, nõnũq̃ vehemẽtius nã operãs, magnũ & uiolẽtũ arteriaꝝ efficit motũ appetens illa q̃ moleſtãt expellere atq; ita ꝓfluuiũ ſanguinis facit. .xxii.

SIue frigus, ſiue oio aliqua incq̃lis intẽpatura circa ventrẽ fuerit ſiue uẽtus flatuoſus, ſiue acritudo mordax, fieri non põt, vt in longum extẽdant̃, ſi oĩa circa ęgrũ oportune fiant, qa hoc in oĩbus ſermonibus talibus ſubaudire oportet. Relinquit̃ igit̃ ꝙ adhuc dolor ꝑdurat ꝑꝑ inflãmationẽ q̃ tpis, ꝓceſſu. ſ. ſuppurabit niſi hoiem morte ꝑripiat, nã & hoc ſubaudire opꝫ i oĩb⁹ ſermonib⁹ talib⁹ .xxiii.

DEiectiões ſinceras ſolet, vt dixi. Hip. noĩare ĩpmixtas aquoſę humiditati q̃ ſolũ habẽt ſinceꝝ illũ q ĩfra deicit̃ humorẽ, ſiue ſit flaua bilis, ſiue atra. Nihil igit̃ miꝝ ſi ĩ talibus deiectiõibus aliqđ ĩteſtinũ exedat̃. .xxiiii.

IN oſſe qđ in capite eſt ꝑciſo videlicet, nõ ſimpliciter, neq; vtcũq; contigerit, ſed vſq; ad interiorẽ ſupficiẽ, quã vacuus excipit locus q cerebꝝ ꝯtinet deſipiẽtia fit, nam iam paſſio ꝓxima exiſtit mẽbranis, & cerebro. Marinus autem neſcio

quo mō legēdũ ſeorſum exiſtimat. In oſſis ꝑciſione deſipiētia, & rurſus ſeorſũ facit principiũ aphoriſmi ſecũdi. Si vacuũ appħēderit adiiciēs ipſi ex potu medicamēti, cōuulſio mortale, ita ꝙ totus aphoriſmus talis fiat. Si vacuũ appħēderit ex medicamēti potione cōuulſio mortale. Rationabl̃r. n. inqt hoc dici: ſemp. n. factā ex euacuatione cōuulſionē dānari ab Hip. ſed hoc qdē recte Marinus inqt, ꝙ pp immodicā euacuationē facta cōuulſio eſt exitialis, ſic igiť & facta ex potione medicamēti ē exitialis. verũ non aīaduertit, ꝙ ſmonē priorē falſũ oñdit, nam apte falſum eſt ꝙ in oſſis ꝑciſione deſipiētia fiat. Neq;. n. ex alicuius oſſis alterius, neq; eius qđ cerebrũ tegit ꝑciſione dementia ſeqtur, anteq̃ ad mēbranas paſſio pertingat. .xxv.

MEdicamēti potiões, & medicatiões ꝯſueuit Hipp. ꝓprie noiare eas tm̃, q̃ cũ purgātibus fiũt medicamētis. Qđ vero conuulſio q̃ fit iſtis ſupramodũ euacuātibus lætalis exiſtat, ſi quis eoꝝ meminit quæ ſępius a nobis ſunt dicta non ignorat.

.xxv.

EX medicamenti potione cōuulſio lætalis eſt. .xxvi.

IN forti dolore ventris partium extremaꝝ frigiditas, malum. .xxvii.

MVlieri vtero gerēti, ſi tentio ſupuenerit, facit aborſum. .xxviii.

QVādo os, aut cartilago, aut neru⁹ abſcindiť in corpe, nō augeť. .xxix.

QVi alba pituita detinetur, ſi fortis ventris fluxus ſuperuenerit, a morbo liberatur.

.xxvi.

FIt qdē & ſicuti ſupra dictũ eſt ob magnitudinē inflāmatiōis in viſceribus ptiũ extremaꝝ frigiditas. Fit āt & pp aię defectũ, vel qa calor natiuus extinguať, vel qa pp multitudinē ſtranguleť, & tũ pręcipue cũ frigida fuerit, fit aũt & pp dolorē vehemētē, medias corpis ptes occupātē, ob quē natura in ſeipſā cōtrahitur & ad eā cōſeqtur ſanguis, nō ſolũ extremas corpis ptes derelinquēs, veluti, pedes & manus & caput, ſed & cutē vniuerſam. Cām igiť quādam pticularem dixit Hippo. hoc in ſermone partiũ extremaꝝ frigiditatis, ſicuti & in pluribus aliis ſermonibus hoc ipſum feciſſe oſtendimus, & nihil mirandũ illũ qui primus multa adinuenit, nō omnium ſimul, ſed ſingulorum particulatim feciſſe mentionem. .xxvii.

CIrca inteſtinũ qđ rectũ noiatur tentio fit: eandē hñs cām, ac diſpōnem quā in difficultatibus inteſtinoꝝ ſuſcipit aliqđ ex his q̃ ſupius iacent inteſtina. Hęc āt paſſio nomen accepit vt inqũt ob illa q̃ fit ī ea tentione ob quā cum cacare vehemēter appetāt ꝯtinue exurgũt. Ob talē igr̃ tentionē, atq; moleſtiā & totũ aliud corpus laborat, ſed ꝑcęteris vterus q cognatus eſt recto inteſtino. Nihil āt mirũ ſi pp vehemētes, atq; freqntes exurrectiōes ac tētiōes ꝯcept⁹ abortiť, qñ & ex aliis oībus fortib⁹ motibus, atq; dolorib⁹ mulieres grauidę ſolēt abortire. .xxviii.

ET hic aphoriſmus iam ſcriptus ē antea his verbis. Qñ diſſciſſum fuerit os vel cartilago, vl̃ neruus, vel maxilla tenuis, vel ꝑputiũ, neq; augeť, neq; coaleſcit & nos in ſexto cōmentario ipſum antea expoſuimus. .xxix.

COnſueuere & alii medici q̃dā aquæ ītercutis ſpēm albā pituitam noiare q̃ſi v3 ſit ēt pituita liuida: vel tāq̃ ſui qdē rōne ſit ſemp alba, ſed pp mixtionē quorundā aliorũ humoꝝ verũ mutet colorē. Pōt aũt & ſicuti in libro de articulis ſcripſit, vertebrę q̃ in ſpina ſũt, nō tanq̃ ſint alibi vertebrę, volēs diſtiguere ſed ſimplici vtēs adiectiōe, ita & hoc ī loco abſq; diſtictiōe, albi feciſſe adiectionē. Hoc aũt ex forti alui ꝓfluuio vel diuturno (vtrũq;. n. ſcribiť) ſolui albę pituitæ ſu-

perabundantiam



perabundantiā cōmune eſt ad multa alia, quæ ita ab eo dicta ſunt. .xxx.

HOc indiſtincte dictũ eſt, fierent. n. aliquando excrementa ſpumoſa ſpirituoſo humore ex capite ad ventriculũ defluente. Fieret āt & vaſis, qui ad ipm̃ ꝑueniũt illũ effundentibus. Fieret ēt quando in ipſo ventriculo vnā habēs, vt quiſpiam diceret cām cōtentiuam, quomodocunq; excernatur, aut fiat, antecedētes vero plures. Eſt autem huius pituitæ cauſa contentiua flatuoſus ſpiritus: dum humori cōmiſceť vehemētē hñs motũ & inęqualem, ita ꝙ & ipſe diſrũpiť, & pituitā frangit ī multas ptes, & ꝑuas. Talis vero motus ipſius eſt cā, & propria nā & nōnunq̃ multitudo caloris. Sic & in his q̃ elixanť appet ſpuma, & maxime cum tenacem habuerint naturā. In mari ēt cũ violentia ventis agitato. Qui vero arbitranť a pulmone ad vētriculũ ꝑueniſſe, atq; ideo ipſam videri ſpumoſam neſcio qđ ingent, de his qbus fiunt a capite ad pulmonē fluctiones manifeſtę. Oportebat. n. & in his alui excremēta eē ſpumoſa, veꝝ hi neq; ſpumoſa ꝑ ſedē excernũt, neq; cũ tuſſi expuunt, & tñ ſæpius manifeſte quæ ſunt in viſcere aſperæ arteriæ ſunt eo oppletæ, quod defluxit a capite, qđ iā concoctũ eſt puri ſimile, ſed ſpumoſum minime. Sed neq; oino ex pulmōe ſpumoſum ſanguinem expuũt. Videť itaq; cũ ex ꝓpria ſubſtātia viſceris ſimul qcquā efferť, ſanguinem eſſe ſpumoſum. Sed & qui morbo laterali laborāt aliqñ ſpumoſum expuunt, ſed raro. His vero etiā rarius qui inflāmationem pulmonis patiunť calore aũt, vt mihi vr̃, intemperato, atq; igneo in patientibus ptibus aggregato. Si vero qđ a capite defluit ad aſperas pulmonis arterias, vt nonnulli volunt permeat ad inferiora, primũ ad ventriculos cordis ipſum peruenire oportebit: poſt hoc duorum alterum, primum per cauam venam ad gibba hepatis: deinde illinc ad caua, & ita per portas ad inteſtinorum in uolucra, aut primum quidem, ad magnam arteriā deinde ſic ad illam quæ eſt in meſenterio. Et quomodo adhuc ſpumoſum remaneret ſanguini mixtum, & tot cum eo venas pertranſiens. .xxxi.

.xxx.

QVibus in alui profluuiis excrementa ſpumoſa ſunt: his ex capite pituita defluit. .xxxi.

QVibuſcunq; febricitantibus ī vrinis fiunt ſedimina, veluti farina craſſior, longam ægritudinem fore ſignificat.

ET hic ſermo adhibita diſtinctione fit verus: ab experientia comprobatus, qa tales vrinæ exitiales ſunt: ſicuti etiā in ꝓgnoſtico dictũ eſt: & plurimi morte ꝑripiunť, anteq̃ ęgritudo diutius protrahať, & qcunq; ex ipſis ſunt liberati, his oībus in longũ ꝓducta eſt ægritudo, cũ diſpoſitio multā reqreret coctionem in qua talis vrina mingitur. Dictum aũt eſt a nobis in libro de criſibus, ſiue iudiciis plenius de vrinis omnibus. In Epidemiis autem (ſufficit. n. mihi de duobus ægris tm̃modo feciſſe mentionem) In primo quidem libro de Sileno ſecundo conſcripto poſt tres conſtitutiones de quo in ſua enarratione, ſic inquit. Minxit totum ſimul ſub craſſum euacuatũ ſedimen inſtar farinæ craſſioris albũ, extrema rurſus frigida vndecima mortuus eſt. In tertio aũt de ægro ordine tertio, de quo ipſe ita ſcripſit in ſuę enarrationis initio. Qui iacebat in orto Dealcis, deinde paulo infra vrinæ tenues varię hñtes ſublimamenta parua, iſtar farinę craſſioris. Hũc aũt dicit quadrageſimo die fuiſſe iudicatũ. Liquet igiť ex his exemplis, ꝙ qcunq; mingentes vrinā ſimilem farinæ craſſiori, ſi ſaluari debeant tarde liberantur. Quicũq; vero exitialiter ſe habent, contingit hos quā cito interire. .xxxii.

BIlioſum qdem ſemper acutos morbos opatur, dictū.n. a nobis eſt, ꝙ a maræ bilis humorē ita medici priſci cōſueuere appellare, ſicuti melancholicū ſemper cū adiectiōe dicūt: nō ſimplr bilē pferentes: ſicuti flauā, ſed atrā bilem notantes. Q d aūt dr̄, ſupra tenues, hoc ē aquoſę, ſic.n. cōſueuit vti tenuis applōne Hippo. nō bene vtiq; dictū videretur. Vrina ſiqdem aquoſa cruda eſt, & diuturna. Eqdē nūq̄ vidi vrinā cuius ſedimen bilioſum eſſet, ps vero ſupfluitās aquoſa. Non abſq; rōne igiẗ nōnulli expoſitores dixere aduerbiū, ſupra, nō locū, ſ; tps h̄ loco ſignare ac ſi ita diceret. Vrinaꝝ ſedimina qn̄ ab initio tenuia ſunt poſtea vero bilioſa fiūt, acutum morbum ſignificant. .xxxii.

QVibus aūt bilioſa ſedimina ſupra tenuia, acutū morbū ſignãt. xxxiii.

QVibuſcūq; vrinę diſtãtes ſūt, his turbatio fortis ĩ corpore fit. .xxxiiii.

QVibus ĩ vrinis bullæ ſubſiſtunt morbū renalē, & lōgum ſignificãt. xxxv.

QVibus ſubſidens pingue, ac ſimul totum his, renum uitium acutum ſignificatur.

.xxxiii.

SI verbū diſtantes in ppria ſignificatione accipiaẗ, rem impoſſibilē oñdet, vrina ſi qdē ſemp eſt ſibi ipſi ɔtinua, nullū ſpaciū vacuū hñs interiectū. Si vero p id ſbę ĩęqualitatē dici intellexerimus, rect: dixit fortē ſignificari pturbationē, nā ſupante nā: oīa ęqualr vnita ſunt, ęgris ꝟo cauſis tumultuãtibus, ac reniẗētibꝰ ei illud qd obtineẗ, atq; cōcogẗ aliā hēt formā. Renitēs ꝟo, atq; tumultuãs aliā, & qn̄ plura huiuſcemodi fuerint variā magis oñdunt vrinaꝝ inæqualitatē, & eius cām pturbationē. .xxxiiii.

BVllæ fiunt circūextento humore ſpiritui flatuoſo. Solet aūt hoc magis accidere: qn̄ humor aliqd tenacitatis hēt: tūc ãt & bullæ ipſæ ſūt ſtabiles, & difficulter ſolubiles. Cū igiẗ ſpiritus flatuoſus vna cū vrinis excerniẗ, ſignū eſt frigidę ęgritudinis renū. Hęc.n. aggregat ſpiritū flatuoſū, atq; iō aiūt ęgritudinē fore longã. Frigidū.n. oē ē difficulter ſolubile. & vix coctionē admittit, atq; iō diu durat. Nōnulli aūt aiūt ab acritudine vrinaꝝ apiri ora arteriaꝝ q̄ ſunt ĩ renibus, atq; ita excerni ſpiritū aliquē, q cū vrinis exit, & bullas facit. .xxxv.

SIue alui excremētū, ſiue vrina pinguis fuerit, ex colliquatiōe adipis fit, nō magis in renibus, q̄ in toto corpe exiſtentis, quare neq; oīno morbi renalis propriū eſt ſignū. Sed cōe oīs adipis ab igneo calore colliquati. Aut igiẗ ita audiendū eſt, ſicuti in his de quoꝝ vitio renali non ambigiẗ: non paſſionis genus, ſed acutiē dignoſcente, ac pdicente in hoc aphoriſmo Hippo. Vel p verbo, nephritica qd ſignificat vitiū renū, ſcribendū eſt phrenitica: ſicuti quidam ſcripſere expoſitores, Atq neq; hoc ſolius phrenitidis ſignū exiſtit, neq; ſimplr, neq; incendentis, ſed cuiuſcūq; febris colliquãtis. Quod vero totū ſimul ſermoni adiectū eſt, pōt & breuitatē tpis ſignificare, & nihilominus pōt & loci. Q d.n. adſtrictū eſt: & in ſeipſum cōtractū ſimul totū noīamus, cōtrariū exiſtens diſtracto, atq; diſperſo. Hæc igitur vſq; ad hoc ēt a noſtris pceptoribus fuere interptata. Q d vero mihi vr̄, iā dicā. Simul totū ſermoni adiectū mihi vr̄ de tpe dictū, atq; ideo ad pis renū oñdere colliquationē. In aliis.n. ptibus corpis adipes colliquati paulatim & nō vniuerſim cum vrina exeūt, primū colliquatione recepta a venis illi vicinis: deinde ab his q̄ ɔtinuãtur, & rurſus ab aliis, & aliis, donec ad renes pueniat. Adipis vero circa renes colliquati trāſumptio ad vrinas celerrima ē: & nō paulatim, ſed ſimul tota fit, atq; iō in renibus ipſis diſpōnē eſſe mōſtraẗ, cui rei & expientiā inueniēs, ſi diligētius aiaduerteris



teris cōſentientē. Cū vero duplex ſcriptura ſit, in qbuſdā qdē exēplaribus epiſtaſis .i. inſidens, in qbuſdā vero hypoſtaſis .i. ſubſidens ſcribitur. Primā dicimus eſſe veriorē. Inſidet.n. ſemp qd pingue eſt & nō ſubſidet, & qdē prioris aphoriſmi, dictōi magis conſonat iſta ſcriptura. In illa.n. Hippocrates dixit. Quibuſcūq; aūt in vrinis bullæ inſidēt, morbū renalem, & longū ſignificant. Conſentaneum igitur ē qd dixit inſidēt, qd deinceps dictū eſt. Quibus inſidens pingue & ſimul totū, his renū vitium, & morbum eſſe acutum ſignificatur. .xxxvi.

.xxxvi.

QVibus autem morbo renali laborantibus, prædicta accidunt ſigna, doloreſq; circa ſpinæ muſculos fiunt, ſiquidem circa loca exteriora fiant, abſceſſus quoq; exterius futuros expecta, ſi vero dolores magis circa loca ĩteriora fiãt, ēt abſceſſus expecta futuros interius. .xxxvii.

QVicunq; euomunt ſanguinem, ſi ſine febre qdem ſalutare, ſi vero cū febre malum. Curare vero aſtringentibus, & refrigerantibus. .xxxviii.

DIſtillationes ĩ ventrem ſupiorem ſuppurant intra viginti dies.

IN prioribus qdem aphoriſmis ſigna docuit per quæ renum vitia poſſemus dignoſcere, ĩ hoc ꝟo de his docet quos longo tpe ſcitur morbo renali laboraſſe, inquiens in ipſis futurum abſceſſum dolore, cū ſignis prædictis antea veniēte: hoc eſt circa muſculos, quos & ſpinę muſculos, & ſpinales medici noīant. Duplex aūt eſt horū muſculoꝝ genus, vnū qdem retro ſub cute, totam ſpinam vtrinq; cōplectēs alterum vero in partibus anterioribus, non per totam ſpinam extentum, ſed ſolum per partes ad lumbos attinentes. In vtris autem horum ſe firmauerit dolor, illic quoq; abſceſſum futurum expecta. Nunquid vero renibus ipſis ſuppuratis, aut ſolis muſculis, aut aliquando vtriſq;, nondum præfiniuit. Experientia vero hęc omnia fieri oſtēdit, nam & muſculi ſoli nonnunq̄ hoc patiūtur, interiores ſcilicet & anteriores vel poſteriores, & exteriores, & ſine muſculis renes, nonnunq; introrſum, nonnunq̄ extrorſum vergente in ipſis abſceſſu. .xxxvii.

VOmitus qdem fit e gula, & ventriculo, cum tuſſi autem expuunt ex aſpera arteria atq; pulmone elata. Quidā vero huius libri expoſitores aiunt ſub verbo euomunt cōpræhenſos eſſe, & illos q ex aſpera arteria atq; pulmone ſanguinem educunt. Atq ſalubrem eſſe hanc paſſionem: hoc eſt curari poſſe, quando ægri non febricitauerint: haud quaquā verum. Si enim vel quā maxime abſque febre ex pulmone cum tuſſi ſanguinem emiſerit, periculum imminet, ne curatio fiat, & ſi perdurauerit caſus, omnino poſtea febres ſuccedent. Ob hoc igitur melius eſt vt audiamus verbū, euomunt: in proprio accipi ſignificato. Cōſiderare autem, atq; diſtinguere, & quod periculo vacat in ipſo: & quod eſt cum periculo ex febris præſentia, vel abſentia, nam qui febre vacant, liquet nullam adeſſe inflammationem in loco vnde emittitur ſanguis. Quare vel alicuius vaſis ore adaperto fit ſanguinis vomitus, vel cum vlcere quidem, ſed ſine inflammatione. Curantur autem quę ſunt abſq; inflammatione vlcera aſtringentibus facile. Quæcunque vero cum inflammatione ſunt, ac febribus ne dū curari poſſint, neq; in eadem poſſunt magnitudine permanere, ſemper enim maiora fiunt, ac maligniora. .xxxviii.

VEntrē ſupiorem nunc noīat, q a thorace pfinitur, quē pulmo obtinet, atq; iō a capite diſtillatio fertur p aſperā arteriam. Supparaẗ aūt magna ex pte in

vigínti diebus,& nō vt multi ſcribunt in vno & vigeſimo. Semp. n. Hippo. diē vigeſimum iudicatorium facit non vnū & vigeſimum, quēadmodū in libris de diebus iudicatoriis oſtendit. .xxxix.

mos libros in quibus docet de Syllogiſmo ſimpliciter priores reſolu-
torios uocauit, Alios autẽ duos in quibus non de Syllogiſmo ſimplici-

ter ſed demõſtratiuo pertractat poſteriores reſolutorios appellauit:
*Ioannes grammaticus.*
Et hæc quidẽ q̃tũ ad inſcriptionẽ attinet: In eandẽ pariter ſentẽtiã
ſcribit Ioãnes grãmaticus in cõmentarijs prioꝝ reſolutiuoꝝ vbi cãm
inſcriptionis inquirit: Ita ſcribẽs: Cauſam aũt inſcriptionis inquirere
oportet: cur nam reſolutorij: & nõ de Syllogiſmis inſcribuntur: Nam
reſolutio pluribus modis dicitur eſt enim reſolutio totius in partes
& cõpoſitoꝝ in ſimplicia qua utuntur geometrę & corpoꝝ naturaliũ
*Reſolutio multiplex*
in elemẽta quatuor & etiã reductio Syllogiſmoꝝ in proprias figuras:
alioquin autẽ cum reſolutionis nomen multipliciter dicatur: Licet &
ſecundũ hoc dicere reſolutionẽ eſſe regreſſionẽ quãdam ad id quod
prius eſt: Et cauſa compoſitionis exiſtit: Vnde querendi datur occa-
ſio cur cũ Syllogiſmus compoſitio ſit &,pluriũ ꝓpoſitionũ collectio
non autẽ reſolutio libros in quibus de Syllogiſmis pertractat reſolu-
torios uocauit? Oportuit enim potius compoſitorios inſcribere: Vt
igitur ſimul & inſcriptionis cauſam & totius voluminis diuiſionem
explicemus: Ita dicimus diuiditur hoc volumen in tria capita, Docet
autem nos in primo quidẽ cõpoſitionẽ Syllogiſmoꝝ: In ſecũdo vero
quo pacto nobis propoſitionũ copia ſuggeratur: In tertio autẽ agit
de Syllogiſmoꝝ reſolutione: Ex tertio igitur capite vt quod cæteris
dignitate pręſtaret (omnis ſiquidẽ Syllogiſmus ex reſolutiõe cogno-
ſcitur in qua figura ponatur) hoſce libros cenſuit inſcribẽdos: Alio-
quin qui reſolutionẽ nouit pariter & compoſitionẽ nouit: Quæ enim
*Nõ oẽs homines qui ſciũt cõponere ſciũt etiã reſoluere.*
diſſoluit hæc eadẽ haud magna cũ difficultate cõponit: At vero cõ-
tra ſe res habet: Nam & vulgares homines ſciunt quidẽ,componere
veluti nomina,& verba,& orationẽ conſtituere atq; proferre veluti
Socrates ambulat Ipſam aũt reſoluere neſciunt,& docere quidnam
eoꝝ ſit verbũ quid nomẽ: Idcirco aũt priores dicuntur quoniam de
Syllogiſmo ſimpliciter qui materiei proportione reſpõdet cum nul-
lam formam habeat hoc in loco pertractatur: & quoniam genus ſuas
ſpecies antecedit: Eſt autẽ uniuerſaliter ſyllogiſmus genus & demõ-
ſtratiuorum & reliquarum ſpecierum non abſq; ratione libros in qui-
*Ioannes grammaticus.*
bus de eorũ genere pertractat priores: In quibus uero de ſpeciebus
poſteriores reſolutorios inſcripſit: Hæc autẽ Ioannis grammatici ra-
tio cauſam tãtum aperit ob quam hi duo poſtremi libri in quibus de
ſyllogiſmo agitur demonſtratiuo qui eſt ſpecies Syllogiſmi ſimplici-
ter poſteriores dicantur: Cur autẽ reſolutorii ſicuti & duo antecedẽ-
tes hoc in loco non explicat: Sed in cõmentariis in ſecũdum librum
poſteriorũ quorum alteri latini uerbum ex uerbo ut uidetur ex græ-
ca lingua tranſlati prolixi tamẽ: & prioribus in primũ librum de de-
monſtratione cõmentariis eiuſdem Ioannis grammatici expoſitionũ

ac dubitationũ copia reſpondẽtes alteri uero græci habentur multo
latinis breuiores adeo ut ueluti quoddam eorum cõpendium eſſe ui-
deantur cauſam aſſignãs cur duo libri ſequentes in quibus agitur de
demonſtratione reſolutorii inſcribantur ita ſcribit: Quoniam autem
& hoc antiqui expoſitores prętermiſerũt cauſam ueram aſſignare ob
quam demõſtrandi ratio reſolutoria ſit appellata hanc quoq; afferre
eſt neceſſarium: Quam enim expoſitores in prioribus reſolutorijs in-
ſcriptionis cauſam attulerunt illis quidẽ conuenienter aſſignari uide-
mus: His uero in quibus demonſtrãdi ſcientia traditur minime: Neq;
enim demõſtrãdi ſcientia imperfectior eſt ea q̃ ſingulos Syllogiſmos
docet in proprias figuras reducere adeo ut ex illa nũcupationẽ tra-
xiſſe uideatur: Siquidẽ omnia quę de Syllogiſmis tractãtur ad demõ-
ſtrationẽ tanq̃ ad finem referuntur: Quod etiam Ariſtoteles ipſe in
primo priorum reſolutiuorũ exordio teſtatur cum ita ſcribit: Primũ
**Ratio vo-** dicere oportet circa quid: & de quo conſideratur quia circa demon-
**cabuli re-** ſtrationem & de ſcientia demonſtratiua &c. Quid igitur de reſoluto
**ſolutio.** rij uocabulo dicemus? Videtur quidẽ impoſitum ad ſignificandũ pro
greſſum ab his quę ex principijs ortum habẽt ad ipſa principia quod
& ipſum reſolutionis nomen oſtendit: Eſt enim reſolutio effectuum
poſteriorum in priora: ac ſuperiora ex quibus cõſtant videturq; pro
tranſlationẽ ſumptum ab his qui poſt peregrinationẽ ad proprios la-
res reuertuntur: Nam qui a patria recedunt: ac deinde regrediuntur
reſoluere dicuntur: Sicut autem & diffinitio & diuiſio & demõſtratio
multipliciter dicitur: Ita & reſolutio: Eſt enim reſolutio tranſitus a cõ
poſitis ad ſimplicia: ex quibus tanq̃ ex proprijs principijs ideſt elemẽ
tis ſunt conſtituta: Eſt & Syllogiſmorum reſolutio in figuras ueluti in
principia quedã ac regulas artificioſas & ſcientiã pariẽtes: Eſt & alia
eorundem ſyllogiſmorũ reſolutio in principia hoc eſt in propoſitio-
nes ac terminos ex quibus primis fuere cõſtructi: Dicitur etiam reſo-
lutio ad uniuerſalia a particularibus aſcẽſus ut a ſingularibus ad ſpe-
cies ſpecialiſſimas: & ab his ad ſuprema genera quod reſolutionis ge
nus Ariſtoteles ut quę magis ſit diffinitionis inuentioni accõmodata
diuiſioni pręponit: Dicitur & reſolutio cum notum aliquid in princi-
pia & cauſas ex quibus & ꝙ ſit & ꝙ noſcatur habet reſoluimus iuxta
quod reſolutionis ſignificatum ſcientia demõſtrandi reſolutoria ap-
pellatur: Quod enim Luna interiectu terrę deficiat ex poſterioribus
ad priora aſcendẽtes agnoſcimus ac poſtmodũ inuenta cauſa demõ
ſtrationem componimus: Nam Lunã quidem deficere ſenſu compræ
hendimus huius deinde cauſam intellectus inueniẽs de eadem ſcien-
tiam ſcribit hoc pacto: Luna quidem deficit quod deficit aliquod ha-

bet: quod obijcitur: Hic ab effectibus ad cauſas progreſſus reſolutio
appellatur poſt quẽ ſequitr̃ demõſtratio deſcẽdẽs a cauſis ad effectus
hoc modo: Lunæ aliqd obijcitr̃ cuicũq; aliqd obiicitr̃ deficit: Item terra
mouetur: cũ autẽ mouetur uẽtus in penitioribus eius cauernis inclu-
ditur igitur terra uentum habet introcluſum: Hæc quidem reſolutio
dicitur: Poſt modum fit demonſtratio hoc pacto: Ventus in terræ ca
uernis includitur: Vento autem introcluſo terra tremit igitur eſt tre-
mor terræ: Aut igitur hanc ob cauſam demonſtrãdi ſcientia reſoluto-
ria appellatur: Aut quoniã medius terminus in demonſtratione uim
obtinet omnem: Hic autẽ eſt rei diffinitio quæ ex reſolutione inueni- **Ars demõ**
tur: Vt ipſe Ariſtoteles ſentit atq; ideo ars demonſtrãdi: reſolutio di- **ſtrãdi cur**
citur: Vt quæ ſine reſolutione conſtare non poſſit: Poteſt autẽ quis **reſolutiua**
& illud affirmare priores quidem libros dici reſolutorios ob cauſam
prius aſſignatam quoniam nulla eſt in ipſis contemplatio perfectior
ea per quam Syllogiſmi in proprias figuras reſoluũtur: At primus li-
ber poſteriorum qui antecedit hunc ob cauſam ſuperius expoſitam
quoniam. ſ. demõſtrationis principia per reſolutionem inueniuntur:
Propoſitus autẽ liber. ſ. ex duobus poſterioribus ſecundus ideo reſo-
lutorius inſcribitur quoniam in ipſo de medio demonſtrationis quod
eſt ipſa diffinitio rei tractatur: Hæc autem per aſcenſum a continen-
tibus ad contenta inuenitur: Qui modus quidam reſolutionis exiſtit:
ut ipſe Ariſtoteles in ſequẽtibus indicabit: Atq; hoc pacto ſingulis li-
bris ſue inſcriptionis cauſa erit aſſignata: Fortaſſe autem ex hac eadẽ
inſcriptione monſtratur non placere Ariſtoteli modum illum inueſti-
gandi diffinitionem per diuiſionẽ: Quem Platonici maxime probãt:
In aliis autem cõmentarijs græcis qui etiã ad Ioannem grammaticũ
referuntur authorem in eandem fere ſententiam iſta ſcribuntur quæ
cauſam exponunt cur primus liber atq; ſecundus poſteriores æque:
ac duo priores reſolutorij inſcribuntur: Quoniã medius terminus in
demõſtratione eſt diffinitio ex accidenti etiam de diffinitione in hoc
libro cõſideratur: Nam proprius de diffinitione differendi locus eſt
in ſeptimo eius uoluminis libro: quod poſt naturalia inſcribitur: Hic
autem non tanq̃ de diffinitione ſed de cauſa potius & medio doctri-
nam inſinuat: Cum uero & demonſtratio reſolutio dicatur, pars au-
tem demõſtrationis eſt iſta tractatio vt quæ de medio eiuſdem edo-
ceat id circo & ipſa reſolutoria uocatur: Primus autem liber demon-
ſtratiuæ ſcientiæ reſolutorius inſcribitur non eadem ratione qua duo
antecedẽtes, Illi enim a potiori artis Syllogiſticæ parte talem ſortiti
ſunt inſcriptionẽ: Nam prior atq; præſtantior eſt ille tractatus in quo
docetur quomodo ſinguli Syllogiſmi in proprias figuras reſoluũtur:

Siquidem Syllogiſmũ in propoſitiones reſoluimus, has in terminos, &
medium aſſumimus atq; hic Syllogiſmi figura reperitur: Quod ſi illa
omnia propter demonſtrationẽ quærũtur ut ipſe Ariſtoteles in prin-
cipio trium figurarum inquit ꝙ uidelicet conſideratio de demonſtra
tione exiſtit: Finis autẽ dignitate pręcellit ea quæ ad finem ſunt om-
nibus quæ ante ipſam ſunt dignior erit demonſtratio: At quoniã ſpe-
cies quædam demõſtrationis eſt demonſtratiua ſcientia idcirco reſo-
lutoria appellatur: Nam eius principia a nobis per reſolutionẽ inue-
niuntur cum ab his quæ nobis priora ſunt ad ea quæ natura antece-
dunt uidelicet ad cauſas ipſas aſcendimus: Primum enim percipimus
ſenſu Lunam deficere intellectus deinde cauſam rimatur & inuenit:
Ita enim raciocinatur quod deficit ei aliquid obijcitur, hæc reſolutio
ad cauſas ex effectibus progreditur: Deinde demonſtratio deſcẽdit
a cauſis ad effectus, hoc modo Lunæ aliquid obijcitur: Cui aliquid
obijcit̃ deficit, Luna igitur deficit: Rurſus etiã terrã cõcuti uidemus,
unde ita dicimus: Terra cõcutit̃, cũ terra cõcutit̃ uẽtus in eius cauer-
nis in cluditur: Hæc quidẽ reſolutio eſt: Deinde ſequit̃ demõſtratio:
In terræ cauernis uentus includitur uento interclusſo fit terræ tremor
in terra igitur ttemor fit: Vel igitur ex hac cauſa inſcriptioni occaſio
data eſt, uel quoniã in demonſtratione medius terminus ſummã obti
net uim: Hoc autẽ eſt diffinitio rei: Ipſa uero diffinitio per reſolutio-
nem inuenitur: Cum enim hominem cõſpicimus in illa reſoluimus ex
quibus ipſum natura cõſtituit, uidelicet animal rationale mortale in-
telligentiæ ac diſciplinæ capax: atq; itah æc omnia aſſumẽtes homi-
nis diffinitionẽ componimus: Dicitur etiã reſolutio a particularibus
ac ſingularibus ad uniuerſalia donec ad ipſum generaliſſimũ pertin-
gamus aſcenſus: Eſt etiam reſolutio a re aliqua nota ad principia cau
ſaſq; ex quibus res ipſa conſtat atq; inoteſcit regreſſus iuxta quod re-
ſolutionis ſignificatum etiam demonſtratio dicitur reſolutio: Eſt etiã
reſolutio ex effectibus ac poſterioribus ad principia cauſaſq; ex qui-
bus effectus conſiſtũt recurſus: Sumptum eſt reſolutionis uocabulum
per tranſlationem ab his qui poſt peregrinationẽ in ꝑpatriam reuer-
tuntur: Nam ad proprios lares ab externis regionibus reditus reſolu
tio uocatur: Dicitur etiam reſolutio a compoſitis ad ſimplicia ex qui-
bus componitur tranſitus: Eſt autem & Sillogiſmorum in figuras re-
ſolutio ſiquidem eoſdem in propoſitiones & terminos reſoluimus:
Hæc quoq; ex cõmentarijs Ioannis grammatici in ſecundũ librum re
ſolutiuorum poſteriorũ uel potius ex eorundem compendio ſumpta
ſunt: Sed & idem Ioannes grãmaticus in magnis cõmentarijs dicto-
rum libroꝝ Ariſtotelis non minus q̃ cæteri græci expoſitores de qua-
tuor

Diffinitio ꝑ reſolutionem inuenitur.

tuor doctrinis quales nam ſunt & cur tot numero exiſtãt tam docte,
q̃ copioſe etiam cõſcripſit, cum inquit: Quatuor ſunt genere metho-
di quibus omnis doctrina ac diſciplina artificioſa perficitur: Diffiniti
ua.ſ.ac demõſtratiua, diuiſiua ac reſolutiua: Haud iure ſuperuacuum
uideretur cum de demõſtratione ac diffinitione ſermo habeatur de
quatuor pariter doctrinaꝝ modis explanare & quid ſint, & propter
quid ſint: & quod nam ſingulorũ ſit opus ac quo pacto ad inuicem ſe
habeant: Sunt enim uiæ quædam ac rationes intellectuales cum qui-
bus humana mens proprias inquiſitiones appræhẽdit: Adhũc.n.inuẽ
te ſunt finem ut earum adminiculo ea quæ ſunt occulta atq; recõdita
intellectus inueniat: Eſt autem diffinitiuę quidem opus propriam rei
propoſite ſubſtantiã oſtendere: Demonſtratiuæ uero per ſe accidẽ-
tia per medias cauſas proprijs ineſſe ſubiectis demonſtrare: Diuiſiue
autẽ genera ſpecierum ſiue ſubalternaꝝ ſiue ſpecialiſſimarum aſſu-
mere atq; eadem ſpecificis differẽtijs diuidere nihil prætereundo in-
termediũ: Reſolutue uero ex indiuiduis ac ſingularibus aſcendere
ad ſpecialiſſima atq; a ſpecialiſſimis ad ſubalterna ſimpliciterq; a po-
ſtremis ad priora & prædicata cum enim plurima ſint reſolutionis ac
diuiſionis ſignificata hæ ſole quæ dictæ ſunt propriã habent appella-
tionem ut quę ad diffinitionẽ ac demonſtrationẽ conducãt quas etiã
ambas Ariſtoteles ipſe in hoc libro propoſito ad diffinitionẽ accipit
inuentionẽ: Vtranq; quidem ad idem cõferre aſſerens reſolutiuã ue-
ro diuiſioni pręponens: Hæc quidem ſunt quatuor doctrinaꝝ ſua ſin-
gulis opera deputata: Reliquũ eſſet quo pacto ſe inuicem habeant
exponere: Eſt enim dubitatione dignum nũquid principales exiſtãt,
& an diffinitiuã ac demonſtratiuam relique due ueluti cauſæ conſti-
tuant: Siquidem per eas diffinitiones inueniri uidemus: uel non ita ſe
res habet: Sed hæ potius tanq̃ miniſtræ illis ſubijciuntur eiſdem quo-
dãmodo ſubſeruiẽtes ac rationi ſcientia comite illam quæ rebus ad-
uenit ab illis ſpecificationẽ præparantes: Si enim tanq̃ illarum cauſe
haſce præcederẽt ipſe per ſe ipſas perfectionẽ, & non relationem ad
illas haberent: At nũc intueri licet ipſas ad illas reſpicere, ac non ali
ter q̃ arte ſecãdi: & qua metalla effodiũtur Fabris Lignarijs, atq; au-
rificibus habilem illis materiã perficere: Siquidem genera ſunt diffini
tionum materiæ quæ cum ſint indeterminata aſſumẽs diuiſio differẽ-
tijs diſtinguit atq; idonea ad diffinitionum formationẽ operatur: De-
mum ita elaborata genera ſuſcipiẽs, ꝙ conuenientẽ eis ordinẽ ac cõ-
poſitionem adiungẽs diffinitiones inſtituit: Eodẽ modo reſolutiua ab
indiuiduis ad ſpecialiſſima aſcendit: atq; ab his ad ſuperiora genera,
ac ſemper ſubiectis cõmunia perquirit: Quæ demum inuenta diffini-

Io. grãmatici de quatuor Methodis.

Quatuor doctrinaꝝ officia.

tiue ſuppeditat quæ deinde ipſa diffinitiua ſuſcipiens ac conuenienti
ordine iungens ex his quidem quę ſunt cõmunia ſingularibus ſpecie-
tum conficit diffinitiones ac rurſus ex his quæ ſunt cõmunia ſpecie-
bus generum conſtruit diffinitiones : Quare ſi quis diuiſiuæ ac reſo-
lutiuæ eum auferat uſum quẽ diffinitionibus præſtant atq; ab illarum
reſpectu ſeiungat imperfecte & nihil aut parum aliquid utilitatis af-
ferre uidebuntur: Hæc igitur ita ſe habent : At diffinitiua ipſa eſt per
ſe ipſam perfecta & rerum explicat ſubſtantias ipſaq; demonſtrati-
uam conſtituit cum illi medium ſubminiſtret & cauſam ſine qua de-
monſtrationem fieri eſt impoſſibile omnem ſiquidem uim ab illa de-
monſtratio nanciſcitur: Poſt hanc uero eſt demonſtratiua ſtatuenda:
Reliquæ harũ miniſtræ ac famulæ exiſtunt: Sed principaliter quidem
diffinitiuę per hanc autem mediam etiam demonſtratiue: Non abſq;
ratione autem diffinitiua demonſtratiuæ præponitur : Illa ſiquidem
rerum ſubſtãtias explicat : Hæc rebus ipſis aduenientia demonſtrat,
ſicuti autem ſe habet ſubſtantia ad illa quæ ipſam conſequuntur ita
diffinitiua ad demonſtratiuam: Neq; uero ſuperuacaneũ uidetur de
numero earum aliquid dicere: Cur nãq; communes doctrinarum, ac
**Cur tantũ quatuor,** diſciplinarum uiæ : ac rationes ſint tantũmodo quatuor neq; maiori
numero neq; minori compræhẽdantur : Vel igitur ſubſtantiarum cer
tam quærimus habere ſcientiã aut eorum quæ eaſdẽ ſubſtãtias conſe
quntur ad ſubſtantiarum cognitionẽ utimur diffinitiua: Ex his autẽ quæ
quod quid eſt manifeſtant in conſequentiũ uenientes notionẽ ad eo-
rum probationẽ utimur demõſtratiua: Quia uero diffinitiuæ neceſſa
ria eſt materia eandẽ diuiſio ac reſolutio ſuppeditãt: Nam cum diffi-
nitiones ſint, uel ſpecierum ſpecialiſſimarum, uel ſubalternarum aut a ſupe-
rioribus aut ab inferioribus iſtas inquirimus & cum a prioribus rimari
placuerit utimur diuiſione ſicut cum a poſterioribus reſolutiõe adeo
q; principales quidem ſciẽtiæ ſunt diffinitiua ac demõſtratiua ad has
**Ioãnes damaſcenus.** autem diriguntur diuiſiua & reſolutiua Ioãnes quoq; damaſcenus in
libro in quo de arte quæ Logica dicitur tractãs de eiſdẽ quatuor do-
ctrinis ita ſcribit: Sciendũ eſt q; quatuor ſunt dialecticæ. i. Logicę me-
thodi. Diuiſiua quæ genus in ſpecies per differẽtias ſecat: Diffinitiua
quæ ex genere & differẽtijs quibus uſa eſt diuiſiua propoſitę rei diffi-
nitionẽ conſtituit: Reſolutiua quę id quod magis compoſitum exiſtit
in ſimpliciora reſoluit: hoc eſt corpus in humores, hos in quatuor ele
menta: Hæc autem in materiam & formã: Demonſtratiua autem eſt
quę per medium aliquod rem propoſitam demonſtrat ueluti propo-
ſitum eſt nihil demõſtrare q; anima eſt immortalis per hoc medium:
Quod ſemper mouetur eſt immortale anima ſemper mouetur igitur

anima eſt immortalis: Illud quoq; noſce oportet Syllogiſmos ad de-
mõſtrationem pertinere: Neq; nos latet reſolutiuam eſſe triplicem:
Eſt enim reſolutio naturalis cuius paulo ſupra exemplum attulimus: **Reſolutiua triplex.**
Eſt & reſolutio logica quando propoſitum Syllogiſmum in propriã
figuram reſoluimus. Eſt etiam mathematica reſolutio quando acci-
pimus id quod quæritur tanquam conceſſum atq; ab eodem progre-
dimur donec ad aliquid omnium opinione confeſſum perueniamus
ex quo poſt modum propoſitum adſtruitur, ueluti ſi in quæſtionem
ducatur : Nunquid anima ſit immortalis, hoc ipſum quod quæritur
accipio tanquam conceſſum, atq; ita raciocinor : Quando quidem
anima eſt immortalis ſunt pro malis & bonis actionibus præmia re-
penſa, ſi ſunt pro bonis & malis actionibus præmia repenſa eſt quod
iudicat & iudicatur : Si eſt quod iudicat, & iudicatur eſt q; prouidet,
Ex prouidentia tandem in prouidentiam deuenimus quam omnes
concedunt : Mox per compoſitionem dico. Quando quidem eſt
prouidentia atq; iudicium præmia rependuntur : Si præmia repen-
duntur eſt aliquod quod iudicatur : Si eſt aliquod quod iudicatur
anima eſt immortalis : Alexander etiam in Commentarijs priorum **Alexãder**
reſolutiuorum Ariſtotelis aſſignans & ipſe cauſam eorundem libro- **in priorib⁹**
rum inſcriptionis multiplex reſolutionis ſignificatum his uerbis oſten **reſo,**
dit : Ideo autem reſolutorij dicuntur quoniam compoſiti cuiuſq; ad
ea ex quibus compoſitio facta eſt reditus reſolutio uocatur : Nam
contra ſe habet reſolutio q̃ compoſitio : Siquidem compoſitio a
principijs uia eſt ad ea quæ ex principijs oriuntur : Reſolutio au-
tem reditus a fine ad principia : Nam & Geometræ reſoluere di-
cuntur quoniam a concluſione principium facientes ordine quo-
dam per ea quæ ad concluſionis demonſtrationem aſſumuntur ad
principia propoſitæ quæſtionis aſcendunt : Sed & qui compoſita
corpora in ſimplicia reducit reſoluere dicitur: & qui ſimplicium vnũ-
quodq; in ea ex quibus eorum eſſentia eſt conſtituta : ſcilicet in ma-
teriam, & formã : Sed & qui orationẽ in partes diuidit, & eaſdẽ ptes
in ſyllabas & has in elemẽta hic quoq; reſoluere dicitur: Proprie aũt re
ſolutio appellatur cũ Syllogiſmi cõpoſiti in ſimplices reſoluũtur: ſed
& ſimplices in propoſitiões ex quibus cõſtant : Sed & Syllogiſmorũ
imperfectorum ad perfectos reductio reſolutio quędam exiſtit: Iuxta
quod maxime reſolutionis ſignificatum hi libri reſolutorij inſcribun-
tur: Nam in fine primi libri quandam uiam ac rationem Ariſtoteles
tradit per quã hoc cõmode facere ualeamus : Nec minus quo pacto
ſimplices Syllogiſmos in propoſitiões ex quibus cõſtant reſoluamus
Idẽ Ariſtoteles docet eundẽ quoq; authorẽ inuenimus aliq̃do dicere

quomodo Syllogiſmi compoſiti ex ſimplicibus fiant ac quo pacto ad
eoſdem reducãtur: In quibus igitur libris de ſyllogiſmoꝝ reſolutione
pertractat hos reſolutorios priores in quibus autem de demõſtratio-
nibus hos quidem reſolutorios & ipſos: Sed poſterioreſinſcripſit: Al
cinous quoq; philoſophus Platonicus in libello in quo placita Plato-

Alcinous.

nis exponit de quatuor doctrinis ex eiuſdẽ Platonis ſentẽtia facit mẽ
tionem cuius dicta nõ grauabor apponere ut unuſquiſq; facile intelli
gat utriuſq; ſectæ & Platonicæ & Ariſtotelicę familiares philoſophos
non lõge diuerſa de quatuor doctrinis & multiplici reſolutionis ſigni
ficato ſed eadẽ propemodũ litteris tradidiſſe: Sunt autẽ hęc Alcinoi
in eodem libro verba: Maxime uero propriũ atq; intimũ dialectices
eſſe arbitratur uniuſcuiuſq; rei ſubſtantiã inſpicere: Deinde accidẽtia
cõtemplatur autẽ quid unaquęq; res ſit uel ex ſuperioribus per diui-
ſionem ac diffinitionẽ aut ex inferioribus per reſolutionẽ: Accidẽtia
autẽ quæ ſubſtãtijs inſunt uel ex contentis per inductionẽ, uel conti-
nentibus per Syllogiſmum adeo ut rationabiliter hæ ſint dialectices
partes una diuiſiua altera reſolutiua altera diffinitiua, ac pręterea in
ductiua ac Syllogiſtica ſiue collectiua: Diuiſio igitur alia eſt partitio
generis in ſpecies alia eſt totius in partes ueluti cum animam diuidi-
mus in rationalẽ atq; paſſibilẽ, ac ruſus paſſibilẽ in iraſcibilẽ, ac cõcu
piſcibilẽ: Alia eſt partitio uocis in plura ſignificata ut quãdo vnum &

Diuiſionũ modi.

idem nomẽ plura ſignificat: Alia eſt accidentiũ in ſubiecta ut cum di-
cimus: Bonoꝝ alia animam, alia corpus exornant: Alia ſunt quæ ex-
terna appellãtur: Et eſt ſubiectoꝝ in accidentia diuiſio ut cum dici-
mus hominum alij boni alij mali, alij medij: Oportet igitur in primis
vti particione generis in ſpecies, ut vnuſquiſq; rei eſſentiã cognoſca
mus hoc autem ſine diffinitione fieri nõ poteſt: Diffinitio autẽ ex di-
uiſione ortum habet hoc modo rei quæ diffinienda ſit genus diſcere
oportet ueluti quia genus hominis eſt animal: Deinde ipſum genus
per proximas ſecare differentias uſq; ad ſpecies deſcendẽdo ueluti
per rationale & irrationale & mortale & immortale: Ita q; ſi proxi-
mæ differẽtiæ cum genere coniungãtur ex ipſis hominis diffinitio cõ-
ſtituitur: Reſolutionis autẽ ſpecies tres ſunt, vna eſt a ſenſibilibus ad
intelligibilia prima: Alia eſt a demõſtratis: & ſubdemonſtratis ad in-

Reſolutionis ſpecies tres.

demonſtrabiles & immediatas propoſitiones regreſſus: Alia a ſuppo
ſitione aſcendẽs ad principia quæ ſuppoſitione non egent: Et prima
habet talem naturã ueluti ſi a bono corporis trãſeamus ad animę bo
num quod in legibus eſt: Deĩde ad infinitũ pelagus bonitatis, vt hoc
modo indagantes ipſum per ſe bonũ reperiamus: Secũda reſolutio-
nis ſpecies talis exiſtit: Supponere oportet id quod quęritur ac con-
templari quænam ſint illa priora, atq; a poſterioribus ad priora aſcẽ
dendo demonſtrare donec peruentũ ſit ad primũ, atq; confeſſum a
quo ruſus incipiendo ad rem quæſitã per cõpoſitionis modum de-
ſcẽdamus ueluti ſi quęramus nũquid anima ſit immortalis hoc ipſum
ſupponẽs quæro an ſemper mobilis deinde hoc demonſtrato, iterum
quæro an id quod ſemper mobile ſit per ſe mobile quo demõſtrato
ruſus quæro an per ſe mobile principiũ motus exiſtat deinde ſi prin
cipium an ingenitum quod ueluti pro cõfeſſo habetur cum quod in-
genitum eſt etiam incorruptibile ſit: Sumpto igitur ab hoc quod ex
ſe patet initio talis demõſtratio cõponitur: Principiũ ingenitum eſt,
& incorruptibile principiũ motus eſt id quod per ſe mouetur animã
autem eſt per ſe mobilis igitur ingenita incorruptibilis, atq; immorta
lis eſt anima quæ autẽ per ſuppoſitionẽ reſolutio fit talis eſt: Qui ali-
quid inquirit id eſſe ſupponit: Deinde quid ſequatur ad ipſum ſuppo
ſitum inſpicit ac poſt modũ ſi ſit de ſuppoſitione ratio afferenda aliã
faciens ſuppoſitionẽ inquirit, an id quod prius ſupponebatur ad aliã
ſequitur ſuppoſitionẽ ea nũq̃ inquiſitione ceſſante donec ad aliquod
principium perueniamus quod ſuppoſitione nõ egeat: De inductio-
ne autẽ & ſyllogiſmis quibus & quẽadmodum & alijs dialectices par
tibus uſus eſt Plato plura ſubiungit Alcinous quæ prolixitatis euitãde
gratia prætermitto: Nec minus Proclus philoſophus eximius qui præ Proclus.
cipue Platonis dogmata excoluit in primi libri elementorũ Euclidis
expoſitionis pręfatiõe ita de quatuor dialectices facultatibus ſcribit:
Sed Dialectica philoſophię puriſſima pars ſuper diſciplinas proxime
extenditur omnẽq; illarum continet inuolutionẽ, atq; earundẽ doctri
nis uarias ex ipſa tribuit facultates quę perfectiue ſunt indicatiuę atq;
intellectuales: Reſolutiuã dico diuiſiuã diffinitiuam ac demonſtatiuã
quibus adiunctæ atq; perfecte hæ diſciplinæ quæ a græcis mathema-
ticæ uocantur nõnulla quidem per reſolutionem inueniunt nõnulla
per compoſitionẽ & alia quidem per diffinitionẽ, alia per modum di
uiſionis ponũt nõ nulla autem quæſita per demõſtrationes abſoluũt
haſce facultates ſuis adoptantes ſubiectis ſinguliſq; ad medioꝝ uten
tes cõtemplationẽ: Quo fit ut in eiſdem diſciplinis reſolutiones, diffi
nitiones diuiſiones, atq; demõſtrationes ſint propriæ ac ſecundũ mo
dum diſciplinaꝝ cognitioni congruentem reuoluantur: Recte igitur
dialectica ſepes diſciplinaꝝ appellatur: Hæc ſunt quæ græci autho-
res non minus Platonicæ q̃ Ariſtotelicæ ſectæ familiares de quatuor
doctrinaꝝ modis & uarijs reſolutionũ ſignificatis concordi fere ſen-
tentia ſcripſere: Illud autẽ in eoꝝ ſcriptis diligẽs lector animaduertet
omnes eos quos cõmemorauimus authores reſolutiuã doctrinã de-

monſtratiuæ ac reliquis duabus tāquam ab illis diuerſam oppoſuiſſe:
Latini autem expoſitores Galeni in hoc omnes conueniunt ꝙ do-
ctrina reſolutiua de qua Galenus loquitur in proæmio artis paruæ
ſit doctrina demonſtratiua: Sed utrum hæc utatur eo demonſtra-
tionis genere quæ demonſtratio propter quid, an altero quæ de-
monſtratio quia a Neotericis nominatur ut circa initia operis dixi-
mus adhuc ſub iudice lis eſt: Et ſi uero non nulla quæ ſupra ex ue-
terum philoſophorum ſententia ſunt a nobis expoſita de eo reſo-
lutionis modo quo a compoſitis ad ſimpliciora: Aut a poſteriori-
bus ad priora ſiue ab effectibus ad cauſas accedimus probare ui-
deātur illorum opinionem qui aiunt doctrinam reſolutiuam eſſe de-
monſtrationem quæ a recentioribus philoſophis demonſtratio quia
nuncupatur: Si quis tamen eorundem ueterum philoſophorum
non modo ſcripta ſed etiam intimos ſenſus diligenter ſubtiliterq;
ſcrutetur inueniet id omnes fere innuere non eſſe ueram demon-
ſtrationem niſi cum a prioribus quæ per reſolutionem inuenta ſunt
ad poſteriora componendo procedimus adeo ut uera comprobe-

Geminus

tur gemini ſententia reſolutionē nihil aliud eſſe niſi demonſtrationis

Themiſti⁹ in poſte.

inuentionem: cui etiam ſententiæ adſtipulantur uerba Themiſtij
in paraphraſi primi libri poſteriorum reſolutoriorum Ariſtotelis ita
ſcribentis: Demonſtratio uero ſemper priora quæ ſecundum natu-
ram ſint priora deſiderat ꝙ ſi ex prioribus ſecundum nos demon-
ſtratio aliqua nectitur ut demonſtratio appellari poſſit non tamen
ſimpliciter ſed ſecundum nos demonſtratio dicitur: Idem pariter

Simplici⁹:

Simplicius adſtruit in expoſitione primi libri Ariſtotelis de phyſica
auſcultatione: Vbi quærit qualis ſit cognitio quæ habetur de re-
bus naturalibus ab his qui harum principia & cauſas ex compoſi-
tis & iam confuſis inuenerunt: Manifeſtum enim eſſe inquit ꝙ con-
iecturalis eſt huiuſmodi cognitio principiorum & non demonſtra-

Plato.

tiua unde concludit Simplicius Platonem recte phyſiologiam ideſt
rerum naturalium ſcientiam eſſe quandam icotologiam ideſt con-
iecturalem locutionem putaſſe cui etiam opinioni inquit Ariſto-
telem conſentire: Qui illam quæ eſt proprie demonſtratio vult
fieri ex immediatis & principijs per ſe creditis & ex his quæ pro-
prie ſunt cauſæ & natura priores: Neq; illud reſolutionis genus
quo Mathematici frequentiſſime utuntur, ad aliud tendit niſi ad
principiorum ex quibus demonſtratio componitur inuentionem:
Quare ijdem Mathematici reſolutionem ac compoſitionem hoc
modo diffiniunt: Reſolutio eſt aſſumptio quæſiti tamq̄ confeſſi per
conſequentia progrediens ad uerum aliquod, atq; confeſſum: Com-

poſitio eſt aſſumptio confeſſi per conſequentia procedens ad quæ-
ſiti compræhenſione: Sunt autem Mathematicorum libri & preci-

Euclidis XIII.

pue tertius decimus liber elementorum Euclidis ex editione Theo-
nis & reſolutionum & compoſitionum pleni: Idcirco Hali in expoſi-

Hali.

tione artis paruæ Galeni q̄uis non explicet qualis ſit doctrina reſolu-
tiua qua utuntur Mathematici ait tamen hanc ipſam doctrinam eſſe
Mathematicis notam quo quidem Hali teſtimonio fruſtra pluſq̄ com
mentator ſuam de doctrina reſolutiua opinionem tentauit aſſeuera-

Aduerſus pluſq̄ cō-mētatorē.

re: Si enim ut teſtatur Hali Mathematici utuntur reſolutione, ſiue do
ctrina reſolutiua non autem eſt apud eos uſitata demonſtratio quia:
Sed potius propter quid hinc ſe colligere arbitratur idem: Pluſq̄ cō-
mentator doctrinam reſolutiuam eſſe demonſtrationē propter quid:
Nos autem ex his quæ ſupra expoſuimus ſatis conſtare arbitramur
Mathematicos & diuiſionibus, & diffinitionibus & demonſtrationi-
bus & reſolutionibus uti nihilq; aliud apud ipſos eſſe reſolutionem
niſi demonſtrationis propter quid inuentionem non ipſam demon-
ſtrationem propter quid: Vnum autem mathematicæ reſolutionis
exemplum non grauarer apponere niſi ſcribendi fugerem prolixita-
tem in re præſertim quam vnuſquiſq; qui mathematicorum diſcipli-
nas uel mediocriter deguſtarit poſſit ex eorundem mathematicorū
libris perdiſcere: Vnde non poſſum non parum admirari conciliato-

Aduerſus cōciliato-rem.

rem qui habitus eſt ætate ſua ut noſtra quoq; habetur in mathemati-
cis ſcientijs uſq; ad necromātiæ ſuſpitionem excellentiſſimus auſum
contra Hali ſententiam differentia octaua pronuntiare mathemati-
cos non noſce doctrinam reſolutiuā uel ſi eam ſciunt non tamen uti
ea: Quare ait Halim ſuos ſectatores ignorantiæ baratrum detruſiſſe.
At qui Proclus & Euclidis expoſitor & omnium græcorū iudicio ma-

Proclus Mathematicus.

thematicus excellentiſſimus teſtatur mathematicos non minus reſo-
lutiua q̄ reliquis alijs tribus dialectices facultatibus uti: Quemadmo-
dum eiuſdem authoris uerba quæ ſupra de quatuor doctrinis recita-
uimus apertiſſime oſtendunt, ac quemadmodum etiam ſine aliquo
Procli teſtimonio mathematicorum libri bleni reſolutionum, ac com
poſitionum ut diximus manifeſtant: Quo circa Hali uere potuit af-
firmare Mathematicos & noſce & uti doctrina reſolutiua: Si modo
eam potius eſſe demonſtrationis inuentiuam q̄ demonſtratiuam ut
nos ex ueterum philoſophorum authoritate probauimus intelle-
xerit: Alioquin cōciliatorē non temere contra ipſum inuehi in pro-
ceſſu huius noſtræ diſputationis cōcedemus qui tamen cōciliator &
ipſe uiſus eſt ignoraſſe & quid ſit reſolutio mathematica & cur priores
ac poſteriores libri Ariſtotelis reſolutorij nominati talem ſortiti ſint

appellationẽ quæ omnia nos in præcedentibus ex ſententia ueterũ philoſophoꝝ abunde docuimus ſed ut tandem ad principale noſtri inſtituti propoſitum reuertamur ad oſtendendum.ſ.quæ fuerit Galeni de tribus doctrinis ordinatis,& de illa præſertim quã dicit in procemio artis parue ex notione finis inchoare,& fieri ſecundũ reſolutionem ſententia illud neceſſariũ habemus adijcere : ꝙ præter ſupra tactos reſolutionũ modos: Eſt quidam alius qui ut teſtatur Ariſtoteles libro tertio moraliũ eſt reſolutioni Mathematicæ ſimilis quem Galenus præcipue Methodũ reſolutionis nominat: Quidam ex neotericis Syllogiſmũ praticum uocãt : Fit autẽ hoc modo proponitur finis quem aſſequi intendimus: Deinde inquiruntur illa per quæ eundem finem poſſumus attingere nunq̃ ceſſante inquiſitione donec ad aliquod ultimũ peruenerimus quod ſit actionis principiũ: De tali reſolutione ſimili illi quam diximus mathematicã appellari : Ariſtoteles libro allegato loquitur in hunc modum : Nec ſane de finibus cõſultamus ſed de his quæ ſunt ad finem : Medicus.n.non conſultat an ſanũ faciat , nec orator an perſuadeat : Neq; gubernator reipub.an bene inſtituat ciuitatem,neq; alioꝝ quiſquam de fine deliberat,ſed poſito fine quẽadmodum ad illud perueniatur conſiderat,& ſi per multa fieri poſſe cõſtat per quod illoꝝ facillime & optime fiat perquirũt, Si uero per unum quẽadmodum per unum fiat,& id ruſus per quod donec perueniat ad primã cauſam quod in inuentione vltimũ eſt,qui enim cõſultat uidetur quærere ac reſoluere prædicto modo quaſi diagramma: Eiuſdem reſolutionis quæ a fine propoſito ſummit initium habetur exemplum etiam apud Ariſtotelẽ libro ſeptimo primæ philoſophię quam Metaphyſica id eſt poſt naturalia nominãt ubi ſcribũtur hęc uerba: Fit autem ſanum ita cogitãte.ſ.medico, quoniã ſanitas eſt tale quid, neceſſe eſt ſi ſanum futurum ſit ut hoc adſit.ſ.æqualitas, & ſi hoc caliditas: Et ita ſemper raciocinatur donec reduxerit ad hoc quod ipſe efficere poteſt: Hoc in libro Ariſtoteles uult oſtẽdere quomodo fiat ſanitas non quomodo facta ſit , ut male exponit Auerrois cõmentator qui dedit conciliatori errandi occaſionẽ ut paulo infra oſtendemus, oſtendit inq̃ Ariſtoteles quomodo ſanitas a medico reſtituatur ſi quem cõtingat egrotare: Ita.ſ.eodẽ medico ratiocinãte: Si ſanitas eſt æqualitas calidoꝝ & frigidoꝝ oportet factam in his inæqualitatem ad æqualitatem peruenire ita ꝙ alterum non ſuperexcedat alterũ ſed modice ſe habeat: Si uero debeat eſſe æqualitas oportet ut adſit caliditas, ſupponatur.n.frigiditatem ſupabundare : At ſi caliditatem adeſſe conuenit opus eſt frictione: Incipit ergo Medicus a frictione quam facere poteſt quæ quidem frictio ultima eſt ſecundũ

Septimo Metha.



intentionem ad ſanitatẽ & æqualitatẽ & caliditatẽ collata: Primum enim Medicus mente concipit ſanitatẽ : Deinde æqualitatẽ, deinde caliditatẽ ultimo loco frictionem quæ tamen in opere primas partes habet: Primũ.n.frictio caliditatẽ : Caliditas æqualitatẽ æqualitas ſanitatem facit : Et hoc eſt illud quod dicitur, ꝙ principiũ operationis eſt finis cognitionis & principiũ cognitionis eſt finis operationis quæ poſtrema uerba cõmuniter dicta uſurpat etiã Cõmẽtator ĩ huius loci expoſitione cõmento uigeſimo tertio: Sed præter hęc uerba reliqua expoſitio falſa eſt: Et ſenſum Ariſtotelis omnino deprauat, neq; enim proponit ſanitatẽ quam medicus facere intendit: Sed iam factã ſupponit, neq; æqualitatẽ nominat quam adeſſe oporteat ſi ſanitas futura ſit ſed fluxum naturæ qui ſi fuit oportuit affuiſſe caliditatẽ & ſi caliditas affuit oportuit bibiſſe pharmacum, ſeu laxatiuũ vt vtar uocabulo quo Auerrois cum tamẽ Ariſtoteles in ſuo exemplo non de fluxu: Sed de æqualitate qualitatẽ non de pharmaco ſed de frictione loquatur: Quæ faciẽs caliditatem facit etiam æqualitatẽ & conſequenter ſanitatem: Laxatiuum autem tam frigiditatẽ q̃ etiam caliditatem poſſe facere , ſi non per ſe ſaltem ex accidenti nemo medicus neſcit ex frictione de qua loquitur Ariſtoteles fieri caliditatẽ tam a vulgo q̃ etiam a medicis ſcitur : Non eſt autẽ admirandũ ſi Auerrois expoſitio corrupta eſt : Cum etiã tranſlatio quam ipſe exponit ſit deprauata quod vnuſquiſq; poterit animaduertere qui tranſlationẽ arabicam græcę contulerit quę licet & ipſa barbara ſit: Multo tamen fidelior eſt altera quam Auerrois ſequutus & ipſe grauiter errauit, & philoſophos noſtræ ætatis ( de illis loquor qui non ei minorẽ q̃ Ariſtoteli adhibent fidem ) tetra inſcitiæ caligine obtenebrauit : Mille.n.ſunt huiuſcemodi loca ne dicam decem milia apud Ariſtotelem male e græca in arabicam linguã tranſlata & cõſequenter perperam a Cõmẽtatore declarata: Sed de hoc ipſo loco libri ſeptimi de prima philoſophia non ſatis recte a Cõmentatore expoſito etiam inferius loquemur, ubi de conciliatore ſuam ex Auerrois expoſitione opinionẽ de doctrina reſolutiua confirmante uerba faciemus : Iam ad id unde digreſſi fuimus reuertamur: De tali etiam reſolutione quæ a fine concepto ſumit initium facit mentionem Simplicius in expoſitione libri ſecundi Ariſtotelis de naturali auſcultatiõe , vbi Ariſtoteles conatur oſtẽdere quo pacto eodem fere modo in mathematicis, & in his quæ a natura fiunt inueniatur neceſſitas uerba autem Simplicij locum illum exponentis hæc ſunt: Haberet autem conſequtio ſimilitudinem ſi quis finem tamq̃ natura primum conſiderauerit quoniã & propter hunc & materia eſt: Hoc autẽ & ipſe Ariſtoteles cõfirmat ex artibus:

Simpliciꝰ,

Quiſpiā enim ſtatim ab initio concipiēs uſum domus atq; utilitatē &
prius figuram animo fingens ſic apponit materiā : Eſt enim finis no⸗
tio principium ſpeculationis ſed non actionis : Duplex enim princi⸗
pium alterum ſpeculationis , alterū actionis : Et notio quidē finis eſt
ſpeculationis principium,quia egemus defenſione ideo & tectū fa⸗

Finis no⸗ tio.

cere oportet: Igitur & parietes,& fundamenta : Finis uero ſpecula⸗
tionis eſt principium actionis : Idem Simplicius in expoſitione libri
prædicamentoꝝ Ariſtotelis uolens oſtendere quam præſtet utilitatē
hic liber cum ad totius philoſophiæ tum ad artis logicæ introductio⸗
nem,declarat obiter ſecūdum quam Methodum fuerint omnes par⸗
tes Syllogiſmū demonſtratiuum conſtituentes ab Ariſtotele inuente
ſecundum Methodum.ſ.reſolutiuam,& eodem utitur exemplo artis
ædificatiuæ: In hunc modum ſcribēs utilis autem horum doctrina ad
totius philoſophiæ,& logicę tractationis introductionē: Liquet enim
ꝙ ſimplitiora ad elemētationem ſunt utilia propter quod & Geome
ter a ſimplicioribus inchoans primū de triangulis deinceps de qua⸗
drangulis docet & tunc de quinquāgulis,& de alijs qui ordine ſequū
tur multangulis: Et qui numerorum ſtudium habēt quid par, quid im
par atq; ita quid pariter par,& quid pariter impar : Quod autem ad
logicam tractationem utilis ſit ſimplicium uocum principiū hinc ma
nifeſtum: Contemplatio & actio aduerſum iter tenent & enim con⸗
templatio a fine incipiens,uia incedit ad principium : Actio autem a
principio ad finem progreditur,ueluti in domo: Nam ipſius contem
platio uſum protinus concipit propter quem eſt domus ꝙ propter
tegumentū quod a uentis,imbribus,atq; ęſtu defendit: Et quo modo
hoc fieri poſſit conſiderans inuenit ꝙ ſine parietibus tegumentū ne
quit ſubſiſtere : Parietes autem ſine fundamentis firmari non poſ⸗
ſunt: Sed neq; hæc poſſibile eſt ut iaciantur niſi terra fodiatur , & hic
deſinit,unde actio incipiens primum fodit terram: Deinde fundamē
ta iacit,& his ſuperadſtruit parietes ultimo tectum ſupimponit : Hic
igitur etiam mihi ſimile obſerua : Sicuti enim indigemus domo quæ
nos tueatur ab ea quam uenti & imbres & æſtus facit corruptionem
Ita & egemus demōſtratione quæ prohibeat illam quæ uere fit a fal⸗
ſo in contemplatione & a malo in actione corruptionē : Sicuti enim
in cōtemplatione opponitur uero falſum,ſic & in actiua philoſophia
malū opponitur bono : Et aliquo egemus inſtrumēto quo ipſa ſepa⸗
ret atq; diſtiguat ne falſa pro ueris & mala pro bonis incidamus: Hoc
autem inſtrumentū eſt demōſtratio quod eſt examē uniuſcuiuſq; rei,
neq; permittit nos debili forte,uel ueri , uel boni ſimilitudine decipi:
Sed omnia aperit,& explorat: Sicuti igitur domū qualiter fiat conſi⸗

derantes in terræ foſſionē deſinimus,ſic & demonſtrationis genera⸗
tionē contēplantes quoniā demonſtratio aliquid alicui ineſſe dicit,&
aliquid non ineſſe alicui,non ſimpliciter,ſed & cauſam apponens ob
quam inſit,uel non inſit: Manifeſtū eſt ꝙ non eſt ſimplex oratio: Sed
plurium collectio & eius quod ineſt,& cui ineſt, & cauſæ , in duas ad
minimū propoſitiones collectæ : Nam qui demōſtrat animā eſſe im⸗
mortalē per mediū hoc per ſe mobile: Ita dicit: Anima eſt per ſe mo
bilis,per ſe mobile eſt immortale,& ita ſubinfert cōcluſioné , ꝙ ani⸗
ma eſt īmortalis: Syllogiſmus igitur demonſtratiuus eſt demōſtratio:
Sed quo modo diſceremus Syllogiſmū demonſtratiuū niſi prius di⸗
ſcamus Syllogiſmū ſimpliciter,neq;.n.ſcribere hanc,uel illā formā po
terimus niſi antea ſimpliciter ſcribere didicerimus : Syllogiſmū autē
ſimpliciter quomodo cōtingit diſcere niſi ea ex quibus cōſtat prædi⸗
ſcamus: Hæc autē ſunt propoſitiones,uerū & hæ ex nominibus ſunt,
& uerbis his quidē ſubiectis,his uero prædicatis : Quare & horū co⸗
gnitio eſt neceſſaria,& neq; uſq; ad has reſolutio terminatur : Nam
& has ipſas antecedit ſimpliciū uocū cōtēplatio ſecundū quā omnia
ſunt nomina quoniā prima impoſitio tāq̄ nominū exiſtit: Cum.n.ne⸗
ceſſariū haberēt homines res inuicē ſibi ſignificare, quia a cōmuni di
ſtabant intellectione huic quidē nomē corpus impoſuerūt,huic uero
dextrū , & alteri facere uel pati nōdum facta differētia ſecundū quā
hæc quidem ſubijciūtur,hæc uero prædicātur, & hæc quidē cū ſigni⸗
ficāt tēpus hæc uero nō antecedit: Igitur uocū ſimpliciū cōtēplatio,
& ab his incipiēdū uolenti facere demōſtrationē: Cōuenienter igit̄ a
p̄dicamētis inchoamus quoniā ꝑ ipſa ad orationē ſignificatiuā & ad
res ſignificatas ītroducimur a ſimpliciorib⁹ ad cōpoſitiora : Nā poſt
ſimplices uoces quid nomē quid uerbū addiſcimus: Deinde qd affir⸗
matio quid negatio & quæ ſint haꝝ differētiæ, quæ in libro de inter⸗
prętatiōe docētur deīde quid terminus,quid ꝓpoſitio quid Syllogiſ⸗
mus & quę ſyllogiſmoꝝ ſpecies & ꝙ in unaquaq; figura,& ꝙ in ſingu
lis figuris modi fiant quæ diſcimus in prioribus reſolutorijs , & ita ad
demōſtratiuā uenimus tractationē,quā poſteriora reſolutoria inſcri⸗
pſit Ariſto. Recte igit̄ a libro p̄dicamentoꝝ & logicę tractatiōis & to⸗
tius phię initiū facimus,& ex his quæ dicta ſunt habemus ordinē libri
ꝓpoſiti lectiōis : Sed & Gal. ipſe de cuius opinione diſcerimus uſum
Methodi reſolutiuæ lib. xj. artis curatiuę tali exēplo declarat: His igit̄
qui febrē ſanare conantur neceſſariū eſt putredinē amouere q̄r duæ
ſiunt intētiones,altera a febre,altera a putredine,ut quod q̄dē febris
factū iā eſt curet,quod uero iā fit ꝓhibeat: Sed rurſus alię duę intētio⸗
nes ſuboriunt̄,& iam factā putredinē auferre,& eā quę iā fit ꝓhibere:

Hæc autem quæ iam ſit cauſam habet carentiā tranſpirationis: Nam
nihil prohibet ita nominare clarioris doctrinæ gratia : Quare & ab
hac duæ aliæ rurſus erunt indicationes & quod iam retentum eſt eua
cuantibus, & quod futurum eſt: ut retineatur prohibentibus : Prohi-
bebitur autem ſanantibus nobis obſtructionē cuius & ipſius id quod
iam factum eſt ſanare oportet, quod uero futurū prohibere: Sanabi-
tur autem id quod factum ab aperientibus prohibetur uero futurum,
ſi humorū influxum qui obſtructionem faciūt coerceamus, quod igi
tur ultimum inuentum eſt ſecundum Methodum reſolutiuā hoc pri-
mum facere oportet in curatione: Hoc eſt uerum exemplum doctri-
næ reſolutiuæ libro vndecimo capite decimo a Galeno poſitum: Et
Cōtra Cō non illud quod ſcribit Cōciliator differentia octaua ex eiuſdem libri
ciliatorē. capite primo, & ſecūdo ſumptum dum ſuam probare nititur opinio-
nem ꝙ videlicet doctrina reſolutiua ſit demōſtratio quia, & non pro
pter quid: Qui etiam Conciliator eiuſdem probationis gratia citat
Auerroim locum illum Ariſtotelis ſupra a nobis adductum in exem-
plum Methodi reſolutiuæ ex libro ſeptimo de prima philoſophia ex-
ponentem his uerbis: Et cum iſte infirmus eſt modo ſanus neceſſe eſt
ut fluxus naturæ fuerit neceſſe eſt calorem fuiſſe, & ſi calor eſt neceſ-
ſe eſt potaſſe laxatiuū : Et hoc intendebat cum dixit & ſi hoc eſt iam
fuit calor, & ſecundum hunc modum dicemus unum poſt aliud id eſt
& ſic dicemus unum poſt aliud ſecundū diſſolutionem ſcilicet inci-
piendo a poſteriori, & perueniēdo ad primum principium in cogni-
tione : Deinde dicit & motus qui ex hoc eſt actio &c. id eſt motus
qui incipit ab ultimo in diſſolutione, & eſt cōpoſitio dicitur actio pro
cedens ad ſanitatem ita ꝙ accidat : ꝙ ſanitas quæ eſt extra animam
ſit a ſanitate quæ eſt in anima & intendebat ꝙ eſſe ſanitatis quę eſt in
anima eſt in compoſitione ad eſſe ſanitatis quæ eſt extra animam &
hoc eſt illud quod dicitur ꝙ principium operationis eſt finis cogni-
tionis: Et principium cognitionis eſt finis operationis : Hæc quidem
Auerrois qui in aliquibus uerbis plurimā oſtēdit reſolutionis a notio-
ne finis inchoantis cum reſolutione mathematica ſimilitudinē : Quē
enim motum Ariſtoteles, atq; Simplicius uocāt actionem uel factio-
nem Cōmentator nominat cōpoſitionē quaſi actio in agibilibus cō-
poſitioni in Mathematicis & ſimpliciter in omnibus ſpeculabilibus
proportione reſpondeat uerum in multis ab Ariſtotele diſſidet, & ſi-
bi ipſi non conſentit : Nam poſtremū dictum quod eſt commune di-
ctum , & maxime Galeni libro vndecimo artis curatiuæ quem antea
allegauimus, ꝙ videlicet finis cognitionis eſt principium actionis ſe-
cundum Methodum reſolutiuam : Sicuti principium cognitionis eſt

finis operationis hoc inq̃ omniū & præcipue Galeni dictum uerissi-
mum exiſtit, cui tamen repugnant uerba propria Cōmentatoris di-
centis ꝙ in diſſolutione unum poſt aliud dicitur incipiendo a poſte-
riori, & perueniendo ad primū principium in cognitione: Neq; enim
in methodo reſolutiua quam Auerrois diſſolutionem nominat: inci-
piens a poſteriori neq; ab eo peruenimus ad principium cognitiōis
immo contra incipimus a principio cognitionis , quod eſt notio finis
ſecundum ſimplicium, donec perueniamus ad ultimum cognitionis
quod eſt principium actionis: Primus autem progreſſus uocatur ab
Ariſtotele cogitatio: Siue ut habetur in græca tranſlatione intelligē Gogitatio
tia, Secundum autē factio, ab Auerroi autem ut diximus compoſitio:
Quia ex hoc loco Ariſtotelis libri ſeptimi de prima philoſophia male
meo iudicio apud Arabes interpr̨etato & prius etiam ab Auerroi cō
mentatore expoſito contrarium elicitur ei quod vult habere pro ſua
opinione adſtruenda Conciliator: Illud enim a quo incipit doctrina
reſolutiua quod ſecundum Galenum eſt notio finis ſiue principium
cognitionis nihil aliud eſt niſi finis mente cōceptus, vt declarat Sim-
plicius in uerbis ſupra a nobis adductis ex expoſitione libri ſecundi
Ariſtotelis de phiſica auſcultatione exemplo artis ædificatiuæ: Ipſe
uero Ariſtoteles loco ſtatim antea allato ex libro ſeptimo de prima
philoſophia duobus exemplis: Altero artis medicinalis cuius finis eſt
ſanitas: altero artis ædificatiuę cuius finis eſt domus, ſiue eius utilitas
ut Simplicius in allegata expoſitione declarat, quem finē vult idem
Simplicius poſſe cōſiderari tanq̃ natura priorē his quæ ſunt propter
ipſum: Si eodem modo omnino in mathematicis & in his quæ a na-
tura fiunt debeat neceſſitas inueniri : Quam neceſſitatis ſimilitudinē
uidetur Ariſtoteles in ſuis uerbis quę expōit Simplicius inſinuare quā
etiam Simplicij expoſitionē confirmat Ariſtoteles libro ſecundo de Ariſtotel.
partibus animaliū, vbi ſecundum tranſlarionē Theodori ſcribit hæc
verba: Sed cum cōtra in generatiōe atq; eſſentia agatur: Quę enim
poſteriora ſunt generatione , hæc natura priora ſunt & quod primū
eſt natura: Id ultimum eſt generatione: Non enim ędes laterum, aut
lapidum gratia ſunt, ſed hæc gratia ædium petuntur: In eandem ſen
tentiam ſcribit etiam Simplicius in expoſitione eorum quæ poſt prę- Simpliciꝰ.
dicamenta nominārur exponēs quot modis dicatur prius atq; poſte-
rius, ſecundum peripateticorū opinionem, atq; illum quoq; inter ali-
os adducit quo aliquid dicitur eſſe conceptu prius ſicuti finis, ſunt au
tem hæc eiuſdem Simplicij uerba : Illud autē quod eſt cōceptu prius Prius.
eſt ſicuti finis quoniam præintelligimus finem ſicuti tegumētum ante
parietes & fundamenta & foſſionem: Hoc igitur ſub illa ponetur quę

ſunt priora tempore: Ipſius uero ſubſiſtere poſterius eſt tempore.
Subſtantia autem prius: Prima uero ſecũdum ſubſtantiam quæ ſunt
perfectiora quod prioris ſignificatum non uidetur mihi prætermiſiſ-
Iambicus. ſe Ariſtoteles ut Iambicus inquit ſed in quarto modo compræhen-
diſſe in quo honorabilius & optimum primum dicebatur, ex his Sim-
plicij uerbis apparet finem dupliciter conſiderari, uel quatenus in
mente eſt: Et ſic notio finis ſiue conceptus finis nominatur: & hoc
modo acceptus prior eſt tempore his quę propter finem eſſe dicun-
tur: uel quatenus extra animam ſubſiſtit: & ſic poſterior eſt tempore:
ſed prior dignitate ac perfectione: atqꝫ etiam natura: ut uerba Ari-
ſtotelis manifeſtant quæ quartum modum prioris in his quæ poſt prę
dicamenta uocantur exponuntur. Sunt autem hæc. Adhuc uero me-
lius: & honoratius prius eſſe natura uidetur: Hanc etiam duplicem
Auicẽna. finis conſiderationem tangit: Auicenna ſexto libro eius operis quod
Metaphyſica inſcribitur inquiens cauſa finalis non eſt cauſa inuenta
extra ſed inuenta in intentione agentis. Quam Auicennæ ſenten-
tiam confirmat Alexander in expoſitione quinti libri de prima phi-
loſophia ſtatim circa initia eiuſdem libri ubi Ariſtoteles quot modis
Alexãder. principium dicatur exponit. Sunt autem uerba Alexandri hęc prin-
cipium uocat ſcilicet Ariſtoteles finis & propoſiti cognitionem. Hoc
enim in agibilibus primum principium & cauſa ut agibile fiat. Qua-
re quod ſcribit Conciliator ſupra allata differentia ex Boetij in to-
picis authoritate: ꝙ finis & effectus idem ſunt: & uterqꝫ poſterior: de
fine quidem qui extra animam ſubſiſtit: & in idem coit cum effectu
illis concedemus ꝙ ſit poſterior ſecundum tempus licet non ſecun-
dum eſſentiam: uel naturam. De fine autem mente concepto qui no
tio finis: ſiue conceptus finis appellatur: qui eſt principium ſpecula-
tionis: ut ait Simplicius: ſiue cognitiõis ut Auerrois loquitur minime
aſſentiemur. Hic enim illa etiam quæ ad finem extra animã ſubſiſten-
tem quętuntur ne dum finem ipſum quem aſſequi intendimus tem-
pore proculdubio antecedit: uel hoc ipſum Auerrois expoſitione cõ
firmante quæ dicit ex intentione Ariſtotelis ſanitatem quæ eſt in ani
ma eſſe in compoſitione ad eſſe ſanitatem quæ eſt extra animã: Hic
uero modus prioritatis ſecundum tempus primus eſt: atqꝫ præcipuus
iuxta Ariſtotelem in eo tractatu quem diximus poſt prædicamenta
nominari. Ex his omnibus uolumus eſſe concluſum non poſſe Conci-
liatorem ex eo ꝙ Galenus ſcribit in proæmio artis paruæ doctrinam
reſolutiuam fieri ex notione finis non poſſe in quam ſuam aſſeuerare
Doctrina opinionem: ꝙ doctrina reſolutiua ſit demonſtratio quia cum ex eiuſ-
reſolutiua dem Galeni uerbis cõtrarium potius colligatur: eandem ſcilicet do-

ctrinam ex priori non autem ex poſteriori procedere. Neqꝫ tamen
pluſq̃ Cõmentator qui aduerſam Cõciliatori tenet opinionẽ quicq̃
ex tali concluſione lucratur: immo ex multis quæ ſupra a nobis dicta
ſunt de notione finis ex authoritate Simplicij liquere poteſt quantũ
idem pluſq̃ Cõmentator a uera Galeni ſententia deuiauerit: nam ſe
cundum pluſq̃ Cõmentatoris expoſitionẽ notio finis ſequitur reſolu
tionem: Secundum autem Simplicium atqꝫ Galenũ ut etiam magis
ac magis poſtea declarabimus notio finis antecedit reſolutionẽ: Sed
anteq̃ utriuſqꝫ opinionis tam. ſ. pluſq̃ Cõmentatoris q̃ etiam Conci-
liatoris falſitatem oſtendamus prius eſt a nobis uera Galeni ſenten-
tia aperiẽda: nam ex recto ut dici ſolet: obliquũ magis apparet. Nos
quidem hactenus de conceptu ſiue notione finis generalius fuimus
locuti: ſi uero uelimus ad opinionẽ Galeni de doctrina a notione fi-
nis inchoante explicandam propius accedere: notio finis in ea ora- Notio fi-
tione Galeni quę ſtatim proponitur in proæmio artis paruę in his uer nis.
bis. Tres ſunt omnes doctrinæ quæ ordini inhærent: prima quæ fit a
notione finis ſecundum reſolutionem: hoc inq̃ quod notio finis dici-
tur artius eſt accipiendum. Nam Galenus de doctrinis loquẽs per no
tionem finis non quẽlibet finem notum intelligit: quẽ unuſquiſqꝫ ſibi
animo proponit: & aſſequi intendit: ſed ſolum ſpecialem finem ali-
cuius artis: uel ſcientiæ quam doctor intendit conſtituere: atqꝫ obi-
ter conſtituendo docere. Per doctrinam autem a notione finis inci-
pientem: & factam ſecundũ reſolutionem nõ methodũ aliquam ſiue
doctrinalem modũ ex illis quatuor apud ueteres celebratis de quibꝰ
nos ab initio latiſſime ſcripſimus: idẽ Galenus uidetur accipere: ſed Sententia
quandã aliam ſui generis doctrinã: quæ ab ordine potius quem in do Galeni.
cẽdo ſeruat: q̃ a modo docẽdi uel diuiſio: uel reſolutio uel diffinitiuo
uel demõſtratiuo ſuã recipit denominationẽ. Neqꝫ enim ideo reſolu-
tiua dicitur quia: uel reſoluere doceat: uel reſolutionibus frequenter
utatur ſed quia ſequitur ordinem reſolutionis a notione finis inchoã
tis ut poſtea plenius ſumus oſtenſuri. Nam prius illud oportet decla-
rare quomodo uelit Galenus vnãquãqꝫ ſcientiã uel artẽ propriã ha-
bere ex ſui finis notione cõſtitutionẽ. Hinc. n. & una aperietur ſenſus
illoꝝ uerboꝝ quę in antiqua trãſlatiõe ſcribũtur in hũc modũ. Nemo
tamẽ ante nos ſcripſit eã quæ ex notiõe finis incipit: ex qua oẽs artes
cõſiſtũt ſm rationẽ: q̃ uerba male intellecta magnã dedere duaꝝ opi
nionũ cõtrariaꝝ aſſertoribꝰ inuicẽ altercãdi occaſionẽ utriſqꝫ ſtudẽti-
bus: hoc oẽs artes cõſtituẽdi munus doctrinę adſcribeꝰ demõſtratiuę
ſed alteris demõſtratiõi pp quid: alteris demõſtratiõi quia a iuniori-
bus philoſophis uocitatę Gal. in libro cui titulus eſt. Nũquid ſalubre Galenus.

pertineat ad artem medicinalem uel gymnaſticam, ſiue athleticam,
uolens oſtendere quo modo unaquæqꝫ ars a ſuo fine propriam habet
conſtitutionem ſcribit hæc uerba: Manifeſtum igitur, ꝙ neqꝫ ex ma-
teriis oportet artes iudicare: Neqꝫ enim ſi quis alias quidem commu-
nes materias, & ut quiſpiam diceret ſecundũ accidens alias proprias
& proximas unicuiqꝫ arti ſupponens quatenus quidem naturale eſt
corpus noſtrum: diceret eſſe ſcientiæ naturalis materiam quatenus
uero ſanabile medicinalis, quatenus nõ optimo habitu prędictum gy-
mnaſtice, neqꝫ ſic aliquis ex alio q̄ ex fine artes diſtingueret: Dicere
enim hoc aliquod corpus eſſe ſanabile eſt eius qui finem cognoſcat:
Neqꝫ uero ſi quis ex theorematibus artes diſtinguat ac ſeparet aliun-
de potentia incipit q̄ ex fine: Propria enim uniuſcuiuſqꝫ artis theore-
mata ſunt quæ quiſpiam cogonſcens iuuatur ad finem, nam & gram-
matica: & in arte fabrilli: & in muſica & qua uis aliarum quæcũqꝫ, uel
ipſum finẽ manifeſte, uel id ipſum quod melius: uel citius afferre poſ-
ſunt propria ſunt artis: Quæcunqꝫ uero nihil iuuant ad finis factio-
nem hæc propria non ſunt, undequaqꝫ igitur ratio iubet ad finem ue-
nire & per hunc artes iudicare propter hunc enim, & per actiones
uniuerſales & per propria theoremata atqꝫ principia ſiquidem & hęc
ipſa uariantur ſecundum fines artium: Sanitas enim finis eſt, ipſa ue-
ro in calidis, frigidis, humidis ac ſiccis in his uero & materię principiũ
& ſpeculationis principium circa horum noticiam: Sed non eodem
modo medico & naturali hoc ipſum uero ꝙ non eodem modo a fine
ſcientiarum cognitum fuit ac diiudicatum & cõuenienter ſemper ra-
tio adinuenit finem regulam atqꝫ iudicium omnium quæ tractantur
in artibus: Nam vniuſcuiuſqꝫ artis conſtitutio hinc ſumpſit initium:
Neqꝫ enim quiſpiam artem medicinalem conſtituere properaſſet ſi
prius ſanitatem non deſideraſſet neqꝫ artem ædificandi domum, niſi
domum appetiſſet, neqꝫ textoriam niſi ueſtem concupiſſet ſed & quę
omnes artes inuenit hinc ſumpſit initium: Oſtenſum autem eſt alibi
quomodo quiſpiam fine præſuppoſito artem eius ſecundum Metho-
dum id eſt uiam quandam, atqꝫ ordinatum progreſſum adinueniret:
Et primum oportet in illo libro exercitari qui vult ad unguem ea quę
hic ſcribimus intelligentia compręhendere: Nam manifeſte diſcet ꝙ
ambæ medicinę partes ſalubris ſcilicet & curatiua ſub eandem cadũt
Quid ſit notio finis — contemplationem: Hæc Galeni uerba aperte declarant quid ſit no-
tio finis apud ipſum ſcilicet finis artis alicuius menteconceptus ac de
ſideratus, & quomodo ſumpto a notione finis initio omnes artes ſe-
cundum Methodum ideſt uiam quãdam atqꝫ ordinatum progreſſum
conſtituuntur: Nam fine artis ſemel conſtituto atqꝫ propoſito inue-

niuntur principia ac theoremata eiuſdem artis per relationem ad fi
nem ut enim Galenus inquit finis eſt regula, & examen omnium quę
in qua uis arte aut ſcientia traduntur illa enim principia, atqꝫ theore- — Theoremata artis
mata artis eſſe dicuntur quæ ad finem eius artis uel facilius uel citius
aſſequendum utilia ſunt alioquin ſi nullum præſtarent ad finem artis
uſum: Nec theoremata quidẽ vt ait Galenus in libro qui de optima
doctrina inſcribitur dicerentur: Ex eiſdem etiam Galeni uerbis no- — Galenus.
bis aperitur ſenſus illorum uerborum quæ in proæmio artis paruæ ſe
cundum antiquam tranſlationem græcam ita ſcribuntur: Nemo ta-
men ante nos ſcripſit illam. ſ. doctrinam quæ ex notione finis incipit,
ex qua omnes artes conſiſtunt ſecundum rationem: In qua tranſla-
tione nulla ambiguitas eſſe poteſt ſi leges grammaticę ſequimur quę
uolunt verbum relatiuum referre illud quod ſtatim antecedit: Nulla
inquam dubitatio eſſe poteſt quin relatiuum qua referat notionem
finis quæ proximior eſt, & non doctrinam ut communiter omnes me
dici iuniores referri putarũt unde ſemetipſos inextricabiles difficul-
tates iniecerunt quærentes quæ ſit illa doctrina ex qua omnes artes
conſtituantur: Nos autem & ſi fateamur omnes artes a ſuo fine pro-
priam habere conſtitutionem hoc ipſum non uno in loco ſed pluri-
bus Galeno teſtificante: Nam & in libro qui inſcribitur de conſtitu-
tione artis medicinalis clariſſima uoce pronuntiat ex ueterum philo
ſophorum ſententia unicuiqꝫ arti fieri a ſuo fine conſtitutionem & in
primo libro artis curatiuæ eriã ex propria aſſeuerat omnes artes quæ
ſecundum aliquam methodum. i. uiam atqꝫ ordinatũ progreſſum cõ-
ſtituuntur notionem finis ſuæ cõſtitutionis habere principium: Licet
inquã nos hoc crebrum Galeni dictum ueriſſimum eſſe cõcedamus:
Non tamen cogimur aſſignare quæ nam ſit illa doctrina ex tribus in
procœmio artis paruæ a Galeno numeratis cuius hoc munus exiſtat
omnes artes conſtituendi cum nõ dicat Galenus inibi doctrinam ex
notione finis incipientem omnes artes conſtituere ſed ſolum a notio
ne finis a qua doctrina incipit: quæ fit ſecũdum reſolutionem omnes
artes conſiſtere, ſiue propriam habere cõſtitutionem quaſi uoluerit
iſti doctrinæ uel ex hoc ipſo quandam dignitatem corrogare ꝙ inde
ſumat initium unde omnes artes, atqꝫ ſcientiæ ſuam habeant conſti-
tutionẽ & ſi ipſa aliquã artem non ſolũ doceat ſed etiã inueniat, atqꝫ
cõſtituat ꝙ hoc habeat ex eo unde ſummit initiũ idẽ Gal. nobis ſtudu
erit inſinuare, aut forte Gal. cum primũ dixiſſet ſe alibi. i. in lib. de cõ
ſtitutiõe artis medicinalis ſcripſiſſe doctrinã quę incipit a notiõe finis
ꝑ uerba ſequẽtia á qua. ſ. notiõe finis oẽs artes cõſiſtũt nobis intẽde-
rit declarare nõ ſolũ artẽ medicinalẽ, ſed oẽs alias propriã habere ex

ſuorum finium notione conſtitutionē : Plurimū autē intereſſe cenſeo
an dicatur ex doctrina a notione finis inchoare an ex ipſa notione fi-
nis omnes artes conſtitui: Nam de notione finis nulla poteſt eſſe cō-
trouerſia ſi uerba Galeni quæ ex libro cui titulus eſt nunquid ſalubre
ad artem attineat medicinalem uel gymnaſticam paulo ſupra allega-
uimus ſane intelligantur: Sed nunquid illa doctrina quæ incipit a no-
tione finis, & fit ſecundum reſolutionem poſſit omnes artes atq; ſciē-
tias conſtituere atq; eodem ordine quo ad ipſa conſtituuntur edoce-
re, & quo nomine hæc ipſa doctrina fuerit a ueteribus inſignita: Hæc
eſt illa quæſtio quæ iuniores medicos, atq; philoſophos miſerabiliter
perturbauit : & quæ inter eos magnam diſcordiam & quoddam ue-
luti ciuile bellum ſuſcitauit: fruſtra tamen ab ipſis ſuſceptum: quando
quidē Galenus ut diximus ſicuti alijs in locis q̄ plurimis: ita & in pro-
æmio artis parue non ex doctrina aliqua ordinata quę reſolutiua uo-
cetur: ſed tantum ex finis notione dixit omnes artes conſiſtere: Siue
propriam habere conſtitutionē: Sed nihil refert inquiet aliquis ſiue
Galenus dixerit ex notione finis omnes artes conſtitui : ſiue ex Me-
thodo aliqua quæ ſemper a notione finis ſumit initium qualis eſt illa
quæ ab eodem Galeno libro. xj. artis curatiuæ Methodus reſolutiua
nominatur ſecundum quam illud quod eſt primum in opere : eſt ulti-
mum in inuentione : Video enim aliquos ex his Galeni uerbis maxi-
me motos credere Hali in ſua artis paruę expoſitione aſſerenti hanc
eſſe illam methodum quam etiā Galenus inuit in proæmio artis par-
uæ cum ait: Primam fieri doctinam ex notione finis ſecundum reſo-
lutionem quam pariter doctrinam putat Hali eſſe demonſtrationem
quia ſicuti alteram huic oppoſitam: quæ fit ſecundum compoſitionē
inuentorum per reſolutionem eſſe demonſtrationem: propter quid
Atq; ideo ait idem Hali idcirco uoluiſſe Galenum de his duabus do-
ctrinis atq; una de diffinitiua facere in procemio artis paruæ mentio-
nem ut nos ad diſcendam artem dialecticę inuitaret: ſed qualis eſſet
Contra Hali. iſta exhortatio: quando quidem (ſi uera ſit expoſitio Hali) tres idem
Galenus nobis totius dialectices. i. artis logicæ ſuſtulit partes: & unā
tantum. ſ. demonſtratiuam nominauit: nam diffinitiua de qua ipſe lo-
quitur diuerſa eſt ab ea quæ alijs tribus artis logicæ partibus a priſcis
philoſophis annumeratur : in nullo igitur numero Galenus habuit
neq; ueram diffinitiuam neq; diuiſiuam: neq; illam quæ proprie dici-
tur reſolutiua quæ opponitur diuiſiuæ quas duas. ſ. diuiſiuam & reſo-
Plato in Phędro & Philebo. lutiuam Plato uoluit eſſe duas præcipuas dialecticæ partes: quarum
altera docet unum in multa partiri : altera unum in multa colligere:
quas etiam duas Plato ſentit & in dialogo qui dicitut Phædrus & in

altero etiam qui Philebus nominatur ad artium conſtitutionem eſſe
maxime neceſſarias: Tacuit ergo Galenus ſecundum Hali expoſitio-
nem: nō ſolum Platonis cuius alioquin magnum ſe ubiq; imitatorem
oſtendit: reſolutiuam ſed illam etiam qua mathematici utuntur: quæ
ob id reſolutio mathematica nominatur de qua nos ſupra inter alias
reſolutionum ſpecies fecimus mentionem : Si uero Hali exiſtimat:
ut ſane uidetur exiſtimare in ſua expoſitione hanc mathematicam
reſolutionem eſſe demonſtrationem quia magno eſt in errore & iu-
re ob hūc a Conciliatore repręhenditur ꝙ multos in barathrū igno-
rantię detruſerit: niſi ꝙ ipſe Conciliator in idem incidit barathrum:
in altera parte aſſentiēs Hali ꝙ doctrina reſolutiua de qua Galenus
loquitur in proæmio artis paruæ ſit demōſtratio quia: Hāc enim opi-
nionem partim ſatis antea falſam oſtendimus partim magis ſumus
in ſequentibus oſtenſuri : quicquid autem ſit doctrina reſolutiua de
qua recentiores medici inter ſe tantopere digladiarunt ſiue demō-
ſtratio quia: ſiue propter quid: ſiue ſui generis doctrina qua unū poſt
aliud quæritur quam eſt ubi Galenus Methodū reſolutiuā nominat:
harū nulla ſeorſum poteſt omnes artes cōſtituere atq; docere unde
merito dicatur doctrina ex qua omnes artes conſiſtant ſecūdum ra-
tionem: quod autem hæc uerba uere dici poſſint de notione finis ſa-
tis eſt antea ex uarijs Galeni locis declaratum quibus etiam illa cō-
ſonant quæ a recentioribus philoſophis conceduntur a fine princi-
pali ſcientiæ & præcipue practicæ ſumi principia eiuſdem ſcientiæ
ſed idem finis eſt primum ſcientiæ ſubiectum de quo loquitur Ariſto-
teles quarto libro primæ philoſophiæ his uerbis: ubiq; primi proprię Ariſtoteles. iiij. me.
eſt ſcientia ex quo illa dependent: & propter quod dicūtur hoc grę-
ci authores ſcopon appellant quaſi metam uel ſignum dicere uelint Scopos.
tranſlatum enim eſt nomen a ſagittarijs : nam ſicuti hi ſignum ha-
bent ante oculos ad quod intendunt ſagittas . Ita Doctor artis uel
ſcientiæ ad finem aliquem reſpicit & eius gratia illa ſcribit quæcunq;
ſcribit. Quālibet artem uel ſcientiam ſuam capere a proprio fine cō-
ſtitutionem & ab alijs diſtinctionē: ut Galenus ſentit uerifſimum exi-
ſtit non ſolum in ſcientijs praticis ſed etiam ſpeculatiuis: quoniam &
hæ per ſuos fines ſpecificantur : & declarantur: ut patet his Ariſto-
telis libro primo primæ philoſophiæ : ubi uolens oſtendere quid Ariſto. primo meth.
ſit ſapientia ait eam eſſe ueritatis contemplatricem: Quem locum
exponens Alexander : In hunc modum ſcribit . Cum uſus fuiſ-
ſet ueritatis nomine in philoſophia nunc ꝙ rationabiliter ita uo- Alex. prio metha.
catur oſtendit . Quod enim in philoſophiæ nomine intelligat ſpe-
culatiuam per ea quæ ſubinfert declarat inquiens ſpeculatiuæ enim

finis eſt ueritas & adhuc magis iſtius illa pars quæ de primis principijs agit & cauſis quæ omnino a ſenſu ſunt ſeparatæ: & ſua natura entia quam ſapientiam nominat quod autem prius dixerat, hoc modo probat: Cum finis philoſophiæ ſpeculatiuæ ſit ueritas, a fine autẽ propoſito unaquęq; Methodus ſpecificetur & eſſentiam habeat conuenienter a ueritate ipſa nominatur: Hæc enim ipſius eſt finis: Hæc quidem Alexander: Si quis uero obijciat aliquas eſſe ſcientias ſpeculatiuas ueluti mathematicas quæ fine careant huic quoq; obiectioni

Obiectio.

occurrit Alexander in alia expoſitione libri de prima philoſophia de eiſdem mathematicis faciens mentionem atq; ita ſcribens: Adhuc autem non omne bonum ſua natura agibile eſt cum ſit aliud bonũ agibile, aliud ſpeculabile, & non agibile quod eſt in Mathematicis: nam circa ea ueritas bonum exiſtens ipſis eſt finis: Ex quibus uerbis Alexãdri idem poteſt colligi quod etiam habetur ex libro Galeni ſupra allegato cui titulus eſt: Nunquid ſalubre attineat ad artem medicinalem uel gymnaſticam differentias ſpecificas per quas ſcientiæ inuicẽ diſtinguntur a fine accipi, quo fit ut de eadem re etiam uariæ ſcientiæ conſiderent, ſed diuerſo modo propter ſuorum finium diuerſitatem

Ariſto. primo moralium.

ut enim inquit Ariſtoteles libro primo moralium: Faber quidem, ac Geometer differenter rectum perquirunt, alter quantum ad opus utile eſt, alter quid ſit, & quale contemplator enim ueritatis: Si ergo vnaquæq; ſcientia a fine proprio ſuam habet eſſentiam quod vult Ariſtoteles ſecundum Alexandri expoſitionem conuenienter ut Galenus ſentit a fine noto, ſiue ſubiecto ſecundum formalem eius rationem quæ a fine ſummitur: iuxta ipſum conſiderato illa ſummuntur quę faciunt ad eiuſdem artis conſtitutionem & hæc ipſa per quendam modum reſolutionis inueniuntur ſicuti etiam per reſolutionem quam quidam recentiores *Syllogiſmum* praticum uocant fine ſemel conſtituto illa perquirimus, quæ ad eundem finem aſſequendum ſunt neceſſaria: Non tamen propterea concedimus id quod in ſua expoſitione Hali uidetur concedere doctrinam reſolutiuam de qua Galenus in proæmio artis paruæ primum facit mentionem eſſe Methodum quæ alibi a Galeno Methodus reſolutiua a Neotericis autem aliquando *Syllogiſmus* praticus nominatur: Nam licet hac methodo utatur ad inuenienda illa quæ artem conſtituunt utitur nihilominus & alijs. ſ. & diuiſiua & diffinitiua, & demõſtratiua, tam quę ex prioribus, ꝗ quæ ex poſterioribus demonſtrat quẽadmodum diſcere licet legẽtibus librũ de conſtitutione artis medicinalis in quo Gal. ſcripſit doctrinam ex notione finis inchoantẽ & factam ſecundũ reſolutionem quam ob id reſolutiuam nominat: Quod etiã animaduertit non minor pene philoſophus, ꝗ medicus Vgo Senẽſis, qui ut de ſe

Vgo Senenſis.

ipſo fatetur in expoſitione proæmij artis paruæ duas quæ ſuo tempore erant celebratę ſicuti & noſtro quoq; ſunt, ſecutus eſt de doctrina reſolutiua & compoſitiua opiniones mox cum ad eius manus perueniſſet liber Galeni de conſtitutione artis medicinalis in quo Galenus doctrinã facit reſolutiuã eaſdem opiniones pro falſis & minime Galeni ſententiæ congruentibus repudiauit, ſed licet Vgo fateatur diuiſiones, reſolutiones, diffinitiones, & omnis generis demonſtrationes ad eam admitti doctrinã quæ reſolutiua nominatur: Non tamen cur magis reſolutiua nominetur, ꝗ uel diuiſiua, uel demonſtratiua, & qui differat, qui ue conueniat cum alijs duabus. ſ. cum compoſitiua diffinitiua ſatis explicauit, quæ omnia in præſentiarum declarare aggrediemur, nos doctrinã reſolutiuam non a docẽdi modo ut iuniores medici ſunt opinati ſed ab ordine potius quem in docẽdo ſeruat ſortitã hanc appellationem exiſtimamus, ꝗꝗ Galenus nõ reſolutiuam dicat ſed factam ſecundum reſolutionem, vnde illam medici iuniores reſolutiuam appellarunt: Sicuti enim doctrina diffinitiua apud Galenũ dicitur ut teſtatur etiam pluſꝗ Cõmentator nõ quia diffinire doceat vel quia ipſam diffinitionem concludat ſeu quia ſemper diffiniendo procedat: Ita doctrina prima reſolutiua ideo uocatur, non quia doceat reſoluere, uel quia reſolutionibus frequenter utatur ſed quia in docendo ſcientiam aliquam ſeruat ordinem illorum quæ per reſolutionem a notione finis incipientem inueniũtur quem quidem ordinẽ ſeruatum a Galeno uidemus in libro de cõſtitutione artis medicinalis cuius libri doctrinã dicimus eſſe reſolutiuam: Primum enim quę ſit finis notio declaratur ſanitas, ſ. deinde quæritur per uiam reſolutiõis quę ſint ad faciendã, uel conſeruandã ſanitatẽ neceſſaria, & primum occurrit, ꝙ cognitio corporum ſanorum & ægrorũ habenda eſt: Hæc igitur quo modo habeatur primo loco docetur quia uero corpora ſana egent conſeruatione: ægra autem curatione, ſed maior neceſſitas urget ad corpus ægrum priſtinæ ſanitati reſtituendũ, ꝗ ad ſanum cõſeruandũ, ideo Methodus curatiua quæ eſt una ex principalibus partibus artis medicinalis omnibus alijs in docendo præponitur: Sed quia hæc pars medicinæ curatiua non poteſt exerceri ſine altera parte eiuſdem artis quæ pars diagnoſtica græco uocabulo nominatur, quia per ipſam ſingulos morbos præſertim intrinſecos, atq; latentes docemur cognoſcere, ideo poſt curatiuã diagnoſtica ſecundo traditur loco: Quia etiam pars altera artis medicinalis quæ pronoſtica a græcis nominatur, non mediocrem præſtat ad curandas ęgritudines vtilitatem: Id circo & ipſa poſt diagnoſticam ſuo loco docetur:

Atq; ita omnes aliæ eiuſdem artis medicinalis partes, uel principales
uel principalium cōſtitutiuæ quo ordine per reſolutionem inueniun-
tur eodem etiam in libro quem diximus de cōſtitutione artis medici-
nalis in ſcripto a Galeno traduntur: Pars uero ſanitatis cōſeruatrix:
cum ſibi adiacētibus ob id ultimo loco docetur, ne interim ordo par
tium quæ ad partem curatiuam recte exequendā perquiruntur inter
rumpatur: Sed nihilo minus & ipſa Methodus ſanitatis conſeruatrix
ſicuti & omnes alię per relationem ad finem inuenitur atq; docetur,
nam quęcunq; in eo libro ſcribuntur, principium habent ſeu cauſam
gratia cuius quam gręci ſcopon appellant ſanitatem: Ad harum autē
omnium partium artis medicinalis perfectam doctrinam tradēdam
omnia afferuntur inſtrumenta oportuna & diuiſiones. ſ. & diffinitio-
nes, & demōſtrationes, tā ex prioribus q̃ ex poſterioribus quicq̃ pro-
bantes ſicuti mareria ſubiecta, uel harum, uel illarum eſt capax demō
ſtrationum quę etiam inſtrumenta ad eaſdem partes artis medicina-
lis edocendas ſub alio tamen ordine in doctrina diffinitiua adhiben-
tur, neq;. n. tres doctrinæ de quib⁹ ſtatim in proæmio artis paruæ Ga
lenus facit mentionē modis docendi differunt, ſicuti iuniores medici
intellexerunt ſed ordine potius, nam per doctrinam quæ actio eſt do
ctoris in diſcipulum poſſumus tam ordinem eorum quæ docentur q̃
modū ipſum doctrinalē intelligere: Sed ꝙ Galenus his uerbis proæ-
mij allati: Tres ſunt omnes doctrinæ ordines potius q̃ modos doctri
narum nobis inſinuauerit declarant alia uerba quæ ſtatim ſubiungū-
tur. ſ. ordinem habentes uel quæ ordini inhærent ſecundum noſtram
tranſlationem: Quod ſi Galenus illum habuiſſet intellectū quem ex
uerbis eius medici iuniores exceperunt authore Hali ac pluſq̃ com-
mentatore, qui in hac expoſitione ſequitur Hali, ꝙ videlicet doctri-
na ordinaria ſit illa per quam extrahitur quæſitum, uel per quam res
eſſe certificatur (talibus. n. ipſi utuntur vocabulis) tunc Galenus ad
doctrinas quas innuebat non illa uerba ordinem habētes addidiſſet
ſed potius hæc ſcire faciētes, q̃q̃ & hæc forte fruſtra fuiſſent adiecta:
Cum ſit nulla doctrina quę ſcire non faciat qualiſcūq; ſit illa ſcientia
ſiue certiſſima, ſiue minus certa, & quodāmodo cōiecturalis: Quare
qui per doctrinā ordinariā modum doctrinæ intelligūt ex quo extra-
hitur quęſitū huic ſignificatui tam græca lingua in qua Galenus ſcri-

Dubit. cur Galle. doctrinas dixerit ordinarias.

pſit, q̃ etiā noſtra repugnāte in eandē & ipſi cadūt dubitationē: Cur
Galenus doctrinas dixerit ordinatas, uel ordinarias (ſic. n. ipſi loquū
tur) cum nulla ſit exordinata uel inordinata. i. quæ non certificet ali
quo modo quęſitū: Huius autē dubitationis pluſq̃ Cōmētator dupli-
cem affert ſolutionē ſcribēs in hunc modū: Cum autē Galenus dixit

tres ſunt doctrinæ ordinariæ ſupponere uidetur aliquas eſſe inordi-
narias, aut fortaſſe dixit tres ſunt doctrinæ ordinariæ ad ſimilitudinē
eius ꝙ dicitur ſpondiles dorſi non enim hoc dicitur quia alibi ſint ſpō
diles q̃ in dorſo: Sed modus hic loquendi potius innuit ꝙ dorſo ſunt
proprie: Similiter ibi fortaſſe non dicitur ꝙ tres ſint doctrinæ ordina
riæ. i. aliæ quędam ſint inordinariæ: Sed quia doctrinis propriū eſt or-
dinem habere in hac prima ſolutione pluſq̃ Cōmentator nō uidetur
meminiſſe Galenū fuiſſe medicum atq; philoſophum non aliquem e
numero poetarum quos decent figuratæ locutiones ut cum dicunt
ſidera cæli cum tamen ſidera nullibi ſint præterq̃ in cælo: Nam præ-
ter eandem figuram quæ Pleonaſmos nominatur, putat Galenū uel
alterum medicum minime barbarū aliquādo dicere ſpondiles dorſi
cum tamen in nulla alia parte corporis præterq̃ in dorſo ſpondili. i.
uertebrę quas ipſe ſpondiles corrupto uocabulo nominat ſint: Simili
errore uel aliquando maiore paulo poſt in eodem proæmio artis par
uæ pluſq̃ Cōmētator ait Galenum uerba illa de ſuis libris quibus ex-
pedit uti ad tres doctrinas per figuram Hypallagem protuliſſe ut ſit
ſenſus ad quos expedit uti tribus doctrinis: Ex qua expoſitiōe pluſq̃
cōmen. Licet nobis coniectari ipſum quidem forte fuiſſe uel medicū
vel philoſophum egregium paruam tamen habuiſſe bonarum litte-
rarum eruditionem, ut qui neſciret figuram Hypallagem a grāmati-
cis dictam neq; oratoribus ne dum medicis atq; philoſophis licitam:
Sed ſolum poetis eſſe conceſſam qui cogente metri neceſſitate quā-
doq; dicunt dare claſſibus auſtros. i. dare claſſes auſtris: Sed obſecro
illos qui barbaram uel medicinā uel philoſophiā profitentur, ne tan-
tam credat affuiſſe Galeno viro in ſua lingua diſertiſſimo loquēdi im
peritiam ꝙ ordinarium pro ſcientifico dixerit & ꝙ in ſuis ſermonibus
quos de medicina ſcripſit adeo frequēter figuris utatur, quibus etiam
oratores tam gręci q̃ latini cauent, cum præſertim poſſimus eoſdem
Galeni ſermones ſine ulla figura conueniēter exponere: Nam ſpon-
dilos dorſi Galenus dicit: non per figuram pleonaſmū dicit: Sed ad
oſtendendā differentiam inter hos & ſeptem ſpondilos colli: Et alios
quinq; qui ad lumbos attinēt: Sunt. n. omnes ſpondili. i. uertebræ nu-
mero viginti quatuor ſeptem colli duodecim dorſi quod aliquando
Gal. noton. i. dorſum aliquādo metaphrenon. i. poſt ꝑcordia nominat
& reliquę quinq; ad lūbos vt diximus attinētes: Quomō aūt ītelligant
illa alia verba proæmij q̄bus expedit uti ad tres doctrinas recte ut ia
cēt ſine aliqua figuratiōe in ſequētib⁹ declarabim⁹ alterā affert ſupra-
dictę dubitatiōis ſolutionē: Pluſq̃ Cōmēt. his uerbis: Aut re uera ſup-
ponēdo aliquas īordinarias uocat omne id quo quoquo modo aliq̄d

certificatur eſſe doctrinã, ut topicam inductionẽ & exemplum, & di-
uiſionẽ & deſcriptionẽ in quibus ſine dubio non attenditur ordo cũ
certificent rem per ea quæ ſunt extranea a re ipſa, nec ſunt uerisſimæ
doctrinæ quia nõ extrahitur per ipſas quæſitũ ex neceſſitate: Hęc ſo-
lutio illam quã antea notaui barbariem præ ſe fert: Quia vult per or-
dinarium intelligi id quod rem per propria & non extranea certifi-
cat: Excludit etiam doctrinã diuiſiuam a numero doctrinaꝝ uerarũ
quo nihil poteſt eſſe Galenus qui Platonicus fuit cõtrariũ magis ſed
de hoc poſtea latius diſſeremus cũ illoꝝ opiniones qui falſis falſa ſunt
coacti defendere refellemus: Excludit etiam topicam inductionẽ &
exemplum quas Ariſtoteles in principio libroꝝ poſterioꝝ reſoluto-
riorum pro ueris doctrinis computat: Alioquin non ex his quoq; ſi-
cuti ex ſcientijs mathematicis traheretur argumentũ ꝙ omnis doctri
na, & diſciplina intellectiua ex præcedẽti fiat cognitione: Neq;.n. ad
rationem uere uel uerisſimæ doctrinæ exigitur ut omnia ex neceſſita
te probet, alioquin neq; grãmatica, neq; ſcientia moralis, immo neq;
medicinalis eſſent ueræ doctrinæ quoniã grãmatica non rationibus:
Sed ſolis cõſtat authoritatibus: Moralis autẽ Ariſtotele teſte in libro
ptimo moraliũ circa iuſta & honeſta uerſatur quæ tantã uarietatem
habent, ut lege dũtaxat non autẽ natura conſtare uideãtur: Qui etiã
Ariſtoteles in eodem libro poſtea concedit in materia morali nullã
eſſe certitudinẽ, ſicuti neq; in ſanis: adeo ꝙ ſecundũ ipſum neq; phi-
loſophia moralis neq; ſcientia medicinalis quæ tractat de ſanis non
habent omnino neceſſarias cõcluſiones ſiue in vniuerſum, ſiue par-
ticulatim vt etiam Ariſtoteles apertisſime oſtendit uerba illa ſubiũ-
gens: Cũq; hoc habeat uniuerſum genus multo magis in ſingulis eſſe
eſt exiſtimandũ: Galenus quoq; in diffinitione quę dicit medicina eſt
ſcientia ſciẽtiæ nomen cõmunius inquit audiri oportere innuens per
hæc uerba medicinã non eſſe certe, & exquiſitę veritatis ſcientiã lato
tamẽ uocabulo ſcientiam nominari, ſecunda ergo ſolutio pluſꝗ Cõ-
mentatoris in dubitatione antea tacta, non modo Platoni, & Ariſto-
teli uerum ipſi quoq; Galeno repugnat de cuius opiniõe diſputatur:
Secundũ uero noſtram expoſitionẽ qui per tres doctrinas ordinem
habentes intelligimus tres ordines doctrinaꝝ facillimum eſt ſoluere
eandem dubitationẽ: Idcirco.n. dicimus Gal. doctrinæ uocabulo ad-
iecisſe ordinatæ: Siue ordinẽ habẽtes qnoniam ſunt aliquæ etiã exor
dinatæ, ſiue carẽtes ordine uniuerſali qualis eſt doctrina aphoriſtica
& quales multas alias poſſumus imaginari, quæ licet ſuas cõcluſiões
ex neceſſitate demõſtrent non tamen eundem ordinẽ ſeruãt in una
aliqua tota ſcientia tradenda, quem duplicẽ ordinẽ.ſ. uniuerſalẽ, ſeu
generalem

generalem & particularẽ etiam notauit Iacobus in quinto notabili
ſuæ quęſtionis de tribus doctrinis ordinarijs: Veꝝ ipſe aliter ordinẽ:
& doctrinã ordinariã capit: Eſt enim doctrina proprie ordinaria ſe-
cundũ ipſum quæ inter ſuas partes generalẽ eſſentialemq; continet
ordinẽ, atq; ideo doctrina diffinitiua ſecundũ ipſum eſt doctrina or-
dinaria quia ĩter diffinitionẽ & diffinitũ eſt ordo huiuſmodi eſſentia-
lis ac generalis. Similiter doctrina reſolutiua ac cõpoſitiua ideo ſunt
doctrinæ ordinariæ: quia inter cauſam & effectum uel contra eſt or-
do dictus: uerum hic modus diffiniẽdi doctrinam ordinariam uideri
facit doctrinam diffinitiuam eſſe magis ordinariam: atq; perfectiorẽ
doctrina reſolutiua cum eſſentialior ſit ordo inter diffinitionẽ & diffi
nitum: ꝗ inter effectum & cauſam quod.ſ. doctrinã diffinitiuam eſſe
reſolutiua digniorem neq; Gal. vult neq; Iacobus opinatur: tres er-
go doctrinæ ordinatæ apud Gal. non modis docẽdi differunt: ſed or
dine potius: neq; ordine tali qualem Iacobus conciliator & pluſꝗ cõ
mentator exiſtimarunt: ſed qualem nos ex Galeni ſentẽtia ſupra de-
clarauimus: & magis etiam in proceſſu noſtræ diſputationis oſtende
mus. Quod autem tres doctrinæ ordinatæ non ſint docendi modi: ta
li argumento colligitur doctrinæ ordinarię ſiue ordines doctrinarum
ſecundum Gal. ſunt tantum tres. Modi autem doctrinales iuxta anti-
quos philoſophos ſunt plures ꝗ tres ad minimũ quatuor: Ergo modi
doctrinales non ſunt doctrinæ ordinatæ de quibus Gal. loquitur: or-
dines autem ſub quibus unaquæq; ſciẽtia doceri poteſt eſſe tantũmo
do tres ita probatur. Scientia quæ docetur: aut eodem ordine doce
tur quo inuenitur: & primũ in mente conſtituitur: & hic ordo docẽdi
uocatur reſolutorius uel ordine conuerſo: & hic ordo uocatur cõpo
ſitorius: ut ſi quis uolens docere artem conſtituendę domus primum
doceret qua forma & qua materia tectum ſit conſtruendũ ſecũdo lo
co quomodo parietes ſint erigendi tertio loco ut ſint iaciẽda funda
menta: ultimo loco qualiter terra excauanda hic ordinẽ docendi ſer
uaret reſolutorium: qui a notione finis incipit: tegumentũ.n. & defen
ſaculum a frigoribus & imbribus eſt finis quem ſibi proponit qui do-
mum uult cõſtruere: ſi uero cõtrariũ ſeruaret ordinẽ & primũ doce-
ret quomõ terra effodiẽda: ſecũdo loco ut iaciẽda fundamẽta: tertio
quomõ parietes attollẽdi ultimo loco qua forma: & qua materia te-
ctum ſit fabricandũ: talis ordo diceret cõpoſitorius: qui ordo cõgruit
ordini quo fit domus: ſicut primus reſolutorius eſt idẽ cũ ordine quo
ratio faciẽdę domus inuenitur: ſi quis uero diffiniat ſciẽtiã quã inten-
dit docere & in docẽdo ſequał ordinẽ partiũ diffinitiõis: hic doctri-
nam facit diffinitiuã quam ſe facturũ promittit Gal. in procemio artis

paruæ quare recte dixit pluſq̃cōmētator huius doctrinæ:ordinē pen-
dere ex ordine partiū diffinitionis, ſed cur nō dixit etiam doctrinam
reſolutiuā pendere ex ordine reſolutionis & cōpoſitiuam ex ordine
cōpoſitionis eorū quæ per reſolutionem fuiſſent inuenta vt par ratio
ſeruaretur in tribus doctrinis ſuarū denominationū: Duorū quidē or-
dinū doctrinarū primi.ſ.& tertij, habemus exempla apud Gal.mani-
feſta reſolutiui quidē in libro de cōſtitutione artis medicinalis, diffini
tiui autē in arte parua, in his.n.duobus libris ſeorſum ſub duobus etiā
ordinibus ſeparatim totā Gal.docuit artē medicinalē, Summatim ta-
men & per capita tantū veluti & ipſe Gal.in multis horū librorū lo-
cis profitetur remittens nos ad alios libros in q̃bus earundē rerū do-
ctrina traditur copioſior: Quāq̃ talem ſummariā.ſ.& per capita tan-
tū compendioſam totā artem docentem medicinalem nō poſſe eſſe
doctrinā illam quæ reſolutiua uocatur putet pluſq̃cōmentator multa
ſuper hoc cōtra Halim diſputans quoniā neciuit idem. pluſq̃ cōmen-
tator ordinē a modo ita in doctrina reſolutiua ſicuti in diffinitiua di-
ſtinguere, uidetur.n.putaſſe doctrinę nomē tā apud Gal.q̃ apud Ari-
ſto.ęquiuoce dici: Sed q̄s putauerit tā accurate uiros eruditionis ſuos
uoluiſſe libros ſtatim a ꝓpoſitione ambigua in qua nomē poneretur
æquiuocū exordiri? Ariſto.quidē ubi vult docere ſcientiā demonſtra-
tionis in qua fugiēdas eſſe omnino æquiuocationes cēſet Auero.Cō-
mēt.Gal.uero ubi docere intēdit ꝑ modū cōpendij totam artem me-
dicinalē in qua tāto plus fugiendæ ſunt ambiguæ orationes q̃to in ea
maiori ꝑiculo q̃ in quacūq; alia arte peccatur. Hūc autē errorem ad-
ſcribi a pluſq̃ Cōmenta. Ariſto.in doctrinæ uocabulo etiā ſupra mō-
ſtrauimus: ubi idē pluſq̃ Cōmēta.ſyllogiſmū inductionē & exemplū a
numero eximit doctrinarū uerarū: quas tamē Ariſto. ueras putat eſſe
doctrinas ꝑ eas probans omnē doctrinā: & diſciplinā intellectiuā ex
præcedēti fieri cognitione: Quod ſi doctrinas nō ueras ſummeret in
exēplū futilis eſſet & uana ꝓbatio: & nequaq̃ tāto dignā philoſopho.
Quod autē in eūdē turſus errorem trahat Gal.pluſq̃ Cōmēta.patet
ex eo ꝙ vult doctrinę nomē de tribus doctrinis ęquiuoce dici quoniā
cū de diffinitiua dicitur ordinē tātū docēdi totā ſciētiā: uel capitū to-
tius ſciētiæ numeratione uideaꝛ ſignificare: cū de alijs duab⁹ modos
demōſtrandi uel ex prioribus ut in reſolutiua: uel ex poſterioribus ut
in cōpoſitiua: Hæc.n.ſunt uerba pluſq̃ Cōmēta.rationē afferentis ob
quā Ariſto.nullā de genere doctrinæ diffinitiuæ de qua Gal.loquitur
in proœ.artis paruæ fecerit mētionē &: de hoc genere doctrinæ Ari.
nequaq̃ mētionē feciſſe uidetur eo ꝙ hoc genus doctrinæ nō uidetur
aliquod ignotū per notū declarare: ſicuti ex cōcluſione unde nec eo

utimur ad particularia quæſita ſciētiæ declarāda ſicuti alijs duobus:
ſed eo utimur ad tradēdū ſciētiam totā ſub uno ordine ſimul imo ad
numerāda capita ſciētiæ generalia ut habeatur ꝑ id aliqua memoria
ſciētiæ totius nam habitis capitibus uniuerſalibus facilē habet homo
progreſſum ad particularia capitula: facilēq; memoriā eorūdē & pro
pter hoc ſubtiliter inſpiciēdo pōt dici ꝙ utimur eo ad memorādū &
non ad docēdū: uel diſcēdū: ex quo nec rationabiliter uiſum eſt eſſe
genus doctrinæ: in his uerbis pluſq̃ Cōmēta.manifeſtū ſe facit: ꝙ pu
tet doctrinā diffinitiuā quā Gal.facit in arte parua pro quadā ordina
tione potius: & capitū accipi numeratiōe q̃ ꝑ modo doctrinali: imo
neq; eſſe genus doctrinæ: ſiquidē rationabiliter inquit Ariſto.illud ſi-
lentio p̃termiſiſſe.Nos uero ita: pluſq̃ Cōmē.coarguemus. Si ratio-
nabiliter Ariſto.doctrinā diffinitiuā de qua Gal.loquitur ipſe reticuit Arguit pluſq̃ cōmētatorem.
ut quę doctrina nō ſit irrationabiliter illā Gal. alijs duabus doctrinis
annumerat.Sed rationabiliter illā Gal. habet in numero doctrinarū
ergo fuit irrationabiliter ab Ariſto.prętermiſſa: non ne ad has angu-
ſtias redigit pluſq̃ Cōmen.ut ipſi ſit neceſſariū uel pricipē philoꝝ: uel
regē medicoꝝ coarguere irrationabilitatis? Nos uero hos laqueos fa
ciliter euitamus q uolumus doctrinā reſolutiuā: cōpoſitiuā & diffiniti
uam æqualiter eſſe doctrinas & qua doctrinæ ſunt: nihil aut parū in-
uicē diſtare: ſed quatenus altera reſolutiua: altera cōpoſitiua: tertia
uero diffinitiua nominaꝛ eatenus eē differētes & ſic nō uarios modos
doctrinaꝝ: ſed ordies potius apud Gal.ſignificare & oſtēdere poſſu-
mus ubi Ariſto. uel inueniēdo: uel in docēdo iiſdē trib⁹ utatur ordini
bus quos Gal.tres doctrinas ordinatas appellat. Ariſtot. quidē uſum
fuiſſe ordine reſolutiuo in arte logica inueniēda declarāt uerba Sim-
plicij ſupra a nobis recitata: in quibus idem Simplicius uſum libri prę
dicamētoꝝ atq; ordinē ad alios libros Ariſto.de arte logica editos ni
titur declarare: nam & reſolutionē nominatim exprimit inquiēs reſo
lutionē ad ſimplices uoces terminari: declarāt autē & ordinē cōpo-
ſitiuū uerba ſequētia quæ dicūt illū qui vult facere demōſtrationē a
ſimplicibus uocibus debere inchoare: quoniā a ſimplicioribus ad cō-
poſitiora procedimus. Nam poſt ſimplices uoces quid nomē & quid
ſit uerbum addiſcimus. Deinde quid affirmatio: quid negatio: & quę
horum differętiæ. Deinde quid terminus quid propoſitio: quid Syllo
giſmus: & quæ Syllogiſmoꝝ ſpecies: & quot in ſingulis figuris: & ſic
in demonſtrationē deſinimus. Hunc autē ordinē contrariū eſſe re-
ſolutiuo. Ipſa euidentia demonſtrat: & Simplicius ipſe per illa uerba
etiam ſupra allegata declarat quæ dicunt ſpeculationem: & actio-
nem aduerſum iter tenere. Quoniam ſpeculatio a fine incipiens uia

progreditur ad principiū: actio autem a principio ad finem pergit: ſi-
cuti in domo. Hęc.n. uerba Simplicij nihil aliud innuūt niſi reſolutio-
nem incipere a notione finis quę eſt ſpeculationis principiū & termi
nari ad principiū actionis: quod eſt finis ſpeculationis: motus autem
qui hinc incipit: tū actio: tum etiā cōpoſitio nominatur: ut etiā ſupra
docuimus authoritate Ariſto. & Auerrois cōmentatoris libro. vij. de
prima philoſophia. Illud autē ſciri oportet ordinē docēdi reſolutiuū
maxime artibus quæ factiuæ uocātur congruere queadmodū in arte
ædificatiua ſupra mōſtrauimus quæ eodem ordine doceri poteſt quo
etiam inuenitur: quod non contingit in ſpeculatiuis quæ ordine qui-
dem reſolutorio inueniūtur: & ob hoc dicūtur & ipſe habere a notio
ne finis cōſtitutionē ordine autē cōpoſitiuo docētur: ut in geometria
& arithmetica: & demū in logica: Simplicius loco ſupra allato decla
rat. Reliquū eſt ut oſtendamus Ariſto. uſum fuiſſe in ſuis de philoſo-
phia libris etiā ordine diffinitiuo eodēq; docēdi cauſa q̄uis uideatur
pluſq̄ Cōmenta. doctrina diffinitiua ſolum ad memoriā non autē ad
diſcendū conferre: atq; ideo omnino fuiſſe ab Ariſto. prętermiſſa: hic
ipſe philoſophus libro. ij. de naturali auſcultatione uolēs quid ſit na-
tura declarare hāc ita diffinit: natura eſt principiū motus: & quietis:
& poſtea libro. iij. quid ſit motus oſtēdit: & quia motus nō poteſt eſſe
niſi in loco: & in tempore ideo in quarto ſubiungit de utroq; diligen-
tem tractationem: ſic in Nicomachijs moralibus cum in primo uolu-
mine eius libri fœlicitatē diffiniſſet: ꝙ eſt operatio ſecundū uirtutem
mox in ſequētibus de humanis operationibus quæ fiunt ſecundū elle
ctionem exactā doctrinā tradidit: quę quatenus explanat partes dif-
finitionis: & ſecundū illarum procedit ordinē poteſt diffinitiua nomi
nari licet non ſit ordo generalis in ea: ſub quo tota ſcientia doceatur
quia neq; eiuſdē ſcientiæ prius aſſumpta eſt diffinitio: ſed quarūdam
rerum tantūmodo. De quibus in ſciētia tractatur: patet, ergo hoc do
ctrinæ genus non omni ex parte latuiſſe Ariſto. alioquin eo uarijs in
locis non eſſet uſus: liquet etiam doctrinā diffinitiuā non eſſe ordinē
merum: alioquin male a Galeno doctrina diceretur: & fruſtra etiam
Gal. ipſam ad totam artē medicinalē per modum cōpendij edocen-
dam facilioris doctrinę gratia ellegiſſet: nam & Gal. in arte parua nō
ſolū memorię ſtudeat: ſed doctrinę magis. Illud poteſt eſſe argumēto
ꝙ idē Gal. ubicūq; de hoc libro meminit quē nos artē paruā uocamus
ipſe artē medicinalē apppellat quaſi ī eo tota ſciētia medicinalis ſub
quodā tamē cōpēdio doceaꝛ neq; ob id ꝙ hęc eadē doctrina diffiniti
ua & nō demōſtratiua nominatur putandū eſt ipſam carere omni ge
nere demōſtrationū pp quā carentiā nec ꝓprię doctrina dici mereaꝛ:

ob quā etiā cauſam fuerit ut pluſq̄ Cōmēta. exiſtimat ab Ariſto. repu
diata: nā & demōſtrationē qa: & propter quid uenire in uſum doctri
næ diffinitiuæ coactus eſt ipſe veritate impellēte tādē fateri idē pluſq̄
Cōmēta. qui libro. iij. Cōmēta. lxvj. ſcribit hæc verba: & eſt hic atten
tione dignū: ꝙ doctrina huius libri dicitur diffinitiua ꝑ cōparationē
ad explanationē diffinitionis propoſitæ de medicina in principio li-
bri: ad huius enim explanationē totus liber ordinaꝛ: ſed nihilominus
propter hoc apud talē explanationē alicuius partiū diffinitiōis acci-
dit uti: & reſolutiua: & cōpoſitiua: His enim duabus maxime utimur
ad particularia ꝓblemata ſciētiæ declarāda ſicuti incipiētes diceba-
mus: diffinitiua uero maxime ad totius ſciētiæ cōpēdiationē hoc ip-
ſum quod dicit eſſe attētione dignū. pluſq̄ Cōmenta. ait ꝑ alia uerba
non eſſe negādū. Cōcilator: q & ipſe differētia octaua in hūc modū
ſcribit: ſed neq; negādū eſt quin ſæpe in ſciētia una doctrinaꝶ poſſit
cadere in cauſa doctrinæ aliaꝶ ordinariaꝶ: & inordinariaꝶ ſicuti ap-
paret ꝑ Gal. vtētē in techni doctrina diffinitiua & tamē utitur impro
prie doctrina ordinaria cū nititur ꝓbare hoc principiū: Omnis cura
ſit ꝑ cōtrariū inductione: ac ſyllogiſmo hæc qdē duo uiri pręcipua in-
ter alios q de tribus doctrinis ſcripſere auctoritate qui mirū in modū
noſtræ opinioni ſuffragātur q uolumus tris doctrinas apud Gal. non
modis docēdi: ſed ordinibus eſſe differētes vnde mirādū eſt ipſos q
cōtrariā ſequūtur opinionē: & tres doctrinas tres eſſe docēdi modos
arbitrātur poſt modū eoſdē modos reſolutiuæ ac diffinitiue ꝓmiſcue
aſſignare: atqui audire potuerūt Gal. in procemio artis paruę ambas
doctrinas manifeſte ſeparātē his uerbis: ſed hāc quidem. ſ. doctrinam
reſolutiuā: albi ſcripſimus: Hic uero diffinitiuā faciemus atq; inſuper
alterā alteri methodo: & dignitate pręferētē quod fieri non poſſet ſi
nihil aliud eſſent ipſe doctrinæ q̄ modi doctrinales: & tamen eiſdem
modis doctrinalibus vterētur tūc enim eadem doctrina ipſa ſe ipſam
ſuparet: & nō alterā a ſe diuerſam ſed accidit inqt pluſq̄ Cōmen. do-
ctrinæ diffinitiuæ uti reſolutiua impropriū ēt uſum eſſe ait Cōciliator
doctrinę reſolutiuę in doctrina diffinitiua nā & ipſi uiſi ſunt aīaduer- Solutio Monachi nō ſatiſfacit.
tere obiectionē quę fieri poteſt cōtra illā q̄ faciūt doctrinaꝶ nō parū
differētiū cōfuſionē cui obiectiōi uoluerūt ꝑ uerba iā dicta ſatiſfaceꝛ:
ſed hęc nihil excuſant: quod enim accidit aut impropriū eſt in aliqua
doctrina rariſſimū eſſe debet: uſus aūt demōſtrationi tū qa: tū ꝓpter
quid in doctrina diffinitiua non ſolū in duobus locis quos notauere
& pluſq̄ Cōmētator. & Cōciliator: ſed in pluribus alijs ſi diligēter in
ſpiciaꝛ inueniēꝛ quos ego vitāde ꝓlixitatis gratia in mediū adducere
prætermitto: cū pręſertim ipſe Gal, teſtetur in ꝓemio artis paruæ ea

quæ ſcripturus eſt in eo libro in quo ꝓculdubio doctrinã facit diffini-
tiuã eſſe quaſdã ueluti cõcluſiones illoꝝ quæ in alijs ſuis libris latinis
demõſtrauit: ſignãter aũt Gal. loqtur neq; enim dicit eſſe ſimpliciter
cõcluſiones: ſed ueluti concluſiones: quod aũt eſt ueluti tale non eſt
omnino tale: ſi uero eſſent tãtũmodo cõcluſiones: pluſq̃ Cõmẽtator
& Cõciliator q q̃tũ ad hoc uidẽt eẽ cõcordes forte aliqd dicerẽt dicẽ
tes doctrinã diffinitiuã nõ eſſe ꝓpriã doctrinã quia in ea ſyllogiſtice:
vel (vt eoꝝ vtaꝛ verbis) nihil ignotũ ꝑ notũ ꝓbaretur: & ideo non
ad docẽdũ: ſeu diſcẽdũ ſed tãtũ foret ad memoriã oportuna: verũ ꝙ
doctrina diffinitiua aliqd reſolutiuę ꝓbeꝛ: exẽpli gr̃a nõ eſſe faciendã
euacuationẽ partis per ſcarificationẽ: ſeu ut vtar uerbo pluſq̃ Cõmẽ-
ta. cõmentatione. lxvj. antea a nobis allegata cõcedit ꝙ etiã cõtraria
cõtrarijs curentur: probari a Gal. & ſyllogiſmo & inductiõe in eadẽ
doctrina Cõciliator nõ inficiatur: Sed neq; ambo poſſunt negare qn
oſſa fracta nõ poſſe ꝑꝑ eoꝝ duritiem in grãdiori ętate cõſolidari etiã
inibi demõſtreꝛ ut taceã alia quę ſimili modo ꝓbanꝛ: & breuitatis cau
ſa ut nuꝑ dixi a me p̃tereũtur. Quod uero inquit pluſq̃ Cõmẽt. eadẽ
lib. iij. cõmẽtatione. lxvj. Nos maxime uti doctrina diffinitiua (tali. n.
ipſe utitur uerbo) totius ſciẽtiæ falſũ eẽ ſupra mõſtrauimus: Sed nũc
quoq; repetimus nõ eẽ ꝓprioꝝ doctrinę diffinitiuę ꝑ capita tm̃: & q̃ſ-
dã ueluti cõcluſiones cõpẽdioſam facere traditionẽ: imo hoc eſt ipſi
cũ reſolutiua cõe: ut patere põt legenti lib. Gal. de cõſtõne artis me-
dicinalis: In quo Gal. fateꝛ ſe ſũmas tm̃: & gñales regulas ꝑtractare:
& ſępe lectorẽ remittit ad uberiorẽ earũdẽ reꝝ quę hñtur ĩ alijs libris
ſuis tractationẽ qđ ẽt facit vt diximus in arte parua. Quare ſi ꝑꝑ bre-
uitatẽ demõſtrationũ doctrina diffinitiua nõ eſt uera doctrĩa: nõ erit
& reſolutiua. Nos ãt putamus ãbas eẽ doctrinas: ab alio ãt hr̃e ꝙ do-
ctrinæ ſint: ab alio uero ꝙ altera reſolutiua: altera diffinitiua dicatur.
Nã a demõſtrãdi modis q in vtraq; idẽ ſũt ãbæ doctrinæ dicunꝛ: a va
rio ãt ordine q in tota medicinali ſciẽtia docẽda ſeruaꝛ. Hæc diffiniti-
ua: Illa reſolutiua noiaꝛ: Eoſdẽ eſſe ĩ duab⁹ doctrinis docẽdi modos:
tũ ex plurib⁹ alijs vt dictũ eſt diſcere licet: tũ ex illo ipſo pricipio cui⁹
meminit Cõciliator dr̃ia. viij. qđ æque ꝑ ſyllogiſmũ & inductionẽ in li
bro de cõſtõne artis medicinalis a Gal. ꝓbaꝛ ſicuti & in arte parua:
Quin ſi loca cõtuleris nõ mõ rõnes ſil'es ſed eadẽ ꝓpe uerba ꝓpẽdes.
Et ſicuti ĩ vno lib. oẽs ꝑtes ſciẽtię medicinalis ſub quodã cõpẽdio do-
cenꝛ. Ita & in altero ordine tm̃: vt ſæpe diximus variato: vñ nõ abſq;
rõne Gal'. alteꝝ librũ inſcripſit de cõſtõne artis medicĩalis: alteꝝ de
arte medicinali: qm̃ in hoc artẽ tm̃ docet medicinalẽ ſub ordine diffi
nitiuo. In illo uero cõſtituit: & cõſtituẽdo docet ſub ordĩe reſolutiuo:

Non eſſe propriam diffinitiuæ compẽdiationem.

veꝝ ad hæc qſpiã poſſet obijcere certũ qdẽ eſſe ꝙ in libro q ars me-
dicinalis a Gal. a nobis aũt ars parua noiaꝛ doctrina ſit diffinitiua: ſed
nõ ita cõſtare id: quod veluti pro certo: atq; indubitato accipit: Vgo
Seneñ. in lib. cõſtõnis artis medicinalis doctrinã fieri reſolutiuã. Age
igiꝛ hoc ipm̃ nõ alteri⁹ q̃ ipſius Gal. teſtimonio ꝓbemus licet forte ſa
tis & antea ꝓbauerimus cũ ordinẽ doctrinę reſolutiuę q in eodẽ libro
a Gal. ſeruaꝛ conati fuimus declarare. Nũc tñ idẽ ex ꝓœmio artis par
uæ demonſtremus in quo ſcribunꝛ hæc verba ſm̃ veterẽ tranſlationẽ
quæ in vſu habeꝛ: quã potius q̃ noſtrã ubi non ſit error: allegamus ne
uideamur noſtris ꝓbationib⁹ quaſdã ueluti ſuppetias ex ꝓprijs uerbis
corrogare: uerba inq̃ antiquæ trãſlationis hæc ſunt nullus tamẽ ante
nos ſcripſit illã quæ ex notione finis incipit ex qua oẽs artes cõſiſtunt
ſm̃ rationẽ: Sed illã qdẽ alibi ꝑtranſiuimus. Hoc verbũ alibi exponit
pluſq̃ Cõmen. i. in uarijs libris ſuis: Sed ꝙ Gal. ꝑ alibi nõ uarios libros
ſuos intellexerit de medicina ędítos: Sed unũ tm̃ qui de cõſtitutione
artis medicinalis inſcribiꝛ ex ipſo Gal. ꝓbatur q circa finẽ artis paruæ
vbi omniũ libroꝝ ſuoꝝ nũeꝝ ordinẽq; recẽſet: de hoc ipſo: libro facit
mentionẽ & de eo ait: ſe antea. ſ. in ꝓœmio dixiſſe: ita. n. ſcribit. Dictũ
quidẽ & antea eſt ꝙ eſt vnus alius liber in quo de cõſtitutiõe artis me
dicinalis tractauimus. Nuſq̃ autẽ Gal. in tota arte parua inuenitur de
illo libro quicq̃ dixiſſe niſi in ꝓœmio in quo licet noíatim nõ exprimat
librũ de cõſtitutione artis medicinalis: ꝑ alia tamẽ uerba eũ nobis de
dit intelligendũ cũ dixit ſe doctrinã ex notione finis incipientẽ alibi
ſcripſiſſe. In eo enim libro quid ſit notio finis nobis euidẽter oſtẽdit.
Et quomodo ex illo quiſpiã promotus poſſet artem medicinalem ſm̃
quandã uiam: & progreſſum cõſtituere: ſecundũ quẽ: & aliæ artes ex
ſuoꝝ finiũ notione primũ inueniuntur: ac cõſtituũtur. Verba autem
Galeni illud quod diximus declarãtis: hæc ſunt. Quã igitur in priore
libro didiciſti Methodũ in huiuſmodi artibus tẽpus eſt transferre ad
illam quã intendis cõſtituere. Idẽ & hic ſermoni initium faciẽs quod
in omnibus illis poſuiſti. ſ. notionem finis quã vnde adepti ſumus iam
tempus eſt explicare. Primũ eſt facta cognitio de nobis: ꝙ ſani & de
alijs pariter hoĩbus: Secundũ poſt hanc etiã de ægrotãtibus vnde &
nos cæpit deſideriũ bene ualendi & conſtituendi artẽ quæ bonã va
letudinẽ ſeu ſanitatẽ efficiat. Ex his Gal. uerbis duo colligere poſſu-
mus: & ꝙ liber de conſtitutione artis medicinalis ſit ille in quo Gal.
teſtatur in proœmio artis paruæ ſe ſcripſiſſe doctrinã ex notione finis
incipientẽ. ſ. ex ſanitate in nobis cognita & deſiderata: & ꝙ nõ recte
duaꝝ quæ adhuc celebranꝛ antiſtites opionũ Gal. ſenſũ de notiõe fi-
nis ĩterpꝛætenꝛ: quoꝝ alter ꝑ notionẽ finis ĩtelligit ultimã cãm quæ ꝑ

Vgo Senẽſis.

Cõtra Monachum.

reſolutionē inuenit: alter effectū quēlibet q̄ ſua cauſa notior exiſtat:
cū tamē Gal. quēadmodū ex hoc loco & multis alijs ſupra a nobis ad
ductis cognoſci pōt p̱ notionē finis intelligat finē notū eius ſciētię uel
artis quā cōſtituere intēdimus atq̧ obiter cōſtituēdo docere: ſicuti in
arte medicinali finis eſt ſanitas cuius deſiderio: & amore q̄ſpiā p̱ mo-
tus artē medicinalē ſanitatis cōſeruatricē: atq̧ effectricē conſtituit: &
Dubitatio dū eius cōſtituēde tradit rationē. Simul eiuſdē artis affert diſciplinā:
q̄a uero ſupra diximus tris doctrinas de q̄bus in ꝓęmio artis ꝑuæ Gal.
loquit̄ uarijs differre ordinib⁹ potius q̄ modis: altera dubitatio ſubori
tur: q̄a hoc nō uidet̄ cohęrere his quæ a Gal. in ꝓœmio artis ꝑuę ſcri-
bunt̄ ubi doctrinā reſolutiuā cōparat diffinitiuę: nā in ea collatiōe ui-
detur ponere inter eaſdē doctrinas: nō modo q̄tū ad ordinē ſed etiā
q̄tū ad modos differētiā: reſolutiuā inquiēs rōne q̄dē & dignitate pręſtare diffinitiuæ: ſicuti diffinitiua: & totius cōpēdio: & facilitate me-
moriæ excedit reſolutiuā. Nos uero hāc dubitationē uolētes ſoluere
dicimus eā: ſicuti plęraſq̧ alias ex mala trāſlatiōe habere occaſionē:
vbi. n. īterpres dicit ratiōe. Gręcus Gal. codex habet Methodo quod
verbū apud gręcos ſignificat uiā: atq̧ ordinatū ꝓgreſſum ad cogno-
bile aliquod. In hoc aūt ordine ꝓcedēdi vult Gal. doctrinā diffinitiuā
a reſolutiua ſup̱ari. quare uerba illa ꝓœmij recte interprætata magis
noſtrā cōfirmāt opinionē: q̄ uolumus tres doctrinas uarijs ordinib⁹ eē
differētes quoꝝ alter: & altero pōt eē artificioſior: atq̧ ita facere do
ctrinā excellētiorē: idcirco aūt etiā dignitate dicit̄ doctrinā reſolutiuā
eſſe diffinitiua ſup̱iorē: q̄a cū ex notiōe finis incipiat: & fiat ſm̄ reſolu
tionē: habet ex hoc ꝙ nō ſolū docere: ſed etiā inuenire: ac primū cō-
ſtituere artē aliquā pōt: ſiue ſciētiā quoꝝ alterū pōt efficere diffiniti-
ua. ſ. docere tātūmodo. Cū uero laus debeat̄ inuētiōi: & primæ cōſti-
tutioni: q̄s dubitauerit doctrinā reſolutiuā anteire dignitate diffiniti-
uā: ſicuti uero reſolutiua hēt ex principio ſuo. ſ. notiōe finis: & eo quē
ſeruat ordīe ꝙ ſit ad inueniēdas: & primū cōſtituēdas artes accōmo-
data ita diffinitiua ex ipſa diffinitiōe ſciētiæ quā docet & ordine ꝑtiū
eiuſdē diffinitiōis quē in docēdo ſeq̄tur hoc plus hēt ſupra reſolutiuā
ꝙ facit ſciētiā: uel artē p̱diſcēdā facilius totā ſub quodā ueluti cōpen-
dem breuiſſimo epilogo noſtra omnis hæc diſputatio quadam ueluti
coronide terminetur.

# GALENI ARS MEDICINALIS INTER-
# PRETE NICOLAO LEONICENO.

TRES ſunt omnes doctrinæ quę ordini inhęrẽt.
Prima quidẽ ex notione finis: quæ per reſolu-
tionẽ fit. Secunda ex cõpoſitione conſtat eorũ
quæ ex reſolutiõe fuerint inuẽta. Tertia ex diſ-
finitionis diſſolutiõe: cui nũc incũbimus. Licet
autẽ huiuſcemodi doctrinã appellare nõ tantũ
diffinitiõis diſſolutionẽ: ſed & explicationẽ ut
nõnulli vocarũt: vel reſolutionẽ vel diuiſionẽ:
vel (vt nõnulli alij) explanationẽ: uel expoſitionem vt alij. Conati
ſunt & Herophilioꝝ quidã talẽ facere doctrinã quẽadmodũ Heracli
des Erythrieus. Conati ſunt & eã quæ per cõpoſitionẽ & ipſi Hero-
philij: & quidam Eraſiſtrati ſectatores & Athenęus Ataleus. Neminẽ
tamẽ ante nos eam quæ oritur a notiõe finis ſcripſiſſe cõperimus: ex
qua oẽs artes uia quadã atq; ordine cõſtituũtur: ſed illã quidẽ alio per
tractauimus loco. Hic uero diffinitiuã faciemus doctrinã quæ quantũ
ab ea quæ ex reſolutione cõſiſtit & dignitate: & ipſo docendi ordine
linquitur tantũ & ad totius cõpẽdiũ: & ad ſinguloꝝ memoriã pſtare
inuenietur: ſufficiẽter. n. facillime memoriæ cõmendãtur ex diffinitio
nis diſſolutiõe uniuerſa. Quoniã totius artis capita in ſe optima diffi-
nitio cõplectitur quã quidã ſubſtãtialẽ uocãt: ex aduerſo diſtinguen-
tes alijs quę notionales appellãtur: illæ ſiquidẽ ab his quæ accidũt re
bus diffinitis: hę uero ab ipſa eſſentia cõſtituũtur. Elaborata aũt eſt a
nobis particulatim & in plurib⁹ cõſcripta tractatib⁹ totius medicinæ
cõtẽplatio qbus uti qs poſſit ad triplicẽ doctinã. Nũc vero diffinitiuã
aggrediemur: hoc unũ apponẽtes ꝙ ſolũ capita: & quædã ueluti cõ-
cluſiões eoꝝ quę alibi latius ſunt demõſtrata nũc a nobis dicent.

Quid eſt Medicina Cap. .II.

MEdicina ẽ ſciẽtia ſalubriũ & iſalubriũ: & neutroꝝ. Nihil ue-
ro differt & ſi qs loco inſalubriũ ęgroꝝ dixerit. Nomẽ uero
ſciẽtię cõmunius nõ ãt pprie accipe oportet. Salubre ãt: &
inſalubre: & neutrũ vnũqdq; tripliciter dr: hoc qdẽ ut corpus: hoc ãt
ut cã: hoc uero ut ſignũ. Et. n. corp⁹ qd ſanitatẽ natura ſuſcipe aptũ ẽ
& cãm quę eãdẽ efficere: vl' cõſeruare: & ſignũ qd põt indicare. Hæc
oĩa ſalubria gręci appellare cõſueuerũt: eadẽ rõe & ſuſceptiua mor-
boꝝ corpa: & eoſdẽ efficiẽtes: cõſeruãteſq; cãs: & ſigna ĩdicãtia iſalu
bria uocãt: nec aliter corpora neutra cãs ſigna ue dixerũt: & ſm qdẽ

primã rationẽ atq; præcipuã cauſaꝝ ſalubriũ eſt medicina ſcientia pp eas autem: & aliaꝝ ſecũdo quidẽ loco inſalubriũ: & tertio neutraꝝ: Et poſt has eodẽ modo corporũ primo quidem & hic ſalubrium: Secundo loco inſalubriũ: tertio neutroꝝ: Itidem de ſignis dicendũ: In actionibus autem prima quidẽ eſt corporũ cognitio quæ habetur ex ſignis: poſt hæc eaꝝ quæ in ipſis inuentio cauſaꝝ.

### Quot modis dicitur Effectiuum: Indicatiuum: & Suſceptiuum. Cap. .III.

SEd quoniam & effectiuum: & indicatiuum: & ſuſceptiuum dupliciter vnũquodq; dicitur: hoc quidem ſimpliciter: hoc vero ut nunc noſſe oportet amboꝝ eſſe medicinæ ſcientiam: Ipſum vero ſimpliciter duobus dicitur modis & quod ſemp: & quod vt plurimum de quoꝝ utroq; medicina pertractat: Neutra vero & cauſa & corpus & ſignum: & quod ſimpliciter dicitur. & quod ut nunc tripliciter unũquodq; appellatur: hoc quidem quia neutrius cõtrariorum eſt particeps: hoc uero quia utriuſq;: hoc uero quia aliquando huius: aliquãdo illius: horum autẽ ipſorum ſecundnm rurſus duobus dicitur modis: aut quia vtrũq; contrarioꝝ ex æquo participat: aut quia aliquando plus alterũ. Eſt uero & in tota diffinitione ſi uerba aĩaduertimus ambiguitas quędã quam & ipſam diſſoluere oportet. Cum. n. dicitur medicinã eſſe ſciẽtiã & ſalubriũ & inſalubriũ & neutroꝝ ſignificatur & ꝙ omniũ particulariũ: & ꝙ quorũdã & ꝙ qualiũ. Sed omniũ quidẽ indefinitũ quoddã eſt: atq; impoſſibile quorũdã diminutũ: atq; artificio carẽs qualiũ uero artificioſum pariter atq; ſufficiẽs ad oĩa artis particularia: quod etiã dicimus in medicinæ diffinitiõe cõpręhẽdi. Primũ igit de corpibus dicere aggrediemur qualia nã ſint: & ſalubria: & inſalubria & neutra poſt hęc de ſignis: & cauſis differemus.

### De Corpore Salubri. Cap. .IIII.

SAlubre ſimpliciter corpus eſt quod ab ipſo naturę ortu bonã habet tẽperaturã in ſimplicibꝰ & primis particulis: atq; in his quæ ex illis cõponũtur inſtrumẽtis eſt cõmẽſuratũ. Salubre uero nũc eſt corpus quod in pſenti eſt ſanũ: eſt uero & hoc eo tẽpore quo ſanũ exiſtit bonã habẽs tẽperaturã: & cõmẽſurationẽ nõ tamẽ optimã at ſibi ppriã ipſius uero ſalubris ſimpliciter corpis tale qdẽ eſt ſemp id quod eſt optima tẽperãtia pditũ ac maxiẽ eſt cõmẽſuratũ: vt multũ aũt quod eſt a cõſtitutiõe optima nõ ualde admodũ deficit.

### De Corpore inſalubri. Cap. .V.

INſalubre uero ſimpliciter eſt corpus quod ab ipſo ortu naturæ vel incõſimilibus partibus malã habet temperaturã: uel in inſtrumẽtarijs incõmẽſurationẽ: uel utrũq; uitiũ. Inſalubre vero nũc eſt corpus quod eo tempore quo tale dicitur ægrotat: neq; obſcurum eſt ꝙ & hoc ipſum eo quo dicitur tempore ægrotans uel inconſimilibus malam habet temperaturam: uel in inſtrumentarijs incommenſurationem: vel utrunq;. Eſt uero & ſemper inſalubre quod ex ipſo naturæ ortu uel peſſimam habet temperaturam in ſimplicibus: & primis particulis omnibus uel aliquibus: uel his quæ obtinent principatum uel in inſtrumentarijs incommenſuratum exiſtit. Similiter autem in his: uel omnibus uel aliquibus: uel illis quæ obtinent principatum. Vt multum uero inſalubre eſt corpus quod ab huius quidem vitio recedit nondum mediocritatẽ attingit.

### De Corpore Neutro. Cap. .VI.

QVoniam uero & neutrum Corpus tripliciter dicebatur: unum quidem quod neutrius erat extremæ diſpoſitiõis particeps: aliud autem quoniam utriuſq;: aliud quoniam aliquando huius: aliquando uero illius. Iuxta primũ ſignificatum Neutrum erit corpus quod exquiſite medium eſt: & ſaluberrimi: & inſaluberrimi corporis: & huius hoc quidem ſimpliciter tale: quod ab ipſo ortu naturæ ita eſt cõſtitutum: hoc uero ut nũc quod in præſenti tempore mediũ exquiſite exiſtit ſaluberrimi atq; inſaluberrimi corporis. Ipſius autem ſimpliciter ſemper quidẽ tale eſt id quod in omnibus ætatibus tale perdurat: ut multũ autem quod nõnullas recipit mutationes. Iuxta uero ſm ſignificatum neutrum erit Corpus quod ab ipſo ortu naturæ contrariaꝝ ſimul eſt particeps diſpoſitionum aut. ſ. in una parte: aut in duabus differẽtibus: in una quidẽ ſi ſm alteram oppoſitionem effectiuaꝝ qualitatum bonã habuerit temperaturam: uel etiam ſecundum utranq; ſed in formatione uel magnitudine: uel numero partium: uel ſitu delinquat: aut cõtra in his quidem recte ſe habeat uel omnibus: uel quibuſdã peccet autẽ in temperatura. In differẽtibus uero partibus & iuxta omnes oppoſitiones poteſt quidq̃ ſimul particeps eſſe contrarioꝝ. Et ſemper quidem tale quod per omnes ętates in eodem perſeuerat: ut multum uero quod aliqua ex parte euariat ita uero & nũc neutrũ erit corpus iuxta ſm ſignificatum: quia uel parte in una hæc quidẽ ſibi ſalubria exiſtũt: illa uero inſalubria uel in differentibus ita afficitur partibus: iuxta uero tertium ſignificatum neutrum erit Corpus quod aliquando quidem ſalubre aliquando uero inſalubre exiſtit: ut nonnullis accidit qui in pueritia ſalubritate corporis uigent cum uero ad iuuentutem peruenerint inſalubres euadunt: aut contra. In uno autem tẽpore quod ita eſt neutrum conſiſtere nequit latius uero ſi accipiatur contingit. Nouimus autem quod nunc dupliciter dicitur. Salubre igitur & neutrum cor-

pus ꝙ modis dicaẗ & quale vnũquodq; ſit ſufficienter explicauimus.
De ſignis uero deinceps dicendum.

## De Signis Salubribus. Cap. .VII.

SVnt autem & ex his ſalubria quidem quęcũq; præſentem indi-
cant ſanitatẽ: & futurã prænuntiant: & præteritã memoriæ ſu-
bijciunt. Inſalubria uero quæ & præſentẽ indicant ægritudinem
& futuram prænũtiant atq; pręteritã memoriæ ſubijciũt. Eadẽ ratiõe
neutra dicuntur quæ neutram diſpoſitionẽ oſtendũt: prænuntiãt &
memoriæ ſubijciunt: & quæ nihil omnino de diſpoſitionibus indicãt
uel nihilo magis ſalubrẽ q̃ inſalubrẽ diſpoſitionem oſtendunt & par-
tim quidem ſalubrem: partim uero inſalubrẽ indicant diſpoſitionẽ &
quæ aliquando quidem ſalubrem aliquando uero inſalubrem: & hæc
quoq; ſm tria tempora ueluti ſalubria & inſalubria appellantur. Vo-
cantur autẽ nõnunq̃ a vetuſtioribus medicis hæc omnia ſigna prænũ-
ciatiua q̃uis pręſentium ac pręteritoꝝ indicatiua: vſus uero non par-
uus ex pręnũciatiuis: atq; indicatiuis minor autẽ ex his quæ memoriæ
ſubijciunt. Cum uero ſint ſalubria corpora hæc quidẽ ſimpliciter hęc
uero ut nũc quæ & bene ualentia dicuntur. Salubriũ ſimpliciter cor-
porum duplicem diximus eſſe differentiã quoniã nõnulla quidẽ ſem-
per: nõnulla uero ut multum eſſent talia & ſemper quidem quæ opti-
mam conſtitutionem ſortita ſunt: vt multum uero quæ non magno-
pere ab illa recedunt.

## De Signis optime cõſtitutionis. Cap. .VIII

HOrum autẽ dignotiones ſumendæ ſunt ab his quæ ſecundũ
eſſentiæ rationẽ ipſis inſunt & ab his quæ ex neceſſitate cõ-
ſequuntur operationibus caſibuſq; qui proprie accidẽtia uo-
cantur. Ab eſſentia quidem ipſa eorum quę optimã habent conſtitu-
tionem cõmenſuratione conſimiliũ quidẽ in caliditate frigiditate hu-
miditate & ſiccitate, Inſtrumẽtoꝝ uero in quãtitate ac numero eoꝝ
ex q̃bus cõponunẗ ac pręterea formatione ſitu partiũ ſingulaꝝ ac to-
tius iſtrumẽti. Ex his vero quę ex neceſſitate cõſequũtur cõſimilia quã-
tum q̃dẽ attinet ad tactũ a mediocritate quę in mollitie ac duritie cõ-
ſiſtit. Quantũ uero ad aſpectũ a colore optimo & leuitatis: atq; hiſpi-
ditatis mediocritate. In opationibus a pfectione: quã & ipſaꝝ uirtutẽ
appellam⁹. Ab his uero quę inſtrumẽtarias ptes cõſequũtur a cõmẽſu-
ratione & pulchritudine omniũ totius corpis inſtrumẽtoꝝ ac pterea
eaꝝ quæ ipſis inſunt uirtute opationũ. Optime igitur cõſtitutiõis cor-
porũ ſigna indicatiua ſunt hęc. Eoꝝ autẽ quæ ab ipſa deficiũt: & ad-
huc tamẽ ſalubria exiſtũt nõnulla quidẽ incõſimiliũ tẽpatura vitiũ ali-
q̃d paruũ habẽt nõnulla uero in inſtrumẽtarioꝝ cõmẽſuratiõe & hoc
quoq; per exiguũ: accidit autẽ hoc uel in oĩbus uel in aliquibus aut in
utriſq; vitioꝝ uero genera eadem ſunt his quæ uirtutẽ perficiũt: tem-
peratura quidem incõſimilibus. Numerus autẽ & formatio & magni-
tudo & ſitus in inſtrumentarijs: vtriſq; uero cõmunis unitas quam &
ipſorum continuitatẽ appellamus: in his autẽ ipſis generib⁹ ſunt cor-
porum inſalubriũ uitia ſm utrũq; inſalubritatis modum. Terminus
autem qui utrũq; diſtinguit eſt operationũ læſio ſenſibilis. Quæ uero
ab optima corporũ cõſtitutione breue aliq̃d deficiũt re vera quidem
& ipſa in aliquo ſunt offenſa: nõ tamen id ſenſu cõpręhẽditur. Diſtin-
guntur uero ex eo: ꝙ magis minus ue in operationibus exiſtit: ac q̃a
cauſis quę ægritudinẽ pariũt non æque reſiſtunt: quæ autẽ ſimpliciter
inſalubria ſunt corpora diſtingũtur: ob id ꝙ facile a cauſis quæ mor-
bos cõmittẽdi uim habent ſuperantur: Et quoniã in uigore operatio-
num plurimũ deficiũt. In medio aũt amboꝝ collocantur ea quæ neu-
tra exq̃ſite appellãtur & cũ latitudine quadã. Quo fit ut tota ſanita-
tis latitudo in tres partes quaꝝ ſingulę latitudinẽ habẽt nõ paruã di-
uidatur. Erit aũt prima quidẽ ſalubriũ corpoꝝ ſecũda neutroꝝ tertia
inſalubriũ. Poſt quę deinceps ſequũtur quę iam ægrotãt corpora quæ
ſenſibilibus opationũ læſionibus diſtingũtur. Quæ igitur dolore infe-
ſtantur: & quoꝝ motus ſunt uitioſi: aut omnino interierũt manifeſtã
habẽt determinationẽ. Quæ uero imbecilles ædũt opationes in ma-
gnis q̃dẽ diſtãtijs facile diſcernũtur. In paruis vero ambigua ſunt: atq;
idcirco in eo genere noxæ collocãtur quæ neutrius cõtrarioꝝ partici-
pat diſpoſitio quã & ipſam neutrã dicimus appellari. Ita tamẽ ut ho-
rum omniũ ſenſus ſit iudex: nõ ipſa natura rerũ inſpiciatur ne piculũ
ſit in dogma ppetuæ paſſibilitatis incidere: & quidẽ ſigna ſanoꝝ cor-
porum: ſed quæ inſalubria: ſalubriaq;: & neutra exiſtunt quãtitate di-
ſtantiæ differũt duobus inuicẽ cõtrarijs terminis a nobis ſtatutis opti-
ma videlicet cõſtitutiõe corporis: & nuper facta ægritudine: ac dein-
ceps cõſiderantibus vtri eoꝝ uiciniora ſunt ea quæ ad examen cor-
pora veniũt: Quæ enim pximiora ſunt optimæ cõſtitutioni ſalubria:
Quæ vero ab hac longius diſtant atq; ad ea quæ iam ęgrotant magis
accedũt inſalubria: Quæ aũt itermedia atq; æqualr̃ ab vtriſq; diſtare
videnẗ neutra. Optimæ igitur cõſtitutionis corporis indicia explica-
uimus: Eorum vero quæ ab ipſa deficiũt totidẽ ſunt numero genera
quæ in magis & minus ſecari poſſunt: Cum autem in tres latitudines
diuiſa ſint corporis inſalubris ſimpliciter indicia trademus: Ex his
enim & reliquæ duæ latitudines ĩnoteſcent. Generaliter igitur prius
a nobis in eo quẽ de optima cõſtitutione ſermonẽ habuimus ſpecia-
liter autem nunc dicetur: ſi prius partes diuiſerimus.

Quot ſunt Differentiæ partium. Cap. .IX.

SVnt vero earum quatuor uniuerſæ differentiæ quoniā nonnul-
læ earum principia quædā exiſtunt. Aliquę uero ab ipſis originē
habent: aliquæ nec aliaꝝ gubernationi pręſunt: neq; aliūde gu-
bernantur: quum inſtans habeant a natura potētias a quibus regun-
tur. Quædā uero ſunt quæ inſitas ſimul & aliunde emanātes habent:
Principia igitur ſunt Cerebrū. Cor: Hepar: Teſticuli. Ab his uero or-
tum habent atq; eiſdem ſubminiſtrāt. Nerui quidem & Spinalis me-
dulla Cerebro: Cordi uero arteriæ: Hepati venæ. Ipſa uero ſemina-
ria vaſa Teſticulis. Quæ autem a ſe ipſis gubernātur ſunt Cartilago:
Os: Copula: ſeu ligamentū Membrana: Adenes: Adeps: Caro ſim-
plex. Reliquæ uero partes cum una cum iſtis habeant ex ſe ipſis regi-
men arterijs: neruis: & venis inſuper eguerūt. Capillorū autem atq;
vnguium neq; regimen ullum eſt ſed generatio tantūmodo. Hæ igi
tur ſunt partium Differentiæ.

De Signis Cerebri. Cap. .X.

INdicia autem ſingularū temperaturæ ſumpto a Cerebro initio
Deinceps Dicemus. Sūt uero quiq; uniuerſa genera quę ipſius na
turam oſtēdunt. Primū quidē totius capitis Diſpoſitio. Secundū
uero ſenſibilium operationum uirtus & uitium: Et tertium actiuarū.
Quartum earum quæ tenent principatum. Et quintum naturalium.
Aliud uero genus præter hæc omnia ea quæ extrinſecus aduenit alte
ratio. Et quidem totius capitis diſpoſitio ex magnitudine & figura ſu
mitur atq; capillis.

De Paruitate: & Magnitudine capitis. Cap. .XI.

PAruum igitur caput uitioſæ conſtitutionis Cerebri propriū eſt
indicium: magnum uero non neceſſario indicat bonam Cere-
bri compoſituram: ſed ſi quidem ob inſitæ uirtutis robur: quæ
multam atq; optimā materiam afformauerit eueniat optimum eſt ſi-
gnum: at ſi ob materiæ tantum multitudinem haud quaq̄ bonum. Di
ſtinguenda uero ſunt hæc & ex figura ipſa: & ex his quæ ab eo habēt
ortum: a figura quidem ipſa ſi cōcinna. Semper.n.hoc bonum eſt ſi-
gnum: ex his autem quę ab eo ortum habent: ſi ualida eſt ceruix: & ſi
alijs oſſibus optime conſtet: atq; omnis præterea neruoſa ſubſtantia
boni ſit habitus ac robur habeat intentum. Propria autem capitis fi-
gura eſt ueluti ſi excogitares ſphæram exquiſite rotundā ex cæra cō-
ſtructam paulatim utrinq; depreſſam. In hac.n.neceſſe eſt ut poſte-
riores prioreſue partes plus gibbæ fiant q̄ ſphæræ conueniat. Quæ
uero utrinq; conſiſtunt magis recte: quod ſi ea quæ ſecundū occiput
eminentia aliquatenus minuatur ſimul intueri oportet neruos: atq;



ceruicem una cū oſſibus alijs. Nam ſi ſecuudum naturam cōſtiterint
materiæ Defectu non uirtutis imbecillitate cōtingit. Illis uero non re
cte ſe habentibus principiū eſt debile ſed magna ex parte Defectus
qui occipiti eueniūt conſequitur eoꝝ quæ antediximus imbecillitas:
rariſſimeq; aliter euenire conſueuit. Caput autem quod ſecundū oc-
ciput in acutiem tendit animaduertere oportet hiſdem adhibitis di-
ſtinguendi rationibus ꝗbus antea in capite grādiori facto utebamur:
Vt plurimū uero & hic optimū eſt ſignum figura cōcinna eius partis
quę cerebro adhæret quā nōnulli medici poſterius cerebrum appel-
lare conſueuerūt quēadmodū & poſterius exiſtit ea futura quę grææ
litteræ .λ. formā habet præfinitā: Eſt uero huiuſcemodi pars ſpinalis
medulę principium & eius ratione neruoꝝ omniū in toto animali qui
actionibus obſeruiūt: Ipſa aūt pars poſterior per ſeipſam paucos ad-
modū ſenſitiuos obtinet neruos: plurimos uero actiuos ſicuti & ante
rior ſenſitiuos ꝗdem plurimos paucos admodū actiuos: q̄re ubi bene
fuerit affecta utraq; ꝑs robuſtas habebūt eas quę ab ipſis deriuatiōes.
Eædē quoq; Diſtinctiones adhibende ſunt ad partes capitis anterio-
res ad frontē attinētes: quæ etiā ad poſteriores earūdēq; & paruitatē
& magnitudinē inſpicere oportet atq; itidem figurā & ſenſus ibi col-
locatos uiſum: guſtū: atq; odoratū. Hæc.n.ſi inuicem indicāt atq; atte
ſtantur: & quæ a principijs oriūtur principij uirtutē & uitium: & prin-
cipium ea quæ ab ipſo naſcuntur.

De Opationibꝰ obtinētibꝰ principatū. Cap. .XII.

EArum autem operationum quæ obtinent principatum: virtus
ac uitiū ſunt ipſius principij ſeorſum tātūmodo indicia: Voco
autē opationis principatū obtinētes quæ a ſolo principio pro-
ueniūt: Ingeniū quidē igitur ſubtilem cerebri ſubſtantiā indicat: tar-
ditas uero intellectus craſſam: diſcēdi uero facilitas formaꝝ facile ſu-
ſceptiuā: Memoria autē ſtabilem ac firmā: Sicuti & diſcendi difficul-
tas formaꝝ non facile ſuſceptiuā: & obliuio fluidā: Mobilitas quoq;
in operationibus calidā: Stabilitas autē frigidā: Adhuc autē Duo iudi
ciorū genera mihi videor prætermiſiſſe: De quibus ſum ab initio me
dictuꝝ pollicitus quorum alterum ad operationes attinet naturales:
Alterum vero ad ea quæ extrinſecus occurſant. Erit autem in utriſq;
ſermo communis.

Signa bonæ temperaturę Cerebri. Cap. .XIII.

SIquidem Cerebrū ſorciatur bonā quattuor primaꝝ qualitatum
temperaturā omnia quæ Diximus habebit moderata: Et excre-
menta quæ uel ꝑ palatum: uel aures: uel nares: uel oculos expur
gantur: hæc quoq; modice ſe habebunt atq; ab his quæ extrinſecus

occurſant minime ledetur: quę ſcilicet uel calefaciūt: uel frigefaciūt:
vel humectant: vel exiccant. Talibus igitur capilli capitis cum ad-
huc ſunt infantes ſubruffi: cū uero pueri ſubflaui: cū iam adoleuerint
flaui fiunt medijq; ſunt inter eos qui omnino ſunt criſpi & ſimplices:
nō tamen facile caluitiū patiuntur. Quę uero dicūtur ac poſterius di-
cenda inditia ſunt accipere oportet vt in bonā habentibus temperiē
habitationibus. Quæ autem ad capillos attinēt non ad locoꝝ tantum
ſed ad humorū quoq; temperaturā qui cerebri temperaturæ propor-
tione reſpondēt ſunt referenda. Si uero calidius ſit ꝗ oporteat. In al-
tera uero oppoſitione bonā habeat tēperaturā. ſi quidem in calidita-
te exceſſerit omnia quæ dicētur ualidiora erūt indicia: ſed ſi paruus
fuerit exceſſus imbecillia. Cōmunis autē hęc ratio ſtatuatur in omni-
bus partibus quaꝝ in tēperaturis vniuerſis indicia ſumus tradituri.

## Signa calidi Cerebri. Cap. .XIIII.

DEinceps igitur ſigna caliditatis cerebri pręter ea quæ nuper
diximus ſunt ꝙ ea quę circa caput omnia rubicūda & calida
magis: & quæ in oculis venæ magis ſenſui patent. Capilli
quoq; in his ſtatim in lucē æditis habēt in capite ortū & cum plurimū
in caliditate a mediocri temperatura receſſerint nigri: & robuſti: &
criſpi fiunt. Cū vero non multū ſubflaui quidem ab initio fiunt dein-
de nigricant ac progrediētibus ætatibus caluitium patuintur: atq; eo
magis qui plus modico ſunt calidiores. Excremēta uero quæ ꝑ pala-
tum: & nares: & oculos: & aures pauca: & cōcocta ipſis exiſtūt cum
integrā habuerrint ſanitatem. Cum uero eis caput repletur cōtinuo
enim ac tū pręſertim cū nullā victus ſeruauerint rationem tale quid
eis accidit plura quidem in ipſis excremēta ſed non inconcocta gene
rantur implenturq; atq; aggrauātur eorū capita a calidis cibis & poti
bus: odoribus: atq; hiſce omnibus quæ extrinſecus occurſant: ī quoꝝ
numero eſt & q nobis circūfunditur aer. Sed pręterea magis ſi non
ſolū natura calida: ſed etiā humida talia corpora extiterint. Breuibꝰ
aūt ſōnis huiuſmodi tēperaturæ cōtētę ſunt neq; admodum ꝓfundis.

## Signa frigidi Cerebri. Cap. .XV.

FRigidioris vero ꝗ oporteat cerebri indicia ſunt plura in pro-
prijs meatibus excrementa & capilli recti & ruffi: & ſtabiles &
qui longo poſt natiuitatem tempore naſcūtur tenues: atq; ab
inicio male nutriti & facile a cauſis frigidis offenduntur: atq; hoc ipſo
offenſionis tempore deſtilationibus: & grauedinibus capiuntur neq;
ſi tetigeris partes ad caput attinentes admodum calidæ ſentiuntur.
Neq; ſi inſpexerit rubicundæ apparent: & oculoꝝ uenæ omnino ui-
ſum effugiunt: & ſomnulenti quodāmodo ſunt.

## Signa ſicci Cerebri. Cap. .XVI.

SIccioris autem cerebri indicia ſunt paucæ ſuperfluitates efflue-
tes & ſenſuum perſpicacitas. Sunt autem ad uigilias prompti
& capillos habent robuſtos & qui celerrime eis genitis innaſcū
tur. Criſpi autem potius ſunt ꝗ recti. Cito autem calui fiunt.

## Humidi Cerebri indicia. Cap. .XVII.

HVmidioris vero cerebri indicia capilli plani: & nequaꝗ cal-
ui fiunt. Senſus autem turbulenti & excrementorum multi-
tudo ſomni multi atq; profundi: & hæ quidē ſimplices ſunt
intemperaturæ.

## Signa calidi: & ſicci Cerebri. Cap. .XVIII.

COmpoſite autem primum calida & ſicca ſecundum quam &
ſuperfluitatibus carent & ſenſibus uigent: & plurimum uigi-
lant & cito calui fiunt. Et prima quidem capillorum genera-
tio celerrima eſt: ac plurimo abundans alimēto. Capillos uero habēt
nigros: & criſpos & tangentibus caput calidi ſentiuntur: & ſunt ru-
bicundi: uſq; ad ætatem conſiſtentiæ.

## Signa calidi: & humidi cerebri. Cap. XVIIII.

SI vero humiditas adiūgatur caliditati paruū utriſq; qualitatibus
ſuperantibus mediocritatē color bonus: & quæ circa oculos ca-
lidiora: venæ magnæ & plura excremēta: & mediocriter cocta
& capilli recti ſubflaui & nō facile calui fiunt Implētur uero atq; ag-
grauantur eorū capita a calidis. At ſi humectentur tunc multo magis
excremētoꝝ habent multitudinem. Et ſi plurimū caliditas atq; humi
ditas creuerit his caput ægritudinibus, eſt obnoxium: atq; excremen-
tis abūdās: & quod facile a calefaciētibus atq; humectātibus offenda
tur: Hauſter uero ſemꝑ eis aduerſat͛ atq; optime in Aglone ſe habēt:
nō tamē diu vigilare poſſunt: & cū ſe ad ſomnū cōuerterit: ſimul gra
ui ſomno tētant: & vigilāt & ſomnia habēt imaginationibꝰ plena vi-
ſus eis turbulēti neq; ſatis ſenſibus uigēt: quod ſi plurimū ī caliditate
cerebrū a mediocritate receſſerit paululū aūt humidius extiterit cali
dę tēperaturę indicia quidem ſuperabunt cum quibus leuia quædam
humiditatis ſigna coniungentur ueluti ſi longe quidē humidius pau-
lulum uero calidius uehementia quidem erunt ac manifeſta humidi-
tatis indicia debilia autē caliditatis. Cōmunis vero hęc ratio in omni
bus compoſitis intemperaturis exiſtit.

## Signa frigidi & ſicci cerebri. Cap. XX.

FRigidæ vero & ſiccæ cerebri intēperaturæ frigidū: & minime
coloratū ſui ratione caput reddūt: ſemper enim memoria re-
petenda quæ a nobis ab initio eſt diſtinctio poſita ut pręterea

aduertamus q̃tum ex humoꝝ tẽperatura alterentur quæ circa ipſum cõſiſtũt. Protinus autem huiuſcemodi temperaturæ venis carentes habẽt oculos & a cauſis frigidis facile lædũtur. Quare & inæquali ſanitate fruũtur qm̃ nonnunq̃ leuiſſima habent capita: & excrementorum moderatos effluxus: Non nunq̃ uero & grauedinibus & diſtillationibus minima ex cauſa capiuntur.

De Senſibus. Cap. .XXI.

SEnſus autem eorũ in Iuuentute quidẽ omnes uigent: atq; omni vitio carẽt ſed progrediente ætate cito marceſcunt. Ex ut ſummatim dicatur omnes celertimã circa caput ſenectutẽ oſtẽdũt. Quare & cito cani fiunt: Capilli uero ipſis quidẽ genitis uix exeunt: & male nutriũtur: & ruffi ſunt: In progreſſu aũt ętatis ſuperãte magis frigiditate caliditatem q̃ ſiccitate humiditatem multũ non calueſcũt. Contra uero ſi cõtigerit ſiccitatem quidem plurimũ dominari humiditati frigiditatem uero caliditati parum calui fiunt hi.

Signa Cerebri frigidi & humidi. Cap. XXII.

HVmidæ vero & frigidæ cerebri tẽperatur æ faciunt homines graui ſomno tẽtari: & ad ſomnũ facile cõuerti ſenſib⁹ quoq; minime uigentes atq; excrementis redũdantes: & qui caput frigiditati ac repletioni habẽt obnixiũ ac deſtillationibus & grauedinibus facile tentãtur: neq; tamẽ hi calui fiunt: Hæc igitur indicia ſunt cerebri temperaturę a quibus ſi progrediaris ad vnũquodq; ſenſoriũ dignotiones tranſferre licebit.

De Oculis. Gap. .XXIII.

SEd ſufficiet de oculis facere mẽtionem. Quicunq; tangentibus quidem manifeſte calidi exiſtũt: & facili ac crebro motu ſciẽtur & venas latas habẽt: hi calidi omnes ſunt: frigidi vero his cõtrarij: & humidi quidẽ molles ſimul & multa humiditate pleni. ſicci uero duri ſimul & aridi: A ſimilibus autẽ ſuæ tẽperaturę cauſis facile offendũtur iuuãtur autem a modico cõtrarioꝝ uſu: ſed hoc quidẽ cõmune in omni cuiuſcũq; partis tẽperaturę dignotione oportet meminiſſe.

De Magnitudine Oculorum. Cap. XXIIII

MAgnitudo oculorum quidem ubi concinitas adſit & operationum uirtus multitudinem bene temperatæ ſubſtantiæ oſtendit ex qua ſunt conformati quę ſi deſint multam quidem ſubſtantiam non tamen bene temperatam oſtendunt.

De Paruitate oculorum. Cap. .XXV.

PAruitas uero oculorum adiuncta quidem concinnitate ac uirtutum operatione paucam quidem ſed bene temperatam ſubſtantiam oſtendit ex qua ſunt conformati. Si uero ſociam habuerint inconcinitatem quandam atq; operationũ uitium tunc paucam ſimul ac uicioſam materiã oſtendunt.

De colore Oculorum. Cap. XXVI.

QVæ uero ad colores attinent ita diſtinguere oportet. Glauci quidem oculi qui pura humiditate: ac non multa præfulgent tales fiunt ob ſplendidi luminis abundantiã. Contra uero nigri & qui intermediam naturam ſeruant cauſas quoq; intermedias habent.

De Glaucedine & nigredine oculorum. Cap. XXVII.

GLaucus igitur oculus fit uel propter magnitudinem uel propter ſplendorem humoris qui a gręcis criſtaloides nominatur uel propter ſitum prominentem: aut propter tenuis: & aquei humoris qui in pupilla exiſtit paucitatem & puritatem: atq; omnibus quidem in unum conuenientibus fit glauciſſimus oculus. Quod ſi aliqua adſint: aliqua uero non tunc maior minor ue glaucedo contrahitur. Niger uero oculus fit aut ob paruitatem criſtaloidis aut propter profundum ſitum uel quoniam ſplendidus ac fulgidus exquiſite non eſt: uel quoniam tenuis humor uel ſuperabundat: vel purus non exiſtit: uel propter unam aliquam ex his quas antediximus cauſas: aut propter omnes fieri conſueuit. In ipſis autem magis & minus (vt ante diximus) reperitur. Tenuis igitur humor quo magis ad aquæ naturam accedit: & ſuperabundat humidiorem oculum oſtẽdit: quemadmodum ſi craſſior ac minor fiat ſicciorem. Criſtalloides autem ſi quidem durior exiſtat ſicciorem efficit oculum. Si uero mollior humidiorem ſic & ſi plus modico tenuem humorem exceſſerit ſicciorem. Si autem defecerit contrarium.

De Cordis tẽperaturis. Cap. XXVIII.

DE cordis autem temperaturis deinceps dicendũ eſt. Si prius hæc in memoriã reuocauerimus ꝙ vnãquãq; partem ſe ipſa vel calidiorem: uel frigidiorem: uel ſicciorem: uel humidiorem dicimus factam non alicui rei alteri comparãtes ſed ad ſe ipſum ſic enim ut cunq; extiterit: cor natura frigidiſſimũ multo ſane calidiorem temperaturam poſſidebit calidiſſimo cerebro.

Signa Cordis calidi. Cap. XXIX

CAlidioris igitur cordis ut ad modum qui ei proprius eſt: atq; conueniens indicia quædam ſunt inſeparabilia: & propria magnitudo reſpirationis: & pulſus uelocitas: & frequentia: & audacia: & ad actiones natura prompta: ꝙ ſi multum in caliditate exceſſerit: tunc furibunda quędam iracundia: & temeritas adſunt.

> Hic locus ĩ oibus ferè exẽplaribus græcis atq; latinis deprauatꝰ eſt. Ita.n. græce ſcribẽdũ fuit: εἰ δέ μεῖζον ἢ κατὰ τὸ ποσὸν τῆς φύσεως οὐ μικροτέρα μόνον ἀλλὰ καὶ βραδυτέρα καὶ ἀραιοτέρα. δειλοὶ οἱ τοιοῦτοι τὴν φύσιν καὶ ἄτολμοι καὶ ἀμεληταί. .i. ſi aũt maior ꝙ frigiditaſ q̃titas nõ ſolũ minor ſed ẽt tardior: ſuple tu crebre ſpiratio. timidi natura tales ſunt ꝛ ſine audacia: ꝛ tardi. ꝛ huic traductiõi adſtipulaſ: traductio arabica quã exponit Haly.

Eſt autem his thorax hiſpidus: & præſertim pectus: & quæcunq; hypochõdrijs partes proximiores. Magna uero ex parte calidi cordis temperatura uniuerſum corpus calidum reddit niſi hepar uehementius obſtiterit. Dicemus autem paulo inferius totius corporis indicia. Eſt quidem & latitudo thoracis caliditatis indicium niſi & hic quoq; cerebrum plurimum obſtiterit: quoniam ei magna ſpinalis medulla reſpondet: tantæ uero erunt magnitudine uertebræ: quanta & ſpinalis medulla: quare & ſpina uniuerſa. Configitur uero thorax ad eam ſpinæ partem quæ Methaphrenum ideſt dorſum dicitur: tamq̃ ad carinam nauis. Quare neceſſario eius longitudo ęquabitur dorſo. Latitudo uero erit pro vertebrarum ratione: quando ad proportionẽ eaꝝ craſſitudinis fuerit cõfixus. Cũ uero cordis caliditas ſuperans perflauerit ac dilatauerit in primo ſui ortu thoracem erit eiuſdem caliditati proportione rẽſpondens. Quare cum caput parium: thorax autem latus extiterit maximum hoc tibi fuerit cordis caliditatis indicium. Cum uero magno exiſtẽte capite paruus fuerit proprijſſimum hoc erit cordis frigidioris ſignum. Si uero capiti fuerit proportione reſpondens tunc alijs ſignis de corde diſtinguens: ex ipſius thoracis amplitudine nihil aſſumens.

### Signa Cordis frigidi. Cap. XXX.

IN frigidiore uero corde pulſus minores exiſtunt q̃ modo naturę conueniat. Non tamen neceſſario tardiores: uel rariores. Reſpiratio autem ſi quidem tanto thorax minor extiterit: quanto cor frigidius pulſibus erit proportionalis. Si uero maior fuerit: q̃ pro frigiditatis uehemẽtia non minorẽ tantum: ſed etiã tardior: & rarior. Tales autem timidi natura ſunt & ſine audacia: & ſegnes & nudum pilis habent pectus. De eius uero paruitate diſtinguendũ ut diximus prius. Eodem modo & de totius corporis caliditate.

### Signa Cordis ſicci. Cap. XXXI.

COr aut ſiccius pulſus efficit duriores & iram non promptam quidem ſed feram: & quæ non facile ſedari queat magnaq; ex parte uniuerſum corpus ſiccius exiſtit niſi hepar obſtiterit.

### Signa Cordis humidi. Cap. XXXII.

COrdis uero humidioris ſigna pulſus molles: & mores ad iram quidem procliues ſed talem quæ facile ſedari poſſit: & uniuerſum corpus humidius exiſtit: niſi hepar obſtiterit. Secundum uero coniugationem qualitatum pimarum uitioſæ cordis temperaturæ ita ſe habent.

### Signa Cordis calidi: & ſicci. Cap. XXXIII.

CAlidi & ſicci cordis: pulſus duri ſunt & magni: & ueloces: & frequentes & reſpirationes magnæ: & ueloces & frequẽtes: & multo magis ad uelocitatem ac frequentiam uergũt thorace cordi nõ aucto proportionaliter. Hi uero præ cunctis pectus habent maxime hirſutum: & pypochondria. Ad actiones autem prompti ſunt: & iracundi & impudentes: & mores tyranicos habent etenim ad furorem faciles: non facile uero placabiles: de totius autẽ corporis temperatura: & thoracis amplitudine his quæ ante diximus proportionaliter eſt diſtinguendum.

### Signa Cordis calidi: & humidi. Cap. XXXIIII.

SI vero caliditas una cum humiditate dominabitur: minus quidẽ his quos antea diximus hi ſunt hirſuti: ad actiões uero nihilominus prompti non tamẽ ferior eſt animus: ſed ad iram procliuis tantũmodo. Pulſus uero magni: ac molles: & ueloces: & frequẽtes exiſtunt: & reſpiratio: cum thorax cordi fuerit proportionalis eãdem pulſibus formã ſeruabit. Si uero minor extiterit tanto illis uelocior erit: & frequẽtior quanto & thorax minor extiterit. Si autẽ multa facta fuerit euerſio in temperatura: ac ſi hoc præſertim in humiditate contigerit præter ea quæ diximus contingent etiã ex putredine morbi his qui in ipſis fuerint humoribus corruptis: ac putrefactis. Expirationes autem maiores ſunt ac velociores inſpirationibus: & ſubmiſſio arteriæ in pulſibus uelox.

### Signa Cordis humidi & frigidi Cap. XXXV.

HVmidioris uero: & frigidioris cordis pulſus quidem molles. Moribus autẽ nequaq̃ audaces: ſed timidi & ſegnes exiſtũt. Tales etiã glabrũ pectus habẽt minimeq; irã retinent: ſicuti & ad irã nõ admodũ ſunt prõpti. Quę uero ad thoracẽ: & uniuerſũ attinẽt corpus diſtĩguere oportet ſicuti ea quę ante diximus.

### Signa Cordis frigidi: & ſicci. Cap. XXXVI.

FRigidiꝰ uero cor & ſiccius: pulſus q̃dẽ duriores reddit: & puos reſpirationẽ aũt ſi q̃dẽ thorax paruitatẽ cordis frigiditati ꝓportionalẽ habuerit moderatã. Si uero maior extiterit rarã ac tardam. Hi uero ꝑoibus: minime ad iraſcẽdũ prõpti: cũ aũt coacti fuerit iraſci q̃buſdã retinẽt irã. Habẽt autẽ maxĩe oĩum nudũ pilis pectus. De puitate aũt thoracis: ac ꝑterea totius corpis frigiditate ſimiliter diſtinguẽdũ. Vnũ illud cõe in hiſce oĩbus memoria repetẽtibꝰ: ꝙ quęcũq; de moribus ſiue nũc: ſiue quo uis alio ſermõe explicata ſunt ad tẽpaturę cognitionẽ: nõ de optimis moribus aut uitioſis q̃ ex p̃hia hoĩbꝰ adueniũt ſed de inſitis unicuiq; ac naturalibꝰ nos expoſuiſſe.

Signa calidi Hepatis. Cap. XXXVII.

HEpatis calidioris indicia venarum latitudo flaua bilis abundantior. In conſiſtēti uero ętate etiam atra calidior ipſis ſanguis: atq; eadē ratione corpus uniuerſum niſi obſtiterit cor. His venter & hypochondria hirſuta.

Signa Hepatis frigidi. Cap. XXXVIII.

FRigidioris uero anguſtia venarꝫ pituita abundātior: ſanguis frigidior: & totius corporis habitus niſi a corde calefiat. Venter illis glaber eſt: atq; hypochōdria.

Signa Hepatis ſicci. Cap. XXXIX.

SIccioris autem ſanguis quidē craſſior & minime abundās: uenæ Duriores & totius corporis habitus ſiccior.

Signa humidi Hepatis. Cap. XL.

HVmidioris autem ſanguis quidem abundantior: atq; humidior uenæ autem molliores. Ita uero & uniuerſum corpus niſi partes ad cor attinētes obſtiterint.

Signa calidi & ſicci hepatis. Cap. XLI.

CAlidioris uero ſimul ac ſiccioris hepatis indicia hypochōdria plurimū hiſpida: ſanguis craſſior ſimul ac ſiccior: flaua bilis plurima eſt conſiſtēte autem ætate & atra uenarꝫ autem latitudo: & durities. Sic uero & uniuerſum corpus ſe habet: nam quæ ex corde caliditas originē habet poteſt obtundere eam quæ ab hepate naſcitur frigiditatem. Sicuti & frigiditas caliditatē: ſiccitatē uero nō poteſt humidius cor ad contrariū habitum tranſferre. Media uero inter has quę dictę ſunt ea quę ab hepate humiditas oritur. Magis enim a cordis ſiccitate ſuperatur ꝗ ſiccitas ab humiditate minus autem caliditate: adhuc uero multo minus frigiditate. Hæc enim inter omnes qualitates quæ ab hepate eueniunt facillime uincitur. Liquet autem ꝙ cum in vnum conuenerint utriuſq; principij temperaturæ totum exquiſitę ſecundum illas afficitur corpus: paulo uero inferius ipſius Dicentur indicia.

Signa Hepatis calidi: & humidi. Cap. XLII.

HVmidius autem: ac ſimul calidius hepar minus quidem ꝗ calidius: & ſiccius hypochondria reddit hiſpida. Plurimum uero ſanguinis: & venas amplas: habitūq; calidiorem atq; humidiorē facit: niſi obſtiterit cor. Si uero amplius in ambabus qualitatibus a naturæ modo recedat a morbis q ex putredine: ac uitioſis humoribꝰ fiunt facillime capitur. Adhuc aūt magis ſi plurimū augeat humiditas: caliditas uero non ita. Si aūt cōtra parū quidē humiditas creſcat. Plurimū uero caliditas minime uitioſis humoribꝰ laborāt.

Signa Hepatis humidi: & frigidi. Cap. XLIII.

HVmidius autē & frigidius hepar hypochōdria glabra ſanguinem uero ad pituitæ naturam accedentem generat: cum uenarum anguſtia: ſic & reliquum afficit corpus niſi a corde ad contrariam naturā transferatur.

Signa Hepatis frigidi & ſicci. Cap. XLIIII.

FRigidius autem & ſiccius hepar cum pauco ſanguine & uenarum auguſtia efficit corpus: atq; frigidius: & hypochondria glabra: niſi & hic cor Dominetur.

Signa Calidæ frigidæ humidæ & ſiccæ temperaturæ teſticulorum. Cap. XLV.

TEmperatura uero teſticulorū calida quidem ad Venerē procliuis: & maſculorꝫ generatrix & fæcunda celerrimeq; genitales partes obſepit pilis: ſimul autem & circūiacentes attingit partes: frigidior uero contraria efficit: & humida quidē multo & humido ſemīe abūdat. Sicca paucū & modice craſſū generat ſemē.

Signa calidæ: & ſiccæ temperaturæ teſticulorum. Cap. XLVI.

CAlidior uero ac ſiccior & craſſiſſimū ſemē habet: & fæcūdiſſima eſt ac celeriter ab initio ꝓtinus ad coitum excitat animal. Sed & his genitales partes citiſſime hiſpidæ fiūt: atq; omnes quæ circūſtant ſupra quidem uſq; ad umbilicū infra uero uſq; ad media fœmora petulca igitur eſt: & ad libidinem prona huiuſcemodi tēperatura ſtatim uero ſatiatur: & ſi cogatur offenditur.

Signa Calidæ & humidæ temperaturæ Teſticulorum. Cap. XLVII.

SI autem caliditas humiditati coniungatur hirſuti quidem tales minus: plus uero ſemine abundant non tamen plus cæteris appetunt: ſed minori Detrimento præter modum uenereis indulgent. quod ſi ſatis excreuerint: & caliditas & humiditas non ſine Detrimento a uenereis abſtinent.

Signa frigidę & huīdę tēpaturę teſticulorꝫ. Cap. XLVIII.

SI uero frigidiorē & humidiorē tēperaturā teſticuli habuerit partes circūpoſitę glabrę ſunt: & tarde rē venereā exercere icipiūt: neq; ꝓni ad actū huiuſmodi ſūt. Aquoſum uero & tenue ipſis eſt ſemē: & infœcūdū & fœminarꝫ generatiuū: uel oīno nō generās.

Signa frigidæ & ſiccæ temperaturæ teſticulorum. Cap. XLVIIII.

FRigidior uero: & ſiccior tēperatura ſimilis quidē in reliquis eſt antedictę: craſſius uero in ipſa ſemē exiſtit: atq; oīno paucū.

### De habitu totius corporis. Cap. L.

TOtius autem corporis habitus diximus: & ſupius quomodo & hepatis: & cordis naturā ſequantur: ei autē magis aſſimilatur quod vnā aliquam ex primis qualitatibus potentiorē habuit: quas & effectiuas appellant. Totius vero corporis habitus in illis maxime dicitur partibus quæ primæ oculis ſubijciūtur. Sūt vero hæ: muſculi qui omnia ambiūt oſſa: carnes quædā cōpoſitæ ex prima & ſimplici carne: & pterea fibris qbus innaſcūtur: propria.n. muſculorū ſubſtātia his duobus cōſtat: quæ uero ad ipſos uaſa ptingūt: ueluti riui quidā ſunt qui non ſubſtantiā cōplent: ſed eis ſubminiſtrāt vt in vita permaneāt. Dicentur igitur & horum temperaturæ indicia in bene temperata habitatione: nā quæ male temperatę ſunt cutē permutant ex ſe ipſis formātes & quædā ex indicijs corrūpunt. Ita & in bene tēperata regione: ſi quis ſe tempore æſtatis nudū ſoli expoſuerit permutabit indicia quæ ex colore: & duritię: & mollitię ſumuntur. Si uero quēadmodū bonā temperiem obtinet locus ita & ipſe bene tēperato victu uſus fuerit ut qui neq; ſe nudū ſingulis diebus in ſole plurimū torrefaciat: neq; ſicuti plęriq; more puellarū continue in umbra degat: hic certa atq; exquiſita temperaturæ indicia præ ſeferet tāq̄ igitur de hoc futuro ſermone nūc ad ipſum accedemus.

### Signa moderatæ temperatutæ. Cap. LI.

MOderaræ temperaturæ indicia ſecundum totum animalis habitum. Color quidem ex rubro: & albo cōmixtus: capilli uero flaui: & ut plurimū mediocriter criſpi. Carnoſitatis autem mediocritas in qualitate & q̄titate. Mediū eſt enim exquiſitę huiuſcemodi corpus inter omnes exceſſus: ut qui ad ipſum dicantur: & cognoſcantur: nam & craſſum corpus ad hoc comparatū dicitur craſſum: & tenue ad hoc eodē modo: & carnoſum & macilentū: & pingue: & durū: & molle: & hiſpidū & glabiū: nullū igitur hoꝝ corpꝰ: eſt mediocritatē habēs. Sed qualis polycleti regula ad ſūmū totiꝰ puenit mediocritatis: adeo ut neq; tāgētibꝰ molle uideatur: neq; durū: neq; frigidū iſpiciētibꝰ uero neq; hirſutū: neq; glabiū: neq; craſſum: neq; tenue: aut aliquē aliū habēs exceſſum: uel defectū.

### De corpore calidiore. Cap. LII.

QVęcunq; aūt in caliditate a medio recedūt: non tamen in humiditate & ſiccitate: hęc q̄tum ad carnoſum genus attinent (de hoc enim præſens eſt ſermo) videntur quidē tangentibus calidiora tantū q̄tum & eorum temperatura calidior tāto uero magis hirſuta ſunt q̄to & calidiora: & minus pinguedinis habēt: colorē autem rubrū: & capillos nigros habent.

### Signa frigidæ temperaturę. Cap. LIII.

FRigidioris autem tēperaturæ indicia ſunt piloꝝ carentia: pinguedo: & frigiditas quę tangētibus obuiat. Color autē una cū capillis ruffus: & ubi frigiditas exceſſerit liuidus quodāmō exiſtit: quē nōnulli medici colorē plumbeū appellāt.

### Signa ſiccę temperaturę. Cap. LIIII.

SIccior autem temperatura tanto gracilior eſt: & durior bona temperatura quanto maior eſt ſiccitas. In reliquis autem eodem modo ſe habet.

### Signa humidæ temperaturæ. Cap. LV.

ET humidior etiam in reliquis quidem eodem modo ſe habet. Melius autem carnoſa & mollior & quidem ſecundum coniugationem qualitatum primarum factæ intemperaturę compoſitam habent indiciorum formam.

### Signa calidę: & ſiccæ tēperaturæ. Cap. LVI.

CAlidior ſimul: ac ſiccior eſt hirſuta magis: ac calida & dura exiſtit: & pinguedine caret tenuiſq; eſt: & capillos nigros habet. Si uero multum in caliditate excedat: color quoq; niger illi adeſt.

### Signa calidæ & humidæ tēperaturę. Cap. LVII.

CAlidior autem: & humidior tēperatura mollior: & calidior & carnoſior tanto eſt bona temperatura quantum & vtriſq; qualitatibus aucta fuerit. Quod ſi plurimū augeatur cito ſimiliter a putredinis corripitur morbis quoniā & humoꝝ uitio prompte laborat. Si uero parum quidem humidior ſit multo uero calidior: molliores quidē parum huiuſcemodi ſuut his qui bonam habent tēperaturā & magis carnoſi: non parum uero hirſutiores: & tangentibus non parum calidiores. Nigri uero eis capilli: & caro pinguedine caret. ſi uero paulo quidem calidior multo uero humidior mollis his caro eſt: & multa: & color cōmixtus eſt ex albo & rubro & tāgētibus paulo calidiores. Et ut ſūmatim dicat̄ oībus tēperaturæ cōiugationibus ſemp ſup excedētis qualitatis indicia eminebūt.

### Signa frigidæ & humidæ tēperaturę. Cap. LVIII.

FRigidior autem atq; humidior temperatura: ſi parum quidem utraq; augeatur capillis nuda eſt: & alba: & mollis: & craſſa: & pinguis. Si uero magis exceſſerit reliqua quidē ſunt ſecundū proportionē augumenti qualitatū: color aūt una cum capillis ruffus quēadmodū ſi plurimum utraq; augeatur liuidus. Si uero qualitatum augumentum fuerit inæquale eius quæ ſuperexceſſerit indicia eminebunt.

### Signa Frigidæ: & ſiccæ temperaturæ. Cap. LIX.

SSi autē Frigiditas vna cum ſiccitatæ æqualiter augeatur: natura durū: ac tenue: & glabrū corpus habēt: & tangentibus frigidū: pinguedo tamen ipſis & ſi graciles ſint ꝑ carnes diſperſa. Capilli autem & color frigiditatis modū: ac proportionē ſequuntur. ubi vero calida: & ſicca temperatura in tēpore decrementi: in frigidū & ſiccū labitur habitū: tunc hi graciles fiunt & duri atq; atra bilis in eis dominatur: & ob id nigri ſimul: & hirſuti euadunt. vbi igitur altera qualitas plurimū dominatur: altera uero parū a mediocritate recedit ſuperabūt eius quę dominatur: exilia autem erūt alterius qualitatis indicia. In omnibus vero de quibus ſupradiximus & poſtea dicemus: cōmune eſt temperaturæ indiciū ſi membrum facile frigeſit: uel frigiditatis: vel raritatis: Si uero nō facile: uel caliditatis: uel denſitatis. Si vero a deſiccantibus offendatur: & aridū & ſiccū: & non facile mobile fiat ſiccitatis quemadmodū & ſi ab humectātibus grauiter ſe habeat humiditatis: Inſpicere autem oportet ſi eandem omnes muſculi ſeruant temperaturā: uel minime eandem: atq; in omnibus animaduertere ſubiectoꝝ oſſium q̄titatem. Nōnunq̄ enim gracile uidetur membrū cum tamē non ſit gracile quo ad muſculos attinet: Sed propter oſſium tenuitaē tale uideī ſic & craſſius quibuſdam plęrunq; apparet non ob oſſium amplitudinē ſed ob multitudinem carnis quę vel aucta vel cōminuta: vel durior aut mollior effecta ſiccius aut humidius mēbrū oſtendit. Pauca igitur: ac dura ſiccius multa aūt & mollis humidius. Sic & intermedia ſpacia ſimilariū corporū ut plus: uel minus humidæ ſubſtantiæ in ſe ipſis cōtinēt: uel craſſius: vel tenuius. vel humidius: vel ſiccius membrū oſtendunt. Humidius quidem ubi ſubtilior: & plurima eſt hūiditas: ſiccius uero ubi craſſior ſimul & minor. Ipſe enim ſolidæ corporis partes quæ vere ſolidæ ſunt: ac primæ nullo modo poſſunt effici humidiores. At ſatis eſt ſiquis eas celerius exiccari prohibeat. Intercepta autem in ipſis ſpacia hac uel illa humiditate complere poſſibile: Hæc uero eſt propriū partium ſimilarium alimentū quod ex appoſitione fit & nō per uaſa attrahitur: cōmunis autem hæc ratio & omniū partium exiſtit: & iterum inſalubrium atq; inſalubrium cauſarum doctrina repetetur nunc autem ea quæ ordine ſequuntur attingamus.

### Signa ſicci uentriculi. Cap. LX.

VEntriculi indicia eius quidē qui natura ſiccior exiſtit ſi celeriter ſitibūdi fiant & paucus eis ſufficiat: potus a plurimo autē aggrauētur: fluctuationibus infeſtētur aut ſuꝑfluitet id quod abundet & cibis delectantur ſiccioribus.

### Signa humidi Vētriculi. Cap. .LXI.

HVmidioris autē ſi neq; ſitibundi fiant & ſuꝑabundans humidum facile tolerēt & cibis gaudeāt humidioribus.

### Signa calidi Ventriculi. Cap. LXII.

CAlidior uero natura ventriculus melius quidem concoquit q̄ appetat: & multo magis quæcūq; dura ſunt & nō facile alterationem ſuſcipiūtn: Nā quæ facile alterantur in ipſo corrum pūtur gaudetq; calidis potibus: ac cibis: neq; a frigidis ullam percipit noxam ſi modice ipſis utatur.

### Signa frigidi ventriculi. Cap. .LXIII.

FRigidus uero natura ventriculus ad appetēdū quidem plurimū uiget ad concoquendū autē minime tales pręſertim cibos qui frigidi ſunt & nō facile alterationē ſuſcipiunt. Cito itaq; in ipſo aceſcūt atq; ideo acidis eructuationibus talis uentriculus plurimum abūdat: & gaudet quidem frigidis ſed ab eorum uſu in modico offenditur. Ita & ea quæ extrinſecus frigida occurſant nequit longiori tēpore tolerare quemadmodū neq; calidus calida. Male uero temperaturæ quæ morbi ratione ventriculum occupant hoc differunt ab his quæ naturales exiſtunt quoniam contraria non autem ſimilia appetunt quēadmodum naturales.

### De Malis Temperaturis in ventriculo coniugatis. Cap. .LXIIII.

MAlæ autem tēperaturæ in ventriculo cōiugatæ ex cōpoſitione ſimpliciū cognoſcūtur: Oportet autē eas quæ iā ſunt dictę diligenter aduetere eaſdē ab his quę dicentur diſtinguētes: nō ſolū enim ventriculus ſitibūdos & minime ſitientes facit: & frigidi calidi ue potus appetētes: Sed ea quoq; uiſcera quę in thorace ſunt vt cor: & Pulmo: Sed qui ob horū ſitiunt caliditatem plus inſpirant & longius expirant: atq; æſtum in thorace ſentiunt non ſicuti qui uentriculi ratione in hypochondrijs caliditatem patiuntur: & cum potauerint non ſtatim ſedatur ſitis & magis cum frigidum hauſerint q̄ cum calidum nimis. Refrigerat autem eoſdem & frigidi aeris inſpiratio: qnæ nihil eos iuuat qui uentriculi ratione ſunt ſitibūdi. Ita & hi qui contrario modo ſe habent a frigida inſpiratione ſenſibilem ſentiunt effectum.

### Signa Pulmonis frigidi Cap. .LXV.

ET hoc maximum ſit frigidi pulmonis indicium. Vti uero frigidum inſpirantes manifeſte dolorem ſentiunt: & frigiditatem Ita & caliditas eſt ipſis amica: ſed & pituitæ excrementa cum ſcreatu & tuſſi expuunt.

Signa Pulmonis ſicci. Cap. .LXVI.

PVlmonis autem ſiccitates excremẽtis uacant:& pituita:& uocem claram efficiunt: quẽadmodum humiditates obſcurã reddunt:ac raucã:& cum vehementius: aut acutius loqui ſtuduerint tunc intercidunt excremeuta.

De Voce. Cap. .LXVII.

NOn tamẽ ipſa uocis magnitudo a caliditate: ſicuti neq; paruitas a frigiditate fit: ſed altera quidem aſperæ arteriæ latitudinem ſequitur & uehementiorem efflatum. Paruitas uero a contrarijs aduenit cauſis. Quare neq; ſemper: neq; primum: ſed ex accidenti:& ſolas naturales temperaturas: non autẽ adnenticias vocis magnitudo: aut paruitas ſequitur. Quoniã &.n. talia inſtrumẽta temperaturæ natione ſunt facta: ad hæc autem conſequitur huiuſmodi uox. Idcirco contingit ex uoce de naturali temperatura ratiocinari.

De leni & aſpera Voce. Cap. .LXVIII.

NAm & lenis vox arteriȩ lenitatẽ conſequitur: ſicuti & aſpera aſperitatẽ. Lenitas igitur arteriæ moderatã ſequitur tẽperaturã: aſperitas uero ſiccitatem. Aſperitas &.n. fit ab inȩqualitate duri corporis. Arteriã uero duram ſimilariũ partiũ ex quibus cõſtat ſiccitas: inȩqualẽ uero diſperſȩ in eiſdẽ humiditatis defectus.

De Voce acuta. Cap. .LXIX.

EOdem modo neq; acuta natura uox ſine anguſtia fauciũ neq; grauis ſine latitudĩe fieri poteſt. Anguſtia igitur ab inſita: atq; innata naſcitur frigiditate. Latitudo autem a caliditare differentijs igitur naturalium uocum hæ quæ ex affectu aliquo fiunt ſunt proportionales: quæ & ipſe indicia ſunt cauſarum a quibus oriuntur De quibus in libris de voce ſofficienter diſtinxi. Reliquæ uero partes animalis interiores exilia habent temperaturæ indicia tentandum tamen ea ex iuuantibus atq; nocentibus agnoſcere: ac præterea naturalium potentiarum operationes. Dictum uero eſt in tertio de cauſis accidentiũ: ꝙ cuiuſq; potentiæ virtus:& uitium temperatura principalis exiſtat temperaturaꝝ itaq; indicia iam explanauimus.

Signa naturæ inſtrumẽtariæ. Cap. LXX.

CIrca magnitudinem uero & formationẽ: vel numerum: uel ſitum quæcunq; quidem ſenſibus ſubijciuntur errata cognitu facillima ſunt: quæ autem ſenſu percipi nequeunt quædam cognitionem habent difficilem: quædam uero facilem. Capitis igitur magnitudo: ac figura:& cerebri ſimul in propatulo ſunt. Et de his antea diximus: ſic & quæ thoracis ſunt:& quæcunq; ad ſcapulas:& humeros: uel brachia uel cubitos: uel extremas manus: uel coxendices: uel fœmora: uel tibias: uel pedes attinent non eſt difficile agnoſcere: ſiue ſecundum formatinnem: ſiue ſecundum magnitudinem ex his aliquid non recte ſe habeat: ſiue ſecundum numerũ vel partium ex quibus conſtant compoſiturã ſingularum etiam operationis detrimenta facile patent. Quæ autem intra corpus ſunt non omnia poſſunt agnoſci.

De Ventriculo. Cap. LXXI.

CViuſdam enim ventriculum adeo paruum ac rotundum: ac pronum ſecundum hypocundria ſitum habentem inſpexi: vt manifeſte ex circunſcriptione propria:& uidentibus:& tangentibus appareret.

De Veſica. Cap. LXXII.

SIc & cuiuſdam veſicam contigit intueri: ita expoſitam: ac paruam: ut ſi quando vrinam tardius excerneret tumor quidam circunſcriptus manifeſte cerneretur non tamen aliud ex interioribus quicquam mihi unquam manifeſtum prȩbuit indicium. Tentare autem oportet q̃ maxime fieri poteſt uirtutem ipſorum: ac uitium:& ſi non certiſſima ſcientia: artificioſa ſaltem coniectura comprahendere ueluti exempli gratia in hepate.

De Hepate. Cap. LXXIII.

VIdi enim aliquos & quidem q̃plures quibus renæ erant anguſtæ:& totum corpus colore priuatum ꝙ ſi pluſculum cibi aſſumpſiſſent qui præſertim flatibus excitandis aptus eſſet:& craſſus: ac tenax: nõnulli quidem ueluti pondus quoddam inſidens: atq; ſupenſum in profundo dextræ hypochundriotum partis ſentiebant. Nõnulli uero cum quadam natione dolorem ſentientes. In his quidẽ ve riſimile eſt hepar eſſe paruũ: atq; anguſtos meatus hẽre.

De Homine pituitoſo vomẽte bilẽ. Cap. LXXIIII.

ALterum uidi cuius totus habitus pituitã præ ſe ferebat: quotidie tamen bilem pallidã euomebat. Cenſui igitur inſpicienda alui excremẽta: in q̃bus minimũ bilis apparebat. Quare coniectura quadam comprȩhendi eum meatũ qui bilioſum egurgitat humorem non minimam eiuſdem partem ad imum uentriculi locum quem græci pyloron.i. hoſtiarium uocant effundere ut in quibuſdam apparet animalibus ex quibus id conſtat ꝙ plurimum ad eorum quæ latent ſenſum confert cognitionem ea quæ ex ſectionis inſpectione habetur peritia & operationum: atq; utilitatum inuentio. Quicunq; igit̃ facultatẽ dignoſcẽdi huiuſcemodi corpora quȩ ita lapſa ſunt cõſequi cupit oportet ipſum in ſectionibus: ac in opationũ: atq; vtilitatũ

inuẽtionibus exercitari: Scripſimus uero de omnibus ſeorſum in tractatibus alijs de quibus in fine libri omnino propoſuimus facere mentionem: ut diſcendi cupidi intelligant quæcũq; diſcere optauerint: ex quonã poſſint haurire tractatu. Sed tamẽ de hiſce ſatis.

## Quomodo cognoſcantur Corpora ægrotantia. Cap. .LXXV.

QVæcunq; uero ut nunc inſalubria ſunt: hoc eſt quæ iam ægritudinem patiuntur dignoſcere & hæc ipſa oportet. Quæ quidem ſubijciuntur ſenſui: ex eorum quæ ipſis inſunt ſecundum naturam permutatione in magnitudine colore: figura & numero: & ſitu & ea quę eſt ſecundũ duritiẽ & mollitiem: & frigiditatem: & caliditatem differentia, Quæ autem uiſum effugiunt ut ſummatim dicã ex operationum læſionibus aut his quæ excernuntur aut doloribus: aut tumoribus præter naturam: aut horũ quibuſdam: uel omnibus.

## Signa Cerebri patiẽtis. Cap. .LXXVI.

PArticulatim autem quæ quidem ſunt in cerebro ægre diſpoſitiones: aut dementiæ ſpeciebus aut ſenſibilium immaginationum læſionibus aut actuum qui ſecundũ electionem fiunt: aut ex his quæ excernuntur per palatum: uel nares: uel aures: aut horum qui ei dolores eueniunt differentijs.

## Signa Cordis patiẽtis. Cap. .LXXVII.

QVæ vero in corde fiunt ex difficilis anhelitus ſpeciebus: & tremulis motibus qui ipſi contingũt: ex pulſibus quoq; eius atq; arteriarum & ab excandeſcentis iræ celeritate aut tarditate a febribus: & refrigerationibus: & in colore differentijs: ac eis qui ipſi adueniunt doloribus.

## Signa Hepatis patiẽtis. Cap. .LXXVIII.

QVæ autem in hepate ex defectu humorum: atq; abundãtia: & ad id quod præter naturã euerſione & colore malo: ac præterea ex permutatione naturæ in his quę ad alimenti diductionem: aut ſuperfluitatum attinent excrationem: ſed & ex grauitatibus: & tumoribus: & doloribus non modo his qui in eo ortũ habent uerũ: & in illis qui cõpatiẽdi ratione proueniunt: quẽadmodũ in aliqua: uel ſpiritus grauis uel tuſſis ſpecie.

## Signa Ventriculi patiẽtis. Cap. .LXXIX.

SIc & ventriculi affectus agnoſcitur ubi in concoctione & appetitu humidi: uel ſicci alimenti: uel ſuperfluitatũ excrectione delinquitur. Ita etiã ex ſingultibus eructuationibns nauſeis uomitibus & ipſis eorũ quæ euomuntur ſpeciebus.



## Signa thoracis patientis. Cap LXXX.

ITa & thoracis agnoſcuntur affectus exſpirandi difficultatibus tuſſibus & doloribus: qui in ipſo fiunt: & ex eorum quę cum tuſſi expuũtur differentia. Sic & aſperæ arteriæ ægritudines difficiles anhelitus: & tuſſes & dolor in loco: & quæ expuuntur & uocis offenſiones oſtendũt. Secundum uero eandem proportionem: & in alijs omnibus accidit partibus: Nã ex tumore: dolore: & opationũ leſione & excrementorũ differentia ſumentur indicia. Excreſcentię autem non naturales in inflãmationibus duriſq;: ac laxis tumoribus: & hereſipelatis ſunt explorandæ. Dolor autem quẽcunq; obſederit locum: aut continuitatis ſolutionem: aut ſubitam alterationem oſtendit. Soluitur autem continuitas inciſione exeſione: fractione & tenſione: alteratur uero ſubſtantia a caliditate: frigiditate: humiditate: ſiccitate: leditur autẽ operatio tripliciter aut quia debilitat: aut quia uicioſe: aut quia nullo modo fit.

## De differentia eorum quæ excernuntur. Cap. LXXXI.

QVęcunq; autem excernuntur, non nulla quidem ſunt ueluti partes patientium locorum: non nulla uero tanq̃ excrementa. Quæ uero in ipſis naturaliter continẽtur ſingula propriam faciẽt iudicationem: Dictum eſt autem de hiſce omnibus plenius in tractatu de membris paſſis quem nullus antenos aut in artem redegit: aut ad abſolutam perfectionem deduxit quemadmodum: & in omnibus alijs euenit quibus initiũ quidem aliquod ab antiquis eſt datum non tamen abſolutũ eſt opus ęgrotantiũ itaq; corporum ex tractatu illo indicia ſunt ſumenda. Eorum autem qui in ægritudinem lapſuri ſunt: & qui ſanitati reſtituẽdi præſens doctrina complectitur.

## Signa futuræ ægritudinis. Cap. LXXXII.

EOrum igitur indicia quibus ęgritudinis periculum imminet mediam formam habent inter ea quæ ſanis: & quę ægrotantibns eueniunt: ſiquidem ſanis omnia ſecundũ naturam inſunt præter naturam uero ægrotantibus. quatenus ægrotãt in confinio autem horum ea quæ ſunt corporum neutrorum indicia quorum nõ nulla quidem ſunt ex eorum genere quæ ſecundum naturam ſed uel qualitatibus: uel q̃titatibus: uel temporibus permutata: quędam autem ex his quæ præter naturam & minora his quæ ęgritudinibus adſunt: atq; idcirco hæ quidem corporum diſpoſitiones quæ in ægritudinem caſura monſtraui: ſunt ex neutrorum genere atq; una ea quæ

ipſa indicant ſigna: Primo enim hæc ſanitatẽ oſtendunt ſecundo aũt
ægritudinem: & fiunt eadem ſigna ſecũdũ ad aliquid habitudinem:
neutra & inſalubria: quæ quidem præſentem diſpoſitionẽ oſtendũt:
neutra quæ uero futurã pręmonſtrant inſalubria. Eadẽ uero ratione
& quæcũq; ægrotantibus ſigna ſalutaria apparent dicentur quidem
ſalubria: quia futurã ſanitatem: oſtenndũt dicentur etiam ægra qua-
tenus præſentem oſtendũt ægritudinem. Neq; in ambiguo eſt ꝙ quæ
ſunt utrorunq; indicatiua neutra dicentur: ſecũdũ unũ quoddã neu-
tri uocabuli ſignificatũ: neq; uero mirari oportet eadem ſigna tres in
diuerſis habitudinibus ſeruare ratiões quę & ſalubria: & ægra & neu-
tra dicantur: ſecũdũ uero alterum ſignificatũ quæcũq; his qui a mor-
bo referũtur inſunt ſigna neutra appellamus neq; in alio ſignificato
accipiũt ea quæ ſenibus inſunt. hæc quidẽ omnia pluribus & conce-
ptibus & rationibus ſubijciũtur: quæcũq; uero in his qui integra ſani-
tate fruũtur inter ſalubria tantũmodo cõputantur. Et quæcunq; ęgri-
tudinibus inſunt neq; futurã pręnũtiant ſanitatẽ ſoli & hæc ægrorum
conceptui ſubijciũtur. Sed de his quidem poſtea dicetur: nũc quæ fu
turam pręmonſtrant ægritudinem prius exequamur. Cũ vero ſit eo-
rum differẽtia duplex prius ea pertractemus quæ q̃titatibus uel qua-
litatibus uel temporibus: nõ autem proprijs ſpeciebus ab eo quod ſe
cũdũ naturam euariant ueluti ciborum appetentia intenta: uel diſſo
luta aut quæ non ſeruat tẽpus conſuetũ aut quæ ad edulia non uſita-
ta feratur aut ex excrectiones cibi ſuperfluitatum quæ aut pauciores
aut plures: aut humidiores: aut duriores exiſtant. Sic humidorꝝ excre
mentorũ: uel defectus uel ſuperabundantia præter conſuetudinem
naturalẽ aut in colore: aut in conſiſtentia varietas aliqua. Aut in tem
pore excrectionis: & uigiliæ plures: ac ſomnus aut non conſueto tem
pore. Eodẽ modo potus pluris: aut paucioris calidi: aut frigidi inſolẽs
appetitus ſicuti & circa rerũ uenerearũ vſum immodica aut intem-
peſtiua cõcupiſcẽtia: & plures aut pauciores ſudores his q̃ ſint opor-
tuni: & ad motus torpor: aut ſi moueri tentauerint grauitas: aut ue-
hemens exſolutio mẽſtruorũ occultatio: uel immodica: aut diminu-
ta euacuatio. Sic & quę per ora uenarꝝ (gręci hęmorroidas appellãt)
fit ſanguinis effuſio. Sed non eadẽ quæ prius in cibo potuq; uoluptas
ſunt futuræ indicia ægritudinis hebetudoq; animi non naturalis: aut
obliuio quędam inconſueta: aut ſomni qui pluribus ĩmaginationibus
abũdant q̃ prius auditus: & odoratus uiſus ue hebetiores: aut turbu-
lentiores: & vt ſimpliciter dicã quęcũq; ſecundum naturam inerant:
hæc quidem augumenta: hęc uero comminuta: hęc uero temporibus
quibuſdam aut qualitatibus ĩmutata. Siquidem & ipſius corporis mo

les aut maior: aut minor: aut magis alba: aut magis rubra quẽadmo-
dum liuidior: aut nigrior: ructuſq; ac ſternutamenta: & flatus plures:
aut pauciores his qui ſecundũ naturam ſic & quęcũq; per nares: uel
palatũ: uel aures per quos meatus cerebrũ expurgatur uel tempori-
bus: uel q̃titatibus: uel qualitatibus ĩmutata: hæc igitur omnia ex ge-
nere eorum ſunt quæ ſecũdũ naturam: Morſus aũt uentris: uel in ore
uentriculi: uel in aliquo inteſtinorum: aut cum aluus ſubducitur: aut
cum uomitus excitatur aut cũ mĩgitur: ſiue aliquis alius dolor medio
cris ex genere quidẽ exiſtit eorꝝ quæ pręter naturã: non tamen qui ita
ſe habent ægrotare dicuntur: ſicuti neq; qui capite grauãtur: aut do-
lent: aut uigilant: cum non dum in conſuetis impediuntur operatio-
nibus. Hic enim in huiuſcemodi diſpoſitionibus terminus eſt. Atq; id-
circo in eo quod ad aliquid eandem diſpoſitionẽ ægram atq; neutrã
appellabimus. Nam pro uigore potentię quæ uel facile ſubſtinet: uel
vincitur unaquęq; ex his quas antea diximus: uel morbus eſt: uel neu
tra diſpoſitio: ſic & quęcunq; in ſenſibus: non in eo quod magis: aut
minus inuicem differunt: ſed toto genere ſunt præter naturã. Et hæc
ſunt ſigna morborum donec modica fuerint & non dum hominem a
conſuetis operibus ſufficiunt ammouere. Talia uero ſunt in guſtu qui
dem cum uel ſalſę uel amarę: uel alicuius alterius qualitatis ſapor no-
bis indicatur ſiue in omnibus quæ bibuntur: aut manducãtur aut pręter
ꝙ aliquid aſſumatur ſaliua ipſa talis ſentiatur. In odoratu autem
quando alicuius unius qualitatis ſenſum habemus nullo odore præ-
ſente: aut cum plura differentia narribus admouemus omnia ueluti ſi
milia ſentimus. Sępius uero nihil ſentimus: aut aliquid fetens etiam ſi
nihil adſit quod feteat. Quantum uero ad auditum ſoni: & ſtrepitus
ad id quod præter naturam pertinent. Quemadmodum in uiſu quæ-
cunq; añ oculos apparere credũtur nigra: & atra: & cerulea & ruffa:
& flaua: & nõnulla rotunda non nulla autem oblonga: quædam gra-
cilia quædam craſſa oculis prætendi uidentur. In ſenſu autem tactus
cum inæqualitas aliqua: uel ſpiſſitudo: uel grauitas: uel tentio: uel tor
pida: uel ulceroſa diſpoſitio in toto corporis habitu ſentitur: ſic & in
ſingulis partibus uel tentio: uel compreſſio: uel morſus: uel grauitas:
quando modice fuerint: ac minime firmæ neutram quidem diſpoſi-
tionem adeſſe demõſtrant: futurã uero ægritudinẽ pręnũciant.

Signa Corporum ægrotantium.

Cap. LXXXIII.

AT quæ iam in ægrotantibus ſigna uidentur ex quibus non-
nulla ſalutem: nõnulla mortem portendunt. Prima quidem
ſalubria: altera uero genere quidem ægra: ſecundũ ſpeciem

autem pernicioſa dicuntur: Sumuntur autē ut uniuerſaliter dicamus
ex operationum uirtute ac uitijs: Secundum partem uero ex particu
larium operationibus: quarũ genera antea diximus. Primum quidem
eorum quæ principia exiſtunt: Secundũ uero illorum quæ a princi-
pijs ortum habent: Et tertium eorum quæ ex ſe ipſis gubernantur: a
principijs autem quaſdam deriuationes habent. Quartum ſiquidem
genus eorum quæ tunc diximus: ex ſe quidem ad aliquid prænoſcen-
dum inutile eſt: Secundũ accidens autem & ex his aliquãdo præco-
gnitiones erunt quẽadmodũ & ex excrementis ex his quidem com-
patiẽdi ratione ex excrementis autẽ ſemper quoniã coctionis: & in-
cõcoctionis ſigna cõtinẽt. Quare fieri non poteſt quin omnino ſigni
ficent: aut naturã materiei: aut materiam naturæ: aut neutrũ neutro
dominari. Salubria quidem ſigna dicentur natura ſuperante: inſalu-
bria uero ſuperata. Neutra autem quæ pugnas habent æquales. Sed
quæ quidem manifeſtam indicant coctionem ex ſalubribus ſunt: Si-
cuti quæ cruditatem: ægra. quæ uero neq; coctionem: neq; crudita-
tem oſtendunt: ex neutrorũ ſunt natura. Sunt uero & neutra quæcũq;
nunc quidem hoc: nunc uero contrariũ ſignificant ueluti digiti deni-
grati: Talia ſunt etiam critica. i. decretoria accidẽtia de quibus omni
bus in libris de criſi dictum eſt. Sicuti etiã de his quæ ad vnamquãq;
attinent operationẽ in his libris in quibus de cauſis accidentium agi
tur. Quare omniũ horum ſingulorum materiam ex eiſdem libris colli
gere oportet: Ego vero prolixitati parcens hic ſermoni de ſignis finẽ
faciam: tranſgrediar autem ad illum qui de cauſis.

### De cauſis ſalubribus inſalubribus ac neutris. Cap. LXXXIIII.

QVoniã vero & harũ hæ quidem ſalubres: hæ autẽ inſalu-
bres: hæ vero neutræ: Primũ de cauſis ſalubribus erit ſer
mo: quia uero & harũ nõnullæ quidem cõſeruatrices: nõ-
nullæ uero effectrices. Sunt aũt: & tempore: & dignitate
priores conſeruatrices. Incipiendũ eſt a cõſeruatricibus. Quum igi-
tur nõ vnum tantũ ſit ſanum corpus: ſed plura vt ſupra diffiniuimus
in eorũ ſingulis propria erit cauſa conſeruatrix: Siquidem omnis cau-
ſa in eo quod ad aliquid exiſtit. Hic igitur denuo ſumendũ initium ab
optima corporis conſtitutione: ac quæ ei ſalubria ſint conſiderandũ.
Eorum autem inuentionem ipſius rei natura inſinuat. Si enim impa-
tibile atq; inalterabile eſſet corpus: Semper optima conſtitutio per-
duraret: neq; artis præſidio indigeret: Quoniam vero alteratur: cor-
rumpitur: & vertitur: neq; eundem ſeruat prioris ſtatus tenorem: ea
ratione auxilium deſiderat.

### Quot modis noſtrum corpus alteretur. Cap. LXXXV.

SEcundum quot igitur alteratur modos tot auxiliorũ hoc eſt cau-
ſarum conſeruatricũ genera habebit: quas ex his quæ dicta ſunt
liquet eſſe ex correctiuarum genere. Sed quia paulatim corre-
ctiões faciunt anteq̃ omnis ingruat noxa non præſeruantes a fu-
turo malo: ſed præſentis ſtatus cõſeruatrices medici appellãt. Altera-
tur igitur corpus a non nullis quidẽ neceſſario a quibuſdam uero non
neceſſario. Dico autẽ neceſſario quæ nulla eſt euitandi ratio: non ne-
ceſſario autem reliqua. Nam aerem quidem nos ambientem ſemper
attingere: comedereq; ac bibere: & uigilare & dormire eſt neceſſa-
rium: enſibus autẽ & exitialibus feris obuiare non neceſſariũ. Quare
circa primum cauſarũ genus uerſatur ars corporis conſeruatrix: circa
ſecundũ autem minime. Quot igitur numero ſint ea qua ex neceſſita
te corpus alterat diſtinguentes propriũ in ſingulis eorum cauſarum
ſalubrium genus inueniemus. Ineſt igitur unũ quidem ex ambientis
aeris adhæſu alterũ uero ex motu: & quiete & totius corporis & par-
tiũ ſingularũ tertium ex ſomno & vigilia: quartum ex his quæ aſſumũ
tur. Quintum ex his quæ excernuntur & retinentur. Sextũ ex animæ
affectibus. Ex his neceſſe eſt aliquo modo affici corpus. Ab aere qui-
dem ambiẽte: quia aut calefit aut frigefit: aut exiccatur: aut humecta
tur vel ſecundum horum patitur coniugationem aut in tota altera-
tur ſubſtantia ex motu vero & quiete: cũ utraq; modum exceſſerint:
aut calefactũ: aut refrigeratum: aut humectatum: aut exiccatũ: uel
aliquid ſecũdum horum patiens coniugationem. Sic & ex ſomno &
vigilia ipſum pati eſt neceſſariũ ſecundum eandem rationem. Et ex
animæ affectibus: & ex his quæ aſſumũtur: aut excernuntur: aut retinẽ
tur: hæc ſiquidem omnia partim quidem euidenter: partim uero per
alias cauſas medias alterant corpus: & ſanitatem corrumpunt: & de
horũ ſingulis ſeorſum ſcripſimus in tractatu qui de ſalubribus inſcri-
bitur. Omnia igitur nũc dicta genera materiæ quædam ſunt ſalubrium
cauſarum at uſu oportuno adhibito cauſæ fiunt conſeruatrices: atq;
ſalubres. Sed ubi a modo deliquerint inſalubres reddũtur unde etiã
liquet ex his nullam harum rerum exteriorum: aut ſalubrem: aut in-
ſalubrem: a nobis exiſtimari oportere at eaſdem potius quãdoq; qui-
dem ſalubres: quandoq; uero inſalubres in eo quod ad aliquid eſſe.
Nam ubi motum corpus deſiderat exercitatio quidem ſalubris ociũ
autem inſalubre: cum vero eget quiete ocium quidem ſalubre: exer-
citatio autem inſalubris eodem modo de cibi[s] : & potibus: & de alijs
omnibus ſtatuendum. Horum enim ſingula quãdo ut neceſſitas cor-

poris exigit cum menſura : ac qualitate opportuna adhibentur ſalu-
bria fiunt: At cum citra omnem neceſſitatem : ac præter modū affe-
runtur inſalubria. Atq; hæc duæ ſunt circa ſalubre: & inſalubre inten-
tiones rei ſcilicet quę adhibetur qualitas: ac quantitas. Neq; enim eſt
rationi conſentaneum etiam temporis occaſionem : quæ in his quæ
dicta ſunt continetur veluti tertium aliquod ab eiſdem diuerſum in-
troducere. Si enim tali : & tanta re allata egeat corpus nemini du-
bium: quin etiam in tempore opportuno afferatur occaſio. Siquidē
temporis inde ortum habet quoniam fluxibile: ac facile mutabile eſt
mortale corpus: ac pro tranſmutationis modo alijs alio tempore
eget auxilijs: Quare non eſt tertium aliquod præter ea quę dicta ſunt
tempus. Sæpius autem eo tanquam tertio quodam ob eam quam di-
ximus cauſam ad docendum vti conſueuimus. Quoniam vero in his
ipſis intentionibus: & aliæ cauſæ ſalubres: & id quod propoſitum eſt
genus continetur rurſus eaſdem repetamus. Optimæ igitur corpo-
ris conſtitutioni cum circunfuſus aer fuerit intemperie poſitus earum
rerum de quibus nuper diximus quietis ſcilicet ac motus: Somni: Vi-
giliæ & eorum quæ aſſumuntur : atq; excernuntur quantitas mode-
rata cōueniet. Cum vero aer a temperie receſſerit tantum a medio-
critate euariare oportet quantus fuerit ab optima temperatura re-
ceſſus. Hi vero ſunt mediocritatis termini in aere quidem ambiente:
vt neq; horreat propter frigus: neq; ſudet propter æſtum. In exerci-
tijs autem cum primum laſſari cœperit: Corpus confeſtim quieſcere.
In cibis autem coctionis perfectio : & excremētorum modus in quali
quantoq; conueniens æqualis vero in his quodammodo eſt coctioni
appetitus. Quare neq; præſide egent qui ſingulorum quæ aſſumun-
tur quantitatem metiatur: Optima ſiquidem natura quantum appe-
tit: tantum etiam concoquit. Sic & ſomno modum ipſa natura præ-
finit: his qui optimam corporis conſtitutionem ſunt ſortiti: Et tunc a
ſomno excitantur cum corpus ampliori quiete non eget. Cumq; ta-
lem uictus rationem adhibuerint nullum eſt in eorum excrementis
delictum: quæ vel per ventrem: vel per vrinę meatus: vel per totum
corpus egeruntur. Nam priora quidem ex modo eorum quæ aſſu-
muntur temperantur: Totum vero corpus ſalubriter perflari facit
exercitij vſus moderatus. Liquet autem ab ipſis caueri oportere
omnes animi immodicos affectus: videlicet Iræ: Triſtitiæ: Furoris:
Timoris : Inuidiæ. Hæc enim alterant atq; a naturali ſtatu corpus
auertunt.

## De Venereis. Cap. LXXXVI.

Venereorum vero iuxta Epicuri ſententiam nullus eſt vſus
ſalubris. Re uera autem confert: Si tantum interualli in eo-
rum vſu adhibeatur: Vt neq; reſolutio aliqua ſentiatur : &
ipſe ſe ipſo homo quodammodo leuior factus : ac melius
ſpirare videatur: Tempus vero ad utendum opportunū: Cum om-
nium in rerum circunſtantium exquiſita mediocritate corpus fuerit
conſtitutum. Cum ſcilicet neq; ſupra modum plenum: neq; vacuum
extiterit: Aut in calore: aut frigore: aut ſiccitate : aut humiditate ex-
ceſſerit corpus. Quod ſi aberrare contigerit paruus ſit error. Me-
lius autem illi calefacto magis q̄ infrigidato: & pleno q̄ uacuo: & hu-
mecto potius corpore q̄ exiccato uti uenereis. Horum autem ſingu-
lorum quæ dicta ſunt : qualitas in ipſa corporis conſtitutione eſt eli-
genda. Exercitij quidem in quo totius corporis partes æqua propor
tione mouentur : Ita ut non aliæ quidem ultra modum fatigentur:
Alię vero citra. Cibi autem: & potus optimam habeant temperiem.
Sunt enim naturæ conuenientiores quæ optima fuerint prędita tem-
peratura. Eadem in reliquis etiam eſt ratio adhibenda. At ſi quod ab
optima conſtitutione defecerit corpus : non autem uehementer : &
hæ quæ ipſius ſanitatem cauſæ conſeruant ad proportionem muta-
buutur : Sed cum multa ſint huiuſcemodi corpora per ſingula ge-
nera ſeorſum dicendum: Quod igitur in temperatura euariat inſtru-
mentariarum autem partium ſeruat commenſurationem duplicem
habet ſalubrium cauſarum formam: Alteram quidem earum quæ ip-
ſius conſeruant temperaturam: Alteram uero eam quæ ad optimam
transferunt: Quæ ita ipſius temperaturam conſeruant tantum a cau-
ſis optime temperatæ naturæ diſtabunt quantum & totius corporis
temperatura ab illa euariabit. Calidiora ſiquidem corpora calidio-
ris victus rationem expoſcunt : Frigidiora autem frigidioris : & ſic-
ciora ſiccioris : & humidiora humidioris ac ſecundum cōiugationem
calidiora : ac ſicciora calidioris ac ſiccioris : eadem in reliquis etiam
cōiugationibus proportione ſeruata. Recte ſiquidem cauſarum ute-
tur materia: qui naturales earum potentias agnouerit: Veluti ꝙ mo-
tus: defectus alimenti uigiliæ excretio : & omnes animi affectus cor-
pus exiccant: At quæ his contraria exiſtunt humectant: Ita uero &
calefacientia: & refrigerantia uicæ inſtituta & ciborum: ac potuum:
Atq; ut ſimpliciter dicam : omnium quæ corpori afferuntur mate-
rias quis noſcens : atq; potentias ſalubribus utetur cauſis ſimilia ſi-
milibus afferendo: Siquidem eius propoſitum fuerit eandem in qua
acceperit corporis ſeruare temperaturam. Quod ſi permutare
atq; ad melius traducere ſtatuerit alterum eſt hic ſalubrium cauſa-

rum genus:his quidem quas nuper diximus contrariũ:æqualiter ve-
ro declinás ad alteram partem a bene temperatis:& medijs quę opti
mis cõuenire naturis dicebamus. Calidior ſiquidẽ: ac ſiccior tempe
ratura a calidioris ac ſiccioris victus ratione ad exactiſſimũ bene tem
peraturę habitum minime tráſfertur. At talium erit vſus neceſſarius
quę tantum eis quę bene temperata exiſtũt frigidiora ſint:atq; humi
diora quãtum & natura naturam in caliditate & ſiccitate ſuperabat:
Nam tale cauſarum genus naturales corrigit intemperãtias. Alterũ
vero de quo ſupra diximus temperaturá conſeruat. Eſt autẽ vtriuſq;
viciſſim apud medicos uſus neceſſarius. Nam cum plurimũ ſuppetit
ocij:corrigere oportet:ac ſenſim ad meliora tráſferre. Neq; enim na-
tura patitur eas quæ ſubito fiunt alterationes hominem autẽ neceſſa
rijs occupationibus diſtrictum in eodem præſtat habitu conſeruare.
Quo pacto igitur:& hoc ipſum primũ cauſarum genus conſeruatiuũ
appellamus: Nam forte magis alteratiuum & curatiuum: & natura-
lium defectiuũ correctiuum vocare cõueniat. Quoniá ad vniuerſum
ſanitatis genus referentes:non ad eas quę ſecũdum ſpeciem differẽ-
tias quæcũq; ſanos conſeruant cõſeruatiua omnia vocamus:ſiue prę
ter id ꝙ ſanitatem conſeruant ad melius totam traducant tempera-
turam:ſiue priſtinum tantũmodo habitum tueanturtat quę deterio-
rem ſtatum efficiunt inſalubria. Quęcũq; igitur ſimilem habẽt in om-
nibus corporis partibus intemperiem: eadem egent procuratione:
quę vero diſſimilem: diſſimili. Nam fieri poteſt vt ventriculus frigi-
dior ſit ꝗ oporteat. Caput vero calidius: atq; vtrũq; proprijs egeat
auxilijs:ac ratione eadem ſingulę alię partes eum fuerint aut pręter
modũ humidiores:ac ſicciores:aut calidiores: aut frigidiores ſuę in-
temperiei victum exigunt accommodatũ. Neq; igitur modo eodem
oẽs tales corporis partes exercerbimus: neq; æqualiter humectabi-
mus:aut exiccabimus aut tale aliud ꝗppiá agemus. Plenius vero de
his diximus volumine illo quod de ſalubribus inſcribitur.

De Cauſis ſalubribus partium inſtrumenta-
riarum. Cap. LXXXVII.

INſtrumentariarũ autem partium cauſæ ſalubres quẽadmodum
& hic ab optima conſtitutione delinquitur:ita & inuicem diſta-
bunt. Alię.n.ſunt ſalubres erroribus qui informatione conſiſtũt:
aliæ his qui in magnitudine vel numero: vel poſitu. In formatio
ne igitur plures contingũt errores. Nam & figura partis & ſi qua in
ea cauitas eſt ſecundũ naturam: vel meatus: vel orificiũ: vel aſperi-
tas:vel leuitas quando a naturali mediocritate receſſerit. Siquidem
parum hoc patiantur: ſalubrium corporum retinẽt appellationem.

Si uero amplius inſalubrium. Quod ſi tantus fuerit receſſus:ut ope-
rationi afferat detrimentũ:iam ægrotare dicentur. Secundum quan-
titatem autem exceſſus: atq; defectus ad eaſdẽ ducit differentias. In
numero uero ſiue una ſiue plures quęcũq; ex ſimilaribus partibus fue
rint aut deficiant aut ſuperabundent. Ex hoc genere etiam ſunt quę-
cunq; in nobis ſubſtantię pręter naturam conſiſtũt. Reliquũ eſt aliud
genus:quod ad ſitũ cuiuſlibet ſimplicis attinet partis: in quo & ipſo
quattuor ſunt omnes differẽtiæ prima quidẽ quæ optima exiſtit:ſecũ
ba uero quę parum euariat:atq; ideo ſalubre adhuc efficit corpus. Et
tertia quæ inſalubre quãdo amplius a modo receſſerit. Et quarta quæ
iam ægrum receſſu plurimo reddit. Quæcunq; igitur partes in figura
delinquũt:ueluti quæ bleſę uarrę:& obliquę appellãtur:hę quum nu-
per natus adhuc tenellus eſt formatione:atq; alligatione:ad natura-
lem traducũtur habitum. Quot ſi iam aucto infante ad duriciẽ perue
nerint emendari non poſſunt. Sic errores quidem qui ad cauitatem
attinet:cum adhuc augeri perſeuerant correctionem admittunt. Cũ
autem iam ad ultimum peruenerint nullus eſt remedio locus. Cauita
tes igitur quiete atq; alligatione paruæ redduntur. Magnę uero par-
tium operatiõe:& ſpiritus retentione:ſic & quęcũq; foramina oraq;.
Et quidem quæ naturalem magnitudinem partes exuperant quiete:
ac commoda alligatione minores redduntur augẽtur autem & natu
rali motu: & frictione moderata: & quibuſcunq; alijs plus ſanguinis
attrahere natura aptis. Deficientes uero partes quęcũq; ex ſanguine
ortum habuerunt corrigi quidem non eſt impoſſibile: quæ autem ex
ſemine prope modum impoſſibile exiſtit licet tamen aliquãdo loco
eorꝫ alia facere quæ vſum haud diſſimilem præſtẽt. Earꝫ uero omniũ
natura opifex eſt:Medicus autem miniſter. Quæ uero numero exce-
dunt his ablatio cauſa ſalubris exiſtit. Inſpicere uero oportet in ꝗbus
id fieri poſſit. Nam ſi impoſſibile appareat:tráſponere tentandũ eſt.
Eadẽ eſt & earꝫ quæ in ſitu uitia ſunt emendatio. Neq; in obſcuro eſt
ꝙ duo ſæpius:aut tria uitia eandem partẽ poſſunt occupare ſicuti in
eo qui uentriculum paruũ ſimul atq; rotundum:atq; aduerſus ſeptum
habuit incũbentẽ. In ipſo & enim magnitudo formatio:ac ſitus erãt
deprauati: temperatura quoq; frigidior exiſtebat. hic nullo artificio
ad naturalem habitum tráſferri poterat. At ne adeo infeſtaretur erat
remedio locus. Nam quoniá repleto uentriculo difficultate ſpirandi
præmebatur:minus cibi at magis alimento opportuni & qui nõ diffi-
culter ſubduceretur ter die aſſumebat. Alteri uero cui obſtructio in
hepate ob uaſorum anguſtiam ſæpius contingebat:extenuans uictus
pro remedio inuentus eſt.

De Solutione continuitatis.
Cap. LXXXVIII.

REliquum igitur id morbi genus eſt quod & ſimilaribus & inſtrumentarijs partibus commune exiſtit ſolutio ſcilicet continuitatis quam quiſpiam forte his vnquam adeſſe negaret qui integra ſanitate fruuntur quoniam ſemper ſit paſſio. Quem ſane latet eandem in omnibus generibus fore dubitationem. Niſi enim operationis læſio ſenſibilis: ſanitatem ab ægritudine ſeperet: ſed qualitatem tantũmodo diſpoſitionis introſpiciamus perpetuæ paſſibilitatis dogma neceſſario recipiemus cũ nullus ſit qui omnes operationes optimas habeat. Sed de hoc quidem: ut quod ad logicam potius pertineat contemplationem ſeorſum conſideretur. Salubres uero cauſas ut his quos nemo dubitat ægrotare: Deinceps percurramus a mala temperatura exordium facientes. Hic uero prius diſtinguamus quæ omnes fere medici prętermittunt alias quidem eſſe ſalubres cauſas eius temperaturæ quę iam facta eſt. Alias autem illius quæ & adhuc fit: ſicuti etiam alias eius quæ futura eſt. Huius itaq; poſtremæ hę quidem in pręſeruatiua artis paruæ continentur: hæ uero Inſalubri. Primæ autem inter omnes incuratiua tantũmodo ſed eius quam mediam inter utranq; locauimus in præſeruatiua & curatiua. Iam enim factam: atq; exiſtentem ægritudinem curare oportet ſed quæ non dum quidem adeſt: at futura eſt prohibẽdum eſt ne fiat: ab ea quæ eſt in corpore diſpoſitione. Eius autem quæ adhuc fit quod quidem factum eſt curare opus eſt. Quod autem futurum prohibere ne fiat. Prohibebitur autem ſublata ea Diſpoſitione quam ſequi natura apta eſt. Talis uero diſpoſitio cauſa antecedens appellatur. Facta autem ægritudo curabitur ſoluta ea diſpoſitione a qua primũ ea quæ ſecundum naturam leditur operatio: quam quidem & ipſam morbi eſſentiam dicimus eſſe.

De Communiſſima intentione curatiua.
Cap. LXXXVIIII.

CVratio uero unam præcipuam ac communiſſimam habet intentionem ad id quod eſt diſpoſitioni auferende contrariũ. Ex hoc ſiquidem genere ſunt cauſæ ille omnes quæ ſanitatem efficiunt. Secundum partem uero ex vnicuiq; diſpoſitioni contrarijs. Calido igitur affectui cauſa frigida contraria exiſtit: frigido autem calida eademq; in cæteris proportione. Et enim ſi omne immoderatum eſt præter naturam: moderatum uero ſecundum naturam: neceſſe eſt omnino vt immoderatum ab immoderato contrario ad mediocritatem redigatur. At manifeſtum eſt ꝙ ſecundum

potentiam non autem imaginationem: & calefaciens: & refrigerans & quæcũq; alia huiuſcemodi oportet aſſumere. Voco autem ſecundum potentiam quod re ipſa uere tale exiſtit: quale eſſe dicitur ſecũdum imaginationem autem quod ex prompto quidẽ ſenſu tale eſſe imaginamur cum tamen uere tale non ſit. Sed qua ſint hæc ratione Diſtinguenda diximus in his libris in quibus de ſimplicium medicaminum poteſtatibus agitur. Ad inuẽtionẽ autem ſalubrium cauſaꝝ quæcunq; quidem vt ad eam quæ iam facta eſt ægritudinẽ cauſę ſalubres exiſtunt uia illa doctrinę utẽdũ qua id quod imaginamur ab eo quod talem habet poteſtatẽ ſeperatur. Quęcunq; uero ut ad eam quæ adhuc fit: & hac eadẽ uia: atq; illa pręterea ex qua ægritudinũ cauſę inueniũtur. Eſto. n. ſi ita cõtigerit in humoribus putreſcẽtibus accẽdi febrẽ. Indicatio in huiuſmodi eſt euacuatio atq; alteratio: hęc q̃dẽ quæ putredinẽ finiat manẽte adhuc ſubſtãtia euacuatio uero quæ totã ex corpore ſubſtantiã educat. Sed dicta quidẽ alterationis ſpecies concoctio exiſtit. Quã ubi inuenerimus a quibus nam cauſis fieri contingat tunc utiq; eoꝝ quæ hoc pacto ſalubria ſunt ſcientiã tenebimus. Euacuatiões autẽ fiunt: & per ſanguinis emiſſionẽ: & Clyſteris uſum & per vrinæ uias atq; eam quæ per cutẽ fit tranſpirationẽ: ac præterea per eam quæ fit ad partes oppoſitas attractionem: atq; ad alias propinquas deriuationẽ. Nam & ad hoc idem genus pertinet citare menſtrua atq; ora venarum: quæ gręci hæmorrhoidas appellant aperire: ac per palatum nareſq; expurgate. Cum igitur & hic materias inuenerimus quibus in qualitate: & quantitate: & modo uſus adhibitis euacuatio fit: in ipſa artis parte ſalubria inueniẽtur: atq; eorũ omnium inuentio traditur in eo uolumine quod de arte curatiua inſcribitur. Eadem ratione in alijs tribus intemperaturis ſi unum cõmune pręceptum obſeruabimus: vt vnamquãq; prius quæ efficit cauſam reſcindamus. Deinde ita ad illam quæ ab eadem cauſa facta eſt ægritudinem accedamus: cauſaꝝ ſalubriũ inuentionẽ faciemus. Secũdũ uero cõpoſitas intẽperaturas ex ſimplicibus cõpoſitio cõmoſtrabit ſalubria pręcepta. Cũ hic quoq; ſtuduerimus pro magnitudine intemperaturę eidem conueniẽs inuenire remediũ ueluti ſi cõtigerit ꝙ in decem quidem numeris ad caliditatem maiorem ea quæ naturæ cõueniat decidat corpus. Septem uero ad ſiccitatem maiorem: tunc ſalubrem cauſam in huiuſcemodi affectibus eſſe oportebit Decem quidem numeris frigidiorẽ: ſeptem uero humidiorẽ. Si igitur ipſi particulæ patiẽti admoueatur tale remedium: tanto erit frigidius: atq; humidius q̃tum exigit partis affectę indieatio. Quod ſi particula affecta in penitioribꝰ locis ſita ſit machinari oportet inſup tale iuenire ſalubre

remediū cuius uis nequaq̄ in itinere antea ſoluatur. Si itaq; calidius
eſſe oportuerit eo quod eſt moderatum non ſolum tātam habeat ca
liditatem quantam exigit morbus: ſed vltra eandem menſuram tan-
tum adijciatur quantum ex ſitu ut pertingere poſſit ad locum patien
tem ſit neceſſarium. Si uero frigidius: non ſimpliciter tantum frigidi-
tatem oportet augere: ſed & materia quoq; prius eſt animaduerten-
da. ſi enim craſſa ſit non admodū poterit ad profunda penetrare: at
potius contrarium præſtabit effectum ſpiſſando ſuperficiē: atq; den-
ſando: at ſi tenuioribus partibus conſtet: poterit ſane plurimum ſu-
bire profundum. Idem in humectantibus: atq; exiccantibus accidit:
in quibus craſſitudo: atq; ſubtilitas partium ſubſtātię eſt inſpicienda.
A ſitu quidem loci ut nuper diximus inuenit indicatio ſalubre reme-
dium. A formatione autem: & ſitu ſimul quando effluxus ſenſibiles:
atq; ad alium locum foraminibus patētes habuerint: aut his omnino
caruerint. Quod enim effluxus ad principales deferri partes cogno-
uerimus auertemus atq; ad illas impellemus quæ nullum habēt prin-
cipatum. Illud uero manifeſtum ꝙ earū quæ intemperaturā efficiunt
cauſarum curatio fit per euacuationem. Nam ipſæ intemperaturæ
ſola alteratione ſanantur.

Curatio Solutionis continuitatis in parte
carnoſa. Cap. LXXXX.

CONtinuitatis autem ſolutionis curatio intentionē quidē ha-
bet unionem: quæ in partibus quidem inſtrumētarijs impoſſi
bilis eſt. In ſimilaribus uero non ſemper poſſibilis. At quan-
doq; ſicuti in carnoſis ſanitas cōglutinatione perficitur: nihil
uero differt neq; ſi coalitū appellaueris. Ipſam uero antecedit quādo
vulnus maius extiterit partiū applicatio diſtantiū quæ ex formatiōis
genere exiſtit: ut aūt hæc ipſa firma: ac ſtabilis fiat: & alligatio cogēs
in unum quæ diſtāt & fibulæ: & ſuturæ utiles ſunt. Coaleſcere aūt fa-
cit ea quæ inuicem diſtāt: ac priſtinā reſtituit vnitatē ipſa natura. No
ſtrum uero opus eſt ut diximus applicare extrema diſtantiū partium
atq; ut in vnū coacta ſunt cōſeruare & tertio loco cauere ne quid la-
bra ulceris intercidat. Et quarto ipſam partis ſubſtātiā cōſeruare ſalu
brem. Sed quo pacto: & primū & ſecūdū impleamus officiū dictū eſt.
Tertiū uero in cogēdo in vnū partes diſtātes exequemur ſi nihil ex-
trinſecus incidere ꝑmittamus qm̄ ſępius uſu euenit ut pilus aut oleū:
aut aliqua alia huīditas interueniēs eaꝝ quę copulādę ſunt partiū uni
tatē impediat. In eo aūt quod ſeqtur tēpore ꝑ ſuffluxiōes tertia intē-
tio retinet. Ipſam vero ſuffluxionē ex eiuſdē & cōtrarij loci diuiſiōe &
figura oportuna cōparādū. Partis aūt ſubſtātiā ſalubrē cū mediocri-

ter exiccantibus conſeruabimus. Hæc quidem eſt ſolute continuita-
tis curatio cum ipſa ſola ſeorſum in carnoſa parte conſtiterit. Quod
ſi alicui alteri morbo coniungatur plures ſunt indicationum intentio
nes quas in compoſitorum: uel complicatorum ſiue ut cuiq; appella
re libuerit doctrina trademus. In præſenti autē trademus ad reliquas
vnitatis ſolutiones accedendum.

De ſolutione cōtinuitatis in oſſe. Cap. XCI.

FRactio igitur eſt continuitatis in oſſe ſolutio quæ quantum ad
intentionē primam inſanabilis exiſtit. Quo uero ad ſecundam
quodā modo ſanabilis fit. Prima igitur intentio eſt coalitus par
tium qui ob oſſis duritiem fieri non poteſt. Secunda alligatio
quæ fit callo ſupernato partes fractas circum alligante. Calli autem
generatio qua quidem ex materia & a natura fit: eſt & ad alia cōmu-
nis. Qua uero formam oſſi uicinam habet: & eiuſdem fit alimento.
Molle uero & puerile os coaleſcere poteſt: ſed per raro fit talis affe-
ctus quin cum altero ſocietur. Magna. n. ex parte muſculi adiacentes
una corporibus alijs fractis oſſibus patiuntur. Quare & curationis in-
tentio oritur duplex quaꝝ altera quidem circa oſſa: altera uero circa
corpora adiacentia uerſatur. Sed hæc quidem in carnoſarum partiū
cōplicatis dicentur affectibus. Nunc uero de fractionibus dicendum.
Quoniam. n. harum ſanitas calloſitate procuratur: ut autē callus ge-
neretur proprij oſſis alimenti ſuperfluitatem naturę ſuggerere opor-
tet. Hanc uero ſuperfluitatē in qualitate & quantitate ſeruare modū
eſt neceſſarium. Vnde & ratio uictus eſt adhibenda quæ tantum ac
talem influere oſſibus ſanguinē præparet qualis: & quantus generā-
do callo fit oportunus. Quoniam uero per fracti oſſis cauernas idem
effunditur ſanguis eiuſdem qualitatem: & multitudinem animaduer-
tere oportet: atq; ita uel ſicciorem: uel humidiorē victum inſtituere.
ſed hæc omnia in libris in quibus de curandi ratione tractatur ple-
nius ſunt explicata.

De punctura nerui & chordę Cap. XCII.

NEruí uero & tōdonis punctura ꝑpter ſenſus uehementiā: &
quoniā hæc pars principio cōtinuatur: prompta eſt ad ner-
uorum conuulſionē excitandā: ac tum præſertim cum nihil
extrorſum expirat obcæcato cutis vulnere. Aperiendū eſt
igitur: atq; exiccandum ſubſtātia tenui quæ uſq; ad ima nerui offenſi
poſſit penetrare. De his uero exacte diximus in libris de arte medēdi
cōſcriptis. In ſimplicibus quidē huius generis affectibus ſalubriū cau-
ſaꝝ forma talis exiſtit. In cōpoſitis uero cōplicatur vlceribus. Prima
quidem cauitas quam non alterum affectum: ſed vlceris differētiam

eſſe arbitrãtur. Eſt autẽ nõ differẽtia huiuſcemodi res. *Sed* alterũ ali-
quod totius ægritudinis genus in quo ipſius ſubſtãtię iactura facta eſt.
Et qdẽ curatio in duplici morbo duplicẽ exigit intẽtionẽ. Nã cõtinui
tatis ſolutio unitate ſubſtãtiæ autẽ iactura generatiõe indiget. Paulo
uero ſupra generatiõis intẽtiões expoſitę ſunt. Quod aũt primũ qdẽ
hunc affectũ oporteat ſanare: demum unitatẽ reſtituere tẽtare. Ipſa
rerum natura cõmonſtrat. Cum itaq; repletũ quidẽ fuerit cauum: vul
cus uero ad æqualitatẽ perductum: alterã intentionem aboleri con-
tingit nam media exiſtẽte inter labia vulceris ea carne quæ nuper eſt
genita partes quidem diſtãtes uniri eſt impoſſibile: unde fit ut alia ſit
intentio perquirẽda. Intentionẽ autem conſequemur ex eo quod eſt
ſecundum naturã ipſi parti comparando: erat autẽ eidem cute obdu
ci naturale. Quare hoc ipſum a nobis procurandũ: aut ſi hæc intẽtio
effectum ſortiri non poteſt ſimile aliquid cuti carnem. ſ. quæ cutis na-
turæ uicina ſit inſtaurandũ. Eſt autem huiuſcemodi quę & ſicca & cal
li ſimilitudinẽ præ ſe fert. Ad cicatricem igitur obducendam neceſſa-
riæ erunt exiccantia: ac ſine mordacitate adſtringẽtia medicamina.
Ita & ſi ſordities aliqua fuerit adnata intentio quidem erit abſtergẽ-
di. Et erit medicamen ſalubre abſterſiuum: eorundem uero materiã
in libris in quibus de medicaminibus agitur ſcripſimus. Et quidem ſi
aliqua inflammatio uel attritio aut tumor prædurus: uel mollis: & la-
xus cum vulcere fuerint: prius eorum curationi intendere opor-
tet eas ſequendo uias: ac rationes quas prius expoſuimus. Sic &
ſi aliquid vlceri illabitur: ad illabentium curationem intendendum.
Eodem pariter modo ſi aliqua intemperies vlceratum locum ob-
ſederit ad eiuſdem intemperiei remedia antea ueniendum. *Sed*
de his quidem ſatis.

### De *Speciebus* morborum ſecundum formatio-nem. Cap. XCIII.

NVnc uero tranſeundum eſt ad formationis genus quod in
plures ſecatur differentias. At ab eo quod euidentiſſimum
exiſtit exordium eſt ſermonis faciendum: quod ex figuræ
permutatione contingit. In his igitur qui ad huc creſcunt:
poſſiblle eſt plurium partiũ figuram emendare. In his autem qui iam
aucti ſunt minime. Intentio tamen quo ad fieri poteſt curationem
adhibere ad contrarium euerſionis adducendo. *Si* uero fractione
aliqua non recte conformata alicuius membri figura fuerit uitiata:
cui ſubſtantia calloſa innaſci præuenerit: *Si* quidem hæc adhuc re-
cens extiterit perfringere oportet: ac rurſus recte afformare. Dein-
de callum ſuperinducere.

### De Obſtructione. Cap. XCIIII.

ESt vero & obſtructio ex eodem genere ægritudinum quę qui-
dem ex lentis: & craſſis humoribus fit: unã & ipſa habens intẽ-
tionem morbo contrariam. Dico autem operationem. Cauſæ
vero ſalubres ſunt abſtergentia atq; incidentia medicamina.
Quæ uero fit a ſtercore duro: quod interſepit inteſtinum: primũ qui-
dem habebit duriciei remedium ex humidis pinguibuſq; clyſteribus:
Demũ ex acribus euacuationem expoſcet. Quæ autem a lapide fit in
veſica in præſenti quidem tranſpoſitionem requirit integre uero ſa-
nitatis cauſa inciſionẽ: & extractionem. Humiditas autem quæ præ-
ter naturam continetur ſanatio in omnimoda euacuatione conſiſtit
quẽadmodum etiam in ſuppuratis. Immodica autem repletio immo-
dica euacuatione curatur: ut cum ſanguis intra uenas redũdat. Sic &
quibuſcunq;: uel in uentriculo uel in inteſtinis: uel arteria aſpera: uel
pulmone pus aut ſanguis continetur integra euacuatio eſt neceſſa-
ria. Superflui autem cibi: aut potus adhuc recentis aſſumptio abua-
cuatione corrigitur. Quæcũq; igitur in pulmone: uel pectore conti-
nentur cum tuſſi educuntur: aut a medicaminibus extenuantibus.
Quæcũq; uero in hepate uel uenis: uel arterijs: uel renibus aut ꝑ uri-
nam: aut per vẽtriculum. *Sed* per vrinam quidem ab his quæ uehe-
menter extenuant. Per uentrem uero ab his quę attrahẽdi aut ape-
riendi ora uim habent. Quæcũq; uero in ſuperiori uentre cõpręhen
duntur per uomitũ: quæ autẽ in inferiori per ſubductionẽ. *Sed* quæ-
cũq; ſub cute per ſectionem: uel ignem aut per medicamina aduren-
tia. Sic uero aliquando quęcũq; in aliqua naturali cauitate: ut in tho-
race. Et ut ſummatim dicam quicquid pręter naturã in aliquibus par-
tibus cõtinetur: ſanationis intentio eſt ablatio quæ ſi fieri non poſſit
tranſpoſitio. Quæ uero non ſunt ex genere præter naturam: at quan
titate damnantur. In his intentio eſt abuacuatio. At inuentio eorum
quæ ad ipſoꝝ ſanationem perducũt partim quidem ex affectu: Pluri
mum uero ex ipſis affectis particulis ſummitur.

### De Aſperitate: & Leuitate. Cap. XCV.

QVęcunq; partes uero ob id ꝙ exaſperatæ naturalem ami
ſerint habitum: his leuitas naturalis eſt reſtituenda: oſſa
quidem leuigando: arteriam autem uel linguam leniẽdo
humidis quæ nihil mordeant: & lentorem habeant. *Sed*
quibuſcũq; leuitas ineſt non naturalis aſperitas eſt reuocanda medi-
caminibus quæ ſufficienter abſtergant: & parum adſtringant. Quæ-
cunq; uero uel obſtructiones: uel anguſtię meatuũ alias ſequãtur ęgri
tudines ab illarũ curatione prius eſt incipiẽdũ. Oſtẽſum ſiquidẽ eſt in

Hic loc⁹ vario mō scribitur in exēplaribus grecis. p̄m⁹ mod⁹ est ὅσο δὲ μαζόνων quāto p maiora: sed hec scriptura tātū a Leoniceno: & a monacho eam sequēte approbat: alia scriptura videt melior: si diceretur. ὅσῳ δὲ μζόνων. nullibi i exēplarib⁹ grecis reperit: tertia scriptura que oib⁹ aliis melior iudicat & i qbusdā exēplarib⁹ grecis inuenitur: est hec ὅσῳ δὲ μαζόνων. .i. quecūq; p maiora: sci[licet] ā e: q resolutio debet seq repulsionē: & tūc adhiberi q̄n puenīēdū est ad maiora auxilia sicuti in p̄senti loco facit Gal. q i sequētib⁹ ponitur medicamina resolutiua iter maiora auxilia: ita scribens.

libro De Differentijs morbo[rum] q & inflāmationibus & duris laxisq; tumoribus & ſiccitatibus aliquando immodicis ac præterea uitioſis partium continentium figuris: ea quæ nuper diximus: ſępius adueniunt: ſicuti & quibuſdam tumoribus eorum quæ ſunt in ambitu corporum. Quod ſi nōnulla ex proxime dictis inuicem complicentur uarias habebūt indicationes. Sufficiet autem in uno exemplo habuiſſe ſermonem quoniam de omnibus in libris de arte curādi plenius ſumus exequti. Supponatur cuipiam particulæ multitudinem ſanguinis influi adeo ut intendantur in ea venæ: non maiores tantum: ſed etiam paruę: quæ prius ſenſum effugiebant. Nunc uero iam plenæ uiſu cōpræhenduntur ſicuti plęrūq; in oculis ob tunice albedinē manifeſtiſſime patet: Par ſi quidem eſt q & alia uaſa quæ latēt ſenſum iam plena diſtendantur: nōdum & ipſa ob paruitatem uiſui manifeſta & iam periculum imminet: ne quod ex uaſis exudat ad ſpacia uacua quę in medio ſunt effundatur aut ne iam parum aliquod ſit effuſum huius quidem affectus ſanatio intentionem habebit euacuationem: aut ut manifeſtiori vocabulo utamur abuacuationem. Si quidem morbus erat immoderata partis repletio. Neceſſarium igitur eſt: ut aut ſuperfluitas retrocedens euacuetur: aut per ipſam patiētem particulam. Retrocedet autem: uel impulſa: uel attracta: uel tranſmiſſa: uel horum uno aliquo modorum: uel omnibus. Per locum uero patientem euacuabitur: partim quidem manifeſte: & ſenſibiliter. Partim uero in uapores reſoluta. Si igitur uniuerſum corpus plus æquo plenum fuerit: per patientem locum minime euacuandum. Nam ſi ſcarificationibus aut ſectionibus ſenſibiliter euacuabimus plus ratione excitati doloris attrahemus. Si uero calefaciētibus diſpergere tētabimus plus erit id quod ui caloris ad partē attrahetur q̄ diſperſum. Quod ſi in eo elaborabimus: ut quod influxit retrocedat corpus plenum non admittet. Ad hęc igitur ambo totum corpus euacuare oportet aut omnino ad contraria loca retrahere: quod patiēti particulę influit. Quo perfecto opere prius a parte repellendū mox diſpergēdum. Quanto.n. aliter per maiora per minora fit tāto expeditior eſt euacuatio. A patiente uero loco adſtringendo ac refrigerando repellemus ſed & exinanita loca attrahunt ad ſe ipſa quęcunq; repercutiuntur. Hoc ſi quidem oſtenſum eſt in eo uolumine in quo de potētijs naturalibus agitur. Et uaſa præterea uigore ex medicaminibus adſtringētibus addito a ſe ad alia remittent. Si igitur hac uia ſuperfluū omne retroceſſerit bene ſe res habet. At ſi aliquid fuerit in parte retentū coniecturādum erit id lentum ac craſſum exiſtere. At ea quæ ratione iam coactum atq; adſtrictum ut cum difficultate ſolui poſſit. Fieri autem poteſt etiam

teſt etiam ſi non eius naturæ ſit: ut ad ſpacia quę in medio ſit effuſum in quo caſu tunc ad id ueniendum eſſe tempus ſuadet: ut hoc ipſum quod reliquum eſt per patientem locum euacuemus: imponendo ſupraiacentibus partibus ea quę influentem humorem repellendi uim habent. Maxime uero euacuabis ſi in ſpatijs intermedijs aliquid contineri coniectura aſſequeris: & ſcarificationum auxilio & medicaminum quæ uim habeant diſpergēdi. Sed quoniam hæc omnia uires calidas habent eiuſdem uero temperaturæ opus eſt mordere quando modum exceſſerit cauenda ex eis ſunt uehementiſſime calida actum præſertim cum patiens locus inter ſumma fuerit. Neq; enim paruus excitabitur dolor: ſi præter proprium affectum inſuper mordeatur omniſq; præterea dolor fluctiones commouet. Quod igitur mediocrem caliditatem obtinet in his ſenſum doloris non inuehit: atq; eo amplius omni dolore uacat ſi humidum extiterit. Et quidē quicquid per ſumma hæret potens eſt id medicamen diſpergere quod etiā ualidas non habuerit ad diſpergendum uires. Quod ſi ſummæ quidem partes omni noxa caruerint. Id uero quod euacuari oporteat in penitioribus partibus fuerit intendendus: atq; augendus diſpergentis medicaminis calor eum dubitandum ſit ne prius q̄ profundas attigerit partes interim uires amittat: Neq; tamen ex eo ſuperiores partes aliquem dolorem ſentient: cum omni uacent affectu: Quare numero hæc duo ſimul inuitant ad calidorum pariter atq; acrium medicaminum uſum & ſummæ partes quæ tolerant: & profundæ quæ egent. Hæc igitur ex patiente particula indicatio aſſumebatur. Deinceps uero ſi quid ad ſanitatem deficiat conſideremus. Neq; enim paruum aliquid deeſſe uidetur. Affectæ partes in quibus fluctionis ſuperfluitas retinetur. Nonnullæ quidem igitur raræ & laxæ: & molles natura exiſtunt. Nonnullæ autem denſæ: & preſſę: ac duræ. Priores igitur facile euacuantur: reliquę autem acrioribus euacuantibus: ac pręterea tenuiores partes habentibus egent: atq; eo etiam magis quāto profundiorem ſitum habuerint. Hæc igitur tibi rurſus ſit indicatio altera a particulę patientis ſubſtantia. Alia uero a formatione ſimul ac ſitu. Supponatur enim ſi ita contigerit in hepate eſſe proxime dictū affectum in anguſtis uaſorū finibus impactis humoribus: Qui uel lenti ac tenaces: uel craſſi exiſtant: uel ſuperabūdent. Nō ne in promptu eſt primum quidem craſſiciem una cum Lentore: & tenacitate: cibis: ac potibus extenuantibus ad ſubtiliorum partium ſubſtātiam transferri oportere: Secundo autem loco nō per anguſtos atq; inuiſibiles: ſed latiores meatus quicquid infeſtum exiſtit eſſe euacuandū. Sunt enim in hepate venæ non minus amplitudine q̄ numero excedentes ter-

Parte vero euacuabis si in spatijs intermedijs aliqd contineri cōiectura asseqris: & scarificationū auxilio & medicaminū habeāt dispgēdi.

minatur autem hæ quidem in gibbis ad venam cauam: hæ uero in cauis ad portam unde haud difficile tibi futurũ ubicũq; preſſi: ac ſtipati humores fuerint eoſdem expedite euacuare: trahendo quidem ad uentrem cum his quæ attrahendi uim habent medicaminibus quicunq; ex ipſis in uenis ad caua hepatis pertinẽtibus aceruati. Ad vrinæ uero meatus promouẽdo per cauam venã quicũq; in uenis ad eã pertinẽtibus ſunt. Sed pręter ſupradictas alia eſt indicatio ab hepate ipſo, ueluti a uenarũ principio. Nam cum non tãtum ſe ipſum regere natura aptum ſit: ut plęreq; animalis partes ſed uenis præterea virtutem largiatur periculum imminet: ne ſi eius uigor madefaciẽtibus: ac relaxantibus cataplaſmatibus fuerit reſolutus: & ipſum primũ: ad ſui opus atq; omnes ſubinde venæ eius ratione imbecilles efficiantur. Quare in eius curationibus aliqua ex adſtringẽtibus miſcere oportet Sed quoniã in profundo ad modũ loco ſitum eſt: dubitandũ erit ne adſtringẽtis medicaminis vis debilitetur niſi ab aliqua altera ſubtiliũ partium ſubſtãtia: qualis aromatũ eſt traducatur. Melius uero fuerit: ſi & ipſum adſtrigẽs medicamẽ vnũ protinus ex aromatũ genere fuerit: nam ſi duas habuerit natura inſitas qualitates: ac poteſtates ualentius operabitur. Et quidẽ euacuetur quod pręter naturam in membrum confluxit. Seruet autem humorꝝ modum naturæ conuenientẽ. Quare & illa animaduerſio a nobis eſt in hoc adhibenda ne quid ab humoris cõfluentis qualitate eiuſdẽ mẽbri temperies ſit alterata ſi pituitæ naturã tenuerit ad frigiditatẽ. Si uero bilis ad caliditatẽ ut hanc ipſam curãtes intemperiẽ ſanari reſtituamus. Curabimus autẽ cõtrariam ex aduerſo afferentes qualitatem quẽadmodũ in intẽperaturarum curationibus diximus: quantum vnũquodq; calidius aut frigidius factum eſt tantum refrigerãtes: aut calefaciẽtes. Quare ut hic rurſus agnoſcenda eſt ipſius ſecundum naturã temperies. Nam quo pacto ſciemus quantum in frigiditate: ac caliditate a naturæ modo receſſerit: aut quando a frigefaciẽdo ſuperſedebimus ſi nos latuerit ea quæ eſt ſecundum naturam caliditas. Ita uero & ſi frigidius effectum calefaciemus ignorãtes frigiditatis naturalis modũ: neq; oportune calefacere: neq; in tẽpore a calefaciẽdo deſiſtere poterimus.

### De morbo ſecundum numerum. Cap. XCVI.

Sed quoniam de his ſatis diximus. Tranſire iam tempus ad ea in quibus numerus non eſt ſecũdũ naturam. Cum uero duplex ſit eorũ differentia quibus quidem aliqua particula deficit his: intẽtio eſt alteram efficere ſubminiſtrando naturæ eo quo diximus paulo ante modo. At quibus ſuper abundant hanc reſecare oportet: aut ſcalpello aut igne: aut medicamine quod urendi uim habet. Hæc

igit omnia ſanare poſſibile eſt: at nõ æque omnia generari poſſunt: ut in libro de ſemine diximus. Quædã uero ſunt quæ: & ſi generari poſſunt licet tamen pro ipſis alterum efficere quẽadmodũ in oſſe ex toto ſublato alteram ſubſtantiã in eius ſede reponere a carne atq; oſſe differentẽ. Eſt enim quæ in eius gignitur loco quædã ueluti caro calloſa: uel callus carnoſus: & proceſſu temporis magis ac magis ad calli duriciem trãſfertur. Cum ab initio carnis potius immitetur naturã. Quacũq; uero parte ſublata: cum neq; eandem ſecundũ ſpeciẽ ſubſtantiam neq; ſimilem efficere poſſumus. Tertia nobis intẽtio quendam decorem inuenire quẽadmodũ in mutilationibus.

### De Morbo ſecundum magnitudinẽ. Cap. XCVII.

Communicat autẽ hoc genus totũ cum eo quod ad magnitudinem pertinet. Nam quodcũq; ex eo eſt ſecundum naturã. Illi propinquũ exiſtit. Id uero tantum ſeiunctũ eſt: ac ſeparatum: quod inter ea quæ ſunt e genere non naturali cõnumerat. In quo quidem prima intentio eſt ablatio. Si uero hæc impoſſibilis exiſtat. Secunda eſt tranſpoſitio quemadmodum in ſuffuſionibus. Quæcũq; uero non integris partibus ſed partium tantũmodo particulis deficiunt: aut excedunt naturę modum refectio quidem: uel generatio in his quæ deficiunt. Ablatio uero: & abolitio in his quæ ſuperabundant. Quare neq; in ipſis altera intentio: neq; medicaminũ forma genere diuerſa.

### De morbo ſecundum ſitum. Cap. XCVIII

Sed iam veniendũ eſt ad reliquũ ſalubrium cauſarũ genus quod ea corpora emẽdat quæ in ſitu ſunt uiciata veluti luxationes & inteſtinũ in ſcorto. fit autem hoc ex violenta tentione: atq; impulſu. Hoc uero ex dilatato: ac rupto continente: quare & duplex ſanandi modus: alter quidem ad oppoſitam partẽ ei a qua facta eſt permutatio intẽdendo: atq; impellendo: alter uero id quod continet firmius ſolidiuſq; reddendo. Quibus uero uijs: ac rationibus ſingula inueniri poſſunt in libris de arte curandi explanauimus.

### De cauſis præſeruatiuis. Cap. XCIX.

Conſequens eſt ut ea omnia exequamur quæcũq; in ſuperiori ſermone dicere diſtulimus. vocãt autẽ eadem pręſeruatiua. Eſt autem horum triplex ſecundum genus differentia. Prima quidẽ hominis qui integra fruitur ſanitate. Secũda uero eius qui nõ integre ualet tertia eius qui ægrotat. Primũ igitur genus ad ſalubrẽ attinet artẽ: atq; induas: vt antea diximus diuidit partes. Secũdũ vero ad pręſeruatiuã ſpectat: tertiũ ad curatiuã. Hoc aũt vniuer

ſum genus circa humores prçcipue negociatur: quos neq; lentos eſſe
oportet: neq; craſſos: neq; aquoſos: neq; plurimos: neq; uehementer
calidos: ac frigidos: neq; mordaces: neq; putredini obnoxios: neq; ue-
neni naturæ affines. Nam ubi aucti fuerint generant morbos. Augen
tur uero nonnũquam eadem ex cauſa quæ ab initio generauit. Illud
autem plærũq; accidit ut ſua alteratione inficiant eos qui ſunt in cor-
pore humores: Intentio uero: & horum ſanationis duplex exiſtit al-
teratio & euacuatio. Alterantur igitur uel ab ipſo corpore concocti:
aut ab aliquibus alijs facultatibus quæ uim medicaculã habent. Equo
rum numero etiam ſunt ea quæ exitialium ferarum uenenis aduerſan
tur: ac prætere a pharmaca quæ uenena appellantur transmutant:
Euacuantur autem ſatis calidis medicaminibus & purgationibus: &
clyſteribus: & ſudoribus: & uomitibus. Hæ igitur ſunt cõmunes eua-
cuationes. Propriæ autem ex locis in quibus coaceruantur: aſſumun-
tur ut in libris de ſalubribus oſtendimus: tertio prçſertim ac quarto in
quibus de laſſitudinibus egimus: ac reliquis diſpoſitionibus quæ laſſi-
tudini natura proximæ ſunt. Promptius enim euacuantur per ven-
trem quæcunq; in primis uenis continentur ſuperfluitates. Quæ autẽ
in his quæ in hepate ſunt: per vrinæ meatus. At quæ in toto corpore
per ſudorem ſicuti quæ in capite: uel per palatum: uel per nares:
uel per utrũq;. Quæ uero ſunt in ſpatijs pectoris laxioribus per gut-
tur ſimul cũ tuſſi quæ in renibus ſunt: uel ueſica per urinam. At attra-
hendi ex omni loco ad oppoſitas parte ſcõis indicatio eſt ad q̃ maxi-
me diſtantia. Deriuatio uero ad uicina. Quæcunq; uero huiuſcemodi
currant diſpoſitionem cauſas ſalubres appellamus ſicuti inſalubres
eas quæ adaugẽt. Et neutras quæ neq; obſunt: neq; iuuant. Poſſet ue
ro quiſpiam neq; omnino cauſas appellare quẽadmodũ maior pars
ſophiſtarum qui rerum quidem differentiam inuenire contemnunt.
Plurimum uero temporis in nominibus cõterunt: contra quos in alijs
uberius differuimus. At pars quidem artis prçſeruatiua talis eſt.

### De Parte artis quæ conualeſcentes reficit: & ſenibus congruit. Cap. .C.

QVæ autem reficit: atq; reſtaurat in conualeſcentibus ac
ſenibus locum habet. Quæ uero ſit horum diſpoſitio: &
a quibus prçcipue cauſis ad naturalem reducitur habi-
tũ in libris in quibus de medendi arte tractauimus abun-
de explicauimus. Sed nunc per capita dicetur. Diſpoſitio quidem
igitur talis eſt. Optimus quidem ſed exiguus eſt ſanguis: Atq; vna cũ
ipſo ſpiritus animalis: atq; uitalis. Ipſæ uero particulæ ſolidæ ſiccio-
res: & idcirco eorum uires ſunt imbecilliores. Atq; earũdem ratione
corpus uniuerſum frigidius. Cauſç uero ſalubres hanc emendant di-
ſpoſitionem ut uno comprçhendam capite ſunt quçcunq; prçſenta-
neum atq; ſecurum exhibent alimentum: ſecundum partem autem
in motibus moderatis & cibis potibuſq; ac ſomnis conſiſtunt. Sunt ve
ro motus materiç uehicula: ambulatiões: frictiones & balneç: & ubi
non parum ſe ex his profeciſſe ſenſerint paulatim ſe ad conſueta ope
rã transferant. Cibos autem aſſumant in principio quidem humidos
& concoqui faciles: neq; frigidos: ac cum progreſſi fuerint: eos etiam
qui plurimum prçſtant alimentum. Potus uero oportunus eſt uinum
ætatem quidem habens mediocrem. In ſubſtãtia autem purum: atq;
perlucidum: quod. ſ. uel ſubflauum uel album exiſtat: atq; ſuauiter
olens. Guſtui uero neq; aqueũ: omnino: neq; cum aliqua inſigni quali
tate: aut dulcedine: aut acritudine: aut amaritudine ſentiatur: ut au-
tem proxime diximus de hiſce omnibus in libris de arte curandi con
ſcriptis plenius differuimus. Nunc enim neq; omnia particulatim re-
cenſere eſt noſtri propoſiti inſtitutum. Sed ſolum capitum mentio-
nem facere intendimus eorum quæ in alijs uoluminibus latius expli-
cauimus. Quorum omnium ſi prius: & numerum & qualitatem expo
ſuero finem libro imponã. Diximus itaq; prius ꝙ alter eſt liber in quo
de conſtitutione artis medicinç differuimus. Antecedunt autem eum
alij duo de cõſtitutione artium: ſed hi quidem una cum hoc cui nũc
extremam manũ adiecimus: ſeorſum ſunt ab alijs libris in quibus ple
nior doctrina explicetur. Illi uero talem inter ſe ordinem habẽt. De
elementis quidem ſecundum Hyppocratem liber unus. Poſt hũc au-
tem tres de temperaturis ex quibus quidem duo ſunt de temperatu-
ris animalium. Tertius uero de his quç ſimplicium medicaminũ ſunt.
Quamobrem & tractatum illum in quo de ſimplicium medicaminũ
poteſtatibus agitur: nemo recte intelligẽtia aſſequi poteſt: niſi prius
tertij libri de temperaturis integram cognitionẽ fuerit adeptus. Eſt
& alius liber paruus qui ordine ſequitur duos priores alios de tempe
raturis. Inſcribitur autem de inçquali temperatura. Similiter autem
& hunc alij duo parui alter quidem de optima corporis conſtitutio-
ne: alter de bono habitu. Alius uero tractatus eſt qui tres complecti
tur libros de potẽtijs naturalibus quem ſi quis legere uelit poſt librũ
de eemperaturis: ſiue poſt librum de elementis utrunq; erit conſen-
taneum. Poſt hunc in pluribus alijs libris de operationibus animali-
bus differuimus: ſed quoniam ad eorum demonſtrationes non parũ
conferunt quæ per ſectiones oſtenduntur in illis exercitari oportet.
Eſt autem maxime inter alios utilis ille tractatus qui de ſectionum ag
greſſibus inſcribitur. Alij autem ſunt poſt eum plures duo quidem de

Diſcordia ſectionis vnus vero De ſectione mortuorum poſt quos ſe-
quūtur hi in quibus agitur De ſectione viuorum. In alijs vero quibuſ-
dam particulatim ob eos ſcripſimus qui introducuntur De oſſibus: ſe-
ctio quoqꝫ muſculorum & neruorum & arteriarum & venarū & quæ-
dam alia huiuſcemodi ex eodē numero exiſtunt & liber etiam in quo
quæritur nūquid in arterijs continetur ſanguis naturaliter. Qui vero
earundē partium operationes Demonſtrant Duo quidem ſunt De mo
tu muſculorum: tres autem De pectoris: & pulmonis motu. Poſt quos
ſequitur liber De cauſis reſpirationis. Poſt hunc liber De uoce. De prin
cipatu autem animæ: & De omnibus alijs quæ De naturalibus: uel ani
malibus operationibus in quæſtionem trahuntur in longo ſcripſimus
libro ꝗ de dogmatibus Socratis: & Platonis inſcribitur. Ad eiuſdē ge
neris contemplationem pertinet liber de ſemine ſeorſum conſcri-
ptus: & amplius de ſectione ſecundum Hippocratem. Quos omnes
ordine ſequitur tractatio de utilitate partium. Ad Dignoſcendas au-
tem ęgritudines utilis eſt liber ille in quo de membrorum paſſionibus
agitur. Itidem ille in quo de pulſibus ſcribitur: in quo & præcognitio-
nes edocemus: librum uero de pulſibus pręcedunt alij duo: alter qui
de uſu reſpirationis: & qui de uſu pulſuum. Is uero de pulſibus in qua
tuor diuiditur partes primam: quæ eorum differentias. Secundā quæ
dignotiones. Tertiam quę eorum cauſas. Quartam quæ illam quę per
eoſdem fit continet præcognitionem. Ex eodem genere eſt ille qui
his qui introducuntur de pulſibus ſcriptus eſt. At uero in animo eſt
alium ſcribere librum ueluti quoddam omnium iſtorum compendiū
quem inſcribam uel artem de pulſibus uel compendium. Ad hanc
quoqꝫ iuuant contemplationem quæ a me exponuntur & ſimul iu-
dicantur in libro Archigenis de pulſibus. Ad præcognitionem autē
plurimū confert liber de criſibus. i. decretis naturæ: quem precedit
alter de decretorijs Diebus. Sed liber etiam qui de difficili anhelitu
inſcribitur: & ad dignoſcendum pręſentem affectum: & ad præſcien
da bona uel mala quæ ægrotanti ſunt euentura conducit. Hi igitur
omnes atqꝫ una cum ipſis tractatus quidam uno tantum libro com-
pręnſi cognitu utiles ſunt ſicuti illis qui de principientibus cauſis īſcri-
bitur & De medicinali experientia: & de extenuante uictu: & qui De
uenarum ſectione ad Eraſiſtratum: & qui de tumoribus pręter natu-
ram & qui de multitudine: atqꝫ alij pręterea ſimiles. Præ ceteris autē
ad curandi ſcientiam maxime neceſſarius exiſtit: qui de morborum
differentijs agit & de accidentibus: & tertius præter illos in quo mor
borum cauſas explicauimus. Poſt quos ſunt tres alij qui accidentius
cauſas explenant. Sunt etiam de medicamentorum ſimplicium uiri-

bus libri de quibus ſupra meminimus. Et qui De medicamentorum cō
poſitione quos ſequuntur libri de arte curandi his qui de ſalubribus
inſcribuntur: ſeorſum a nobis conſcriptis. Quod uero ante hoſce om
nes prius exercitari oporteat in libris de Demōſtratione. Si quis hanc
artem cum ratione ſit tractaturus monſtratum eſt a nobs in libro qui
De optima inſcribitur hæreſi. De alijs autem libris: & commentatio-
nibus a nobis ſcriptis tranſigere nunc minime neceſſarium. Cum de
hiſce omnibꝰ alibi ſcimus tractaturi in vno fortaſſis aut duobus libris
qui ita inſcribētur. Galenus de voluminibus ab eo cōſcriptis.

## Regiſtrum.

A B C D E F G H Omnes ſunt quaterni
præter A B H qui ſunt Duerni.

✠

Iis libri de quibus ſupra meminimus. Et qui de medicamentorum eſt compoſitione quos ſequuntur libri de arte curandi his qui de ſtitutione laborant ſcorſum a nobis conſcripti. Quod uero arte hac ... en nat prius exercitari oportet in libris de demonſtratione. Si quis nanc autem enumeratione ſit tractaturus monſtratum eſt a nobis in libro qui de optima ... inſcribitur hareſi. De aliis autem libris: & commentatio nibus a nobis ſcriptis tractaturus minime neceſſarium. Cum de hæc omnib⁹ alibi ſimus tractaturi in vno ſeorſum libro: aut duobus libris qui ita inſcribuntur. Galenus de voluminibus ab eo conſcriptis.

Regiſtrum.

A B C D E F G H Omnes ſunt quaterni
præter A B H qui ſunt duerni.

# NICOLAI LEONICENI VEICETINI In Artem Curatiuam Galeni Ad Glauconem Scriptam Præfatio Ad Spectatum Virum Bonamenturam Piſtophilum Illuſtriſſimi Ducis Ferrariæ a Secretis.

NEminem futurum arbitror Paulo litterarum atq; antiquitatis periciorem qui neſciat hanc ueterem fuiſſe conſuetudinem vſq; ad tempora noſtra conſtanter obſeruatam: ut bonarum artium profeſſores ſuarum opera lucubrationum anteq̃ iudicio vulgi exponerentur magnorum principum aut eorum qui apud eos plurimum poſſent nominibus dedicarent ſub quorũ tutela nominum ac claritate ſecuriora atq; illuſtriora in publicum uſum prodirent vnde non magis Auguſtum Cęſarem q̃ Męcenatem apud eum potentiſſimum poetarum carminibus/atq; aliis dicatis ſcimus fuiſſe celebratum. patrum quoq; noſtrorũ memoria Vgo Senenſis uir ſingulari doctrina prędicus & non minor medicus/ habitus ſua ętate q̃ philoſophus/duas ſuas cõmentationes alterã in aphoriſmos. Hippocratis alterã in artem Galeni medicinalẽ Illuſtris Ferrariæ principis Nicolai Marchionis ateſtini & vgutionis eiuſdẽ principis conſiliarij immortalitati conſecrauit. Quare Piſtophile eruditiſſime ſi tibi partem mearũ tranſlationũ quibus Galeni de medicina uolumina/e græco in latinum ſermonem uertimus prçter eas quas diuo Alphonſo duci Ferrariæ dedicauimus tibi quoq; qui apud eũdem principem propter ſingularem fidem & diligens in rebus arduis obſequium merito chariſſimus es ut ſcribendã cenſuimus fecimus hoc nõmodo priſcorum ſed etiam neotericorum exemplo & tanto cauſatius quanto per tuis innumerabilibus erga me beneficijs ſi aliquod grate erga te mentis officium non demonſtrauero ruſticitatis atq; ingratitudinis nomine iure poſſim eſſe ſuſpectus. hoc idem genus officij tibi debet vniuerſa ciuitas ferrarieñſis quę ſi una uoce loqui poſſet audires. quotidie non ſolum priuatas ſed etiam publicas gratiarum actiones pro ea quam exhibes. erga omnes etiam humilioris fortunæ homines. humanitate atq; affabilitate & tua indigentes ope apud clementiſſimũ principem fauorabilitate ſed quod mearum eſt partium offero nunc tibi quod poſſum munus daturus amplius ſi potuiſſem non quo tua remunerem merita qui in me ornando atq; excolendo nunq̃ defatigaris ſed futurum tuę erga me beniuolentiæ meęq; in te obſeruantię

I

perpetuum teſtimoniũ artem.ſ.curatiuá Galeni medicoꝝ principis ad Glauconem olim ſcriptam/ nuper uero a me latinitate donatã & multo clariorẽ atq; fideliorẽ q̃ prius in alijs interprętationibus habebatur redditã tibi uero nominatim a me dicatã. Tu autẽ inquies quid homini litteris humanioribus Dedico & pluribus negocijs partim publicis partim priuatis impedito cum medicina? Noui tui ingenij opes & ad omne ſtudiorum genus Dexteritatem atq; ad eadem ſucciſiuis temporibus cum quid datur occij regreſſus/ quoꝝ fiducia non modo operis tibi deſtinati lectorẽ/ſed inſuper iudicem atq; fautorẽ te habere cupio ut idem opus. Si tuo iudicio grauiſſimo ac maximo atq; ſuffragio ut ſpero comprobabitur non auſit poſt hac quiſpiam malignior inuidiæ ſtimulis agitatus improbare.

# GALENI DE ARTE CVRATIVA AD GLAVCONEM LIBER PRIMVS .N. LEONICENO INTERPRETE.

QVOD quidem non cõmunem tantum hominũ naturam medicũ cognoſcere oportet o Glaucon ſed & vniuſcuiuſq; propriá/& Dudum ab Hippocrate recte traditum eſt & nos in ipſis artis operibus (vt noſti) circa id ſufficiẽter ſtuduimus. Non tamen propriá ſinguloꝝ naturam æque atq; communẽ poſſibile eſt ſcribere. Verũ ſcripta cõtrario modo ſe operibus habẽt/tum in pluribus alijs rebus/tum pręſertim in his quæ ad præſentẽ pertinent intentionẽ. ¶ Petijſti.n.a nobis ut tibi vniuerſalẽ quandã medẽdi uiam ac rationẽ/quaſi per figurã & quodam compendiũ oſtenderemus: hæc autẽ qualitate/& ſinguloꝝ medicaminũ quantitate perficiũtur/necnõ & modo eorũ uſus & ex tpis occaſione/ quæ pręoĩbus eſt cognitu Difficillima/ circa qua pręcipitẽ exiſtẽtem (quẽadmodũ quodam in loco ſcribit omniũ bonoꝝ nobis author Hippocrates) vides plęrũq; medicos nõ modo vulgares ſed & pręcellẽtes aberrare. Quod uero magni etiã momẽti ſit/ ſi quantitas bona cõiectura uiribus accommodetur /idem vir pariter ſcripſit. Cum igitur ad recte medendũ plurimũ conferre/ & tẽporis occaſio/ & auxilioꝝ q̃titas uideatur/inuenies aũt hęc unicuiq; ęgrotãti ꝓpria/ nihil aũt propriũ poſſit ſermõe explicari/hoc pacto quod cõmune eſt conamur ſcribere/q̃uis id ſit uſu ſecũdũ. Nã & quoſdã aliquãdo ægrotos uiſimus/cũ q̃bus Dũ ſani eſſent nõ eramus uerſati / quo fit ut neq; quem colorẽ/quã habitudinẽ aut natiuũ calorẽ aut quẽ arteriaꝝ pulſum a natura habuerint agnoſcamus/ quę ſi ſciremus magnitudinem morbi ſatis aliquãdo iudicare poſſemus/ nam q̃tũ vnũquodq; a naturali ſtatu recedit ad tantã morbus magnitudinẽ ꝑueuit / q̃tũ uero recedit/poſſibile eſt ſcire ei/q naturalẽ ſtatũ exq̃ſite cognouerit. Quũ igitur hoc in ipſis fuerit nobis ignotũ/ne oĩno hęſitemus ad cõmune cũ fugimus/q̃uis ad uſum ſecũdũ locũ obtineat: hic uero artifex plus aliq̃d q̃ hi q arte carẽt aſſeq̃tur. Quot uero hoc ipſum plus ſit primus oĩum memorauit Hippocrates. Plenius aũt de hoc ſcripſerũt q Hippo. fuere poſteriores/atq; illius ſcripta accurate legerũt/ ex quoꝝ numero unus fuit Mneſitheus Atheniẽſis/uir tum in alijs oĩbus / quæ ad artẽ ꝑtinẽt ſufficiẽter Doctus/tum vero qua uia ac ratiõe medẽdi ſciẽtiam oporteat exercere nemini peritia ſecũdus/ hic igit̃ Mneſitheus

a primis atq; ſupremis incipiẽs generibus: putauit ſecari illa oportere
in alia genera ſpecieſq; ad differentias / hæc rurſus . in alia diuidi / ac
denuo iſta eodem modo / donec ad talem peruenerimus ſpeciẽ poſt
cuius diuiſionem ad unum numero & indiuiduum perueniemus / mi-
hi uero qui ad te ſcribam expedit breuibus meã explicare ſententiã.
Nam ridiculus uideri poſſem / ſi tua te uelim docere tanq̃ non multo
antea. a Platone illa didiceris : neq; enim ut te docerem quam uiã ac
rationem in diuiſionibus ſectari oporteat / hæc uolui meminiſſe / ſed
quoniam mihi ad ſequentia plurimum conducere exiſtimaui / & quũ
a me exigeres ediſcere cauſam ob quam medicorum plurimis aberra
re contingit / non aliter tibi oſtendere poterã: etenim qui in alijs hęre
ſibus cõtingunt errata / & quę medici in ęgrotãtiũ curatiõe delinquũt
hãc primã atq; præcipã ucãm habẽt : diuiſionis. ſ. prauitatẽ . ¶ Qui-
dam. n. in primis & ſupremis generibus ſtant: ſolũ quę ab illis ſumitur
indicatiõe: cõtenti: quidã uero uſq; ad aliquid diuidũt: non tamẽ uſq;
ad finem perueniunt: nõnulli uero etiã uicioſis utuntur diuiſionibus:
qui uero & omnia quę ſunt ſecundũ naturam & pręter naturã: hoc di
uiſionis artificio complectitur: atq; ab omnibus ſufficientes: ſumit in-
dicationes: hic ſolum quantũ humanis permittitur uiribus. medendo
non errabit: illos quidẽ quoq; habet notitiam: melius curabit: q̃ alios
ignotos uero proxime illis quoad fieri poterit: ad ſanitatẽ perducet:
ſi quis. n. primũ diſtinxerit eam / quæ ſecundũ ætates differẽtiam dein
ceps autem eamq; ſm temperaturas. atq; potẽtias / cætera. ue quę in
hominibus inſunt / colores dico atq; calores . habitudineſq; exercitia
aſſuetudines. atq; animi mores. his quoq; adiũxerit eamq; maris a fœ-
mina. differentiã & quęcũq; ad regiones. & temporũ pertinẽt ſtatus .
alioſq; eius. qui nobis circũfunditur aeris conſtitutiones recto modo
Diſtinxerit hic ad propriã. laborantis naturã. agnoſcẽdã proxime ac-
cedet / ſed ex his nõnulla quidem in libris de pulſibus : nõnulla. uero
in his in quibus. agitur de temperaturis ſunt determinata. ſicuti. quæ
pręter naturã ſunt / uniuerſa quomodo inter ſe. & ſpeciebus. & gene-
ribus differãt in libro de paſſionibus. eſt præfinitũ. Nunc uero. de his
ſolum ægrotis dicere propoſuimus. quoq; naturã anteq̃ morbũ cõtra
herẽt nobis erat exquiſite perſpecta. Cũ quibus. tamẽ & reliqui om-
nes intelligẽtur qui nobis erãt ignoti / nihil igitur difficile ab eo quod
eſt perfecte diſtinctũ id quod non tale inuenire.

¶ De Febribus ephemeris.

INitium igitur ſumemus a febribus. quoniã tu in his præcipuẽ cu-
randi artificiũ habere cupiebas. Et primũ quidẽ de his ſermonẽ.
habeamuſq; ſimpliciſſime ſunt, quas , Hippocrates ephemeras

. i. diarias appellat. hæ uero ſunt quæ pp laſſitudinẽ eueniũt / & ebrie-
tates / atq; iras / furores: atq; męrores. atq; alias animi curas uehemen-
tes & quę ex inguinũ inflãmationibus febres ortũ habent / ex hoc ge-
nere ſunt pręterq̃ ſi abſq; ulcere fiant manifeſto / tũc. n. ſuſpitionẽ af-
ferunt & nullo modo niteſcunt & vigiliæ plerũq; ſimplicem febrem
induxerũt. ſicuti frigefactio & exuſtio quãdoq;: Atq; hę omnes febres
ſoluũtur facilime. ¶ Oportet ſi q̃dẽ eos cõfeſtim ducere ad balneas /
atq; ad conſuetã uictus rationem . Quãdoquidem qui pertritũ illum
ſermone medicorũ triduanũ terminum admittunt ſæpius actiores fe-
bres effecerunt quamuis & aliter pręterea delinquant . quemadmo-
dum cernis ex eis plures. in quolibet ingreſſu delinquentes ueluti ma
nufactas facere ęgritudines.
Sed cura quidem harũ febriũ in promptu eſt ſed earũ cognitio maio-
rem exigit diligentiã de qua nemo ante nos quantum oportuerit ſcri
ptum reliquit quare minus mirandum complures tantum in medici-
nę operibus aberrare / Quantum etiam cognitione falluntur / ſæpius
enim quidam ab initio caſu aliquo in graues morbos incidunt ueluti
vino pleni / aut ſole exuſti / aut laſſitudine oppreſſi / aut vigilias paſſi /
aut quauis alia cauſa quę per ſe nocere natura ſit apta / correpti dein
de totum in cauſa antecedente conſiſtere / neq; aliam ſubeſſe diſpo-
ſitionem arbitrati / circa uictum negligentius ſe habent / adeo ut ſe ip
ſos lateãt in inſanabiles aut ægre curationẽ admittẽtes morbos pro-
labi: hæc igitur magni momenti ſunt extimãda. Quẽadmodum Hip-
pocrates admonet / non ſolum futura pręcognoſcere ſed pręterita
etiam atq; pręſentia. Nam & quod nunc preponitur / ad eam artis at-
tinet partem quod pro uiribus manifeſte trademus . Neq; enim par-
ua eſt differentia / ſi laueris iam ægrotantem & ſecurum eſſe iuſſeris /
aut eum per omnem cuſtodiam ſecuritatemq; traduxeris.
Quum igitur ad ægrum accedes primum a maximis quæ circa ipſum
ſunt conſideratio incipienda / deinde & ab alijs / adeo ut nec minimũ
aliquod omittamus nam ut magis aut minus ei quæ fit ex maximis in-
dicationi credamus / ex aliorum fit adiunctione . ¶ Maxima quidem
in omnibus febricitantibus ſigna / impulſibus atq; urinis conſiſtunt:
his uero addere oportet / & quæcunq; alia circa faciem. Hippocrates
ſcribit accubitum quoq; & reſpirationem / item ea quæ per ſuperiora
uel inferiora excernuntur. Et ſi quid aliud accidere circa aliquam cor
poris partem aut operationẽ cõſiſtere uideas ( qualia ille mille in mi-
libus ſcripſit ) neq; ex his ullum aliquod negligenter prętereas hæc
quidem omnibus febribus communia ſunt . Itaq; in his ſimpliciſſimis
de quibus pręſens eſt ſermo nihil horũ relinquere oportet . At poſtq̃

ex pulſibus atq; urinis febris naturã perceperis. Quũ pulſus nullũ inflammationis ſignum habuerit/neq; omnino inęqualitas in una arteriæ compulſione apparuerit/aut ſi hoc affuerit omnino ſit imbecille: Vrinæ autem omnino ſimiles his quæ ſecundũ naturam ſe habẽt/ aut non multum a naturali ſtatu receſſerunt / tunc ad omnia illa quæ antea a nobis ſunt dicta accedere oportet / & cum ueluti chorus quidã omnia concinne loquũtur / tunc fidere oportet / ac ſi libeat interrogare nũquid aliqua manifeſta anteceſſerit cauſa. Si quid.n. huiuſmodi æger fateatur/expectata prima fębris ſolutione/ſtatim oportet lauare quum tunc certior tibi ſit facta cognitio/ex ipſo ſolutiõis modo. Nam arteriarũ motus in hoc in totum aſſimilatur huic qui in ſanis depręhenditur/quum in nulla alia febre ad naturalẽ habitum reuertatur/neq; ſi multum temporis primæ acceſſionis finem/& ſecũdæ principium intercidat/quẽadmodum in tertianis atq; quartanis. In illis.n. febris remanet ſignum: in ephemeris autẽ in totũ aboletur acceſſione ceſſante/plurimis uero earum & humidi quidam vapores/ & quibuſdã etiam ſudores optimi apparent/aut omnino quidam plurimus ueluti uapor ex intimo corporis exit. Verum vrinę quoq; multo nunc meliores/quam circa febris principia uidebuntur & ſi capitis aut alterius partis dolor ſimul inuaſerit neq; hic amplius perſiſtet / ægrotãtis quoq; in tolerando facilitas/magnũ & ipſa ſignum/tanq̃ ſigilũ quoddam ultra omnia alia ſigna febris bonitatem tibi indicabit / & ſi dum lauantur/neq; horror inſolitus moleſtauerit/neq; alia triſtitia affuerit & ſi poſt balneũ deinceps bene ſe habere perſeueret/tunc ne uerearis cibum offerre/uinum quoq; ſine formidine ad potandum exhibe adhibito tamen ut pręſentia exigunt modo nos autẽ ut te non latet/ eis cauſam quæ anteceſſerit ſolemus prædicere / neq; expectamus ut illam ægrotus anticipet enarrare quod maximũ eſt argumentum / illum non errare qui talem ſit adeptus facultatẽ. Si uero remanẽtibus adhuc animi affectibus conſideratio habeatur / tunc ex pulſibus maxime tentanda cognitio. Quẽadmodum in libris de pulſibus ſcripſimus/poſt hos uero & ab alijs ſcire quęrendũ/ꝙ ſi illi iam quidẽ ceſſauerit/remanet autem diſpoſitio paruum quidem ex pulſibus habebis inditium earum quę febrem attulerũt paſſionum/ſufficiant autem tibi & ſine pulſibus reliqua. Cõmuniter quidem omnibus vrinæ ruffæ: adiungitur uero his qui propter triſtitiam febricitãt/acritudo/potius quã abundantia caloris quẽadmodum e diuerſo/his qui propter furorem ſed & extenuatio corporis/in his quos triſtitia & cura uexarunt conſpectior exiſtit oculorum præterea cauitas ac incõſueta decoloratio. Hæc quidẽ ſunt & in alijs/qui quouis modo diu cogitarũt communia & ex oculis diſtinguere oportet. Nã ex his etiã in ſanis animæ mores poſſumus coniectare. At in ægrotis ſi quis diligenter inſpicere queat/ſunt inditia certiora/ſic quidẽ eos q propter diſciplinas aut cõtẽplationẽ aliquã diu cogitarũt/ab his quos triſtitia corripuit diſcernere oportet. At q uigilarint / diſtinguere oportet ex forma palloris. Nam in ipſis facies ſubtumẽs/& oculoꝝ motus manifeſtus: uix.n. palpebras attollũt/ineſt etiã palpebris humiditas. Nam qui triſtãtur aut cogitationiaus detinẽtur his exiccãtur/ cauitas uero eſt cõmune accidens oĩbus/męrori vigilijs/cogitationibꝰ/non tamẽ furori : in hoc.n. neq; oculoꝝ cauitas/neq; pallor manifeſtus & plus caloris / atq; celerius ex imo prorũpit neq; pulſuũ magnitudo deſtruitur: quẽadmodũ in uigilijs/triſtitia & cogitationibꝰ: quare hęc a furore aptiſſime diſtinguũtur/ab inuicẽ uero quẽadmodũ diximus antea. Eorum aũt qui ex laſſitudine in febrẽ inciderũt/cutis eſt ſiccior q̃ in alia aliqua ephemera febre/ſed hoc quidẽ omnibꝰ ex laſſitudine febricitãtibus cõmune exiſtit in tẽpore acceſſionis donec cõſiſtit poſt hoc uero pluribus modo non ſint ſupra modũ labore uexati/quędã humiditates/ aut callidus uapor ex intimo corpore effertur quibuſdã uero etiã poſtq̃ febris cõſiſtere deſijt/ſiccitas perſeuerat/quod maxime accidit his quos ſuperfluus labor oppreſſit aut frigus / aut ſimul cum labore ſunt a ſole deuſti:& quidẽ pulſus non eodem in utriſq; modo ſe habẽt quia parui quidem his ſunt/quos ſupfluus labor uexauit : in alijs uero magni. Quæ uero corpore cõdenſato accidũt febres ( Cõdẽſantur autẽ aut ex frigore aut ex qualitate aliqua quę uim aſtringendi habet ſubito ei aduenięte uelut illi qui aqua alluminoſa ſe lauerit accidit ) hæ quidẽ ex oĩbus febribus ſole ſunt aſtricta paſſio/has uero tactu cognoſcere licet: quẽadmodũ & arẽtes febres & quæ ex laboribꝰ & cõbuſtionibꝰ fiunt. Nam neq; hæc denſitas hos queat latere qui tactũ habẽt exercitatũ ſed & caloris motus neſcio quo pacto regreditur qui mitis quidem in primo tactu ſentitur: acris autẽ multũ ſi pluſculum tardemus. Non tamẽ & his urinę ſunt ruffę/neq; corporis tumor celabitur/neq; etiam oculi caui atq; aridi fiunt. Quoniã etiam quibuſdã humecti magis atq; prominẽtes apparent / quam hi qui ſecundũ naturam ſe habent/neq; ſunt pulſus minores cuiuſmodi in mœroribus/curis aut uigilijs/ aut in modicis exercitijs apparent.

¶ De Febribus quæ fiũt ex inflãmationibus inguinũ.

FEbres quæ ex inflammatione inguinum fiunt / pulſus habent maximos / ueloces atq; frequentes : plurimuſq; illis calor ineſt ac poſtq̃ febris cõſtiterit ſtatim ex profundo quædam emergit humiditas. Calida quidem ſed mitis acris etenim/& mordax huic ge-

neri febrium inter omnia alia minime adeſt / atq; ut plurimum facies
rubicunda illis & magis tumens urinæ quæ ſubalbidæ communis au-
tem omnibus huiuſmodi febribus eſt pulſus æqualitas . Nam paucæ
admodum ex his febribus eam quæ in uno ictu inæqualitatem oſten-
dunt/& neq; ipſe ſatis aperte ac manifeſte illam præ ſe ferunt. Talia
quidem ſunt ipſarum indicia.
Curare autem oportet omnes quidem balneis : At qui ex denſitate
cutis aut inguinum inflammatione febricitant ſi in aere balnei immo
rari iuſſeris / haud quaq̃ nocebis reliquos omnes q̃ citiſſime oportet
ab aere ſemouere:ſi uero diutius in aqua immorari uoluerint permit
tere/oleo autem tepido & multo & manibus mollibus perfricare: q̃-
plurimum/atq; hos præſertim qui ex labore febricitant.Secundo au-
tem loco/qui meatus habent aſtrictos/& tertio qui inflammationem
inguinum patiuntur/ſæpius autem iſtos lauare in quantum cõtigerit/
cibum autem aſſumere qui ex labore febricitant poſſunt multotiẽs/
non æque tamen qui ex denſitate cutis aut inguinis inflãmatione la-
borant.At his utriſq; tenuis uictus eſt optimus: qui uero ex laboribus
febrierint pręcipiendũ eſt/ut cibos aſſumant concoqui faciles/ac cru
ditatem pręcipue deuitent/ſed & uinum potare quãtum poſſunt cõ-
uincere ſunt permittẽdi.Menſuræ autem ratio/queãdmodum in alijs
omnibus ex uiribus & ætate ſumitur ægrotantis / necnon & ex natu-
rali temperatura:& pręterea ex conſuetudine & anni tempore & re
gione atq; alijs huiuſmodi/qui uero ex inguinum inflammatione fe-
bricitant arcendi ſunt a uini potu donec inflammationes ſoluantur.
At qui cutis foramina habent aſtricta: ſi non multum hoc affectu la-
borent neq; plenum corpus habeãt/non ſunt a uini potu prohibẽdi/
at qui pleniore corpore ſunt prohibere oportet : qui uero ex vigilijs
aut aliquo animę affectu febricitant/poſtq̃ balneaueris cibo humido
ac boni ſucci reficere expedit: vinum uero his qui uigiliam paſſi ſunt
intrepidæ offerre niſi capitis dolor pręmãtur/aut pulſum uenarum in
temporibus ſentiant /liquet autẽ ꝙ etiam in alijs eadem cauẽda ſunt
ſed & ijs qui ira aut męrore aliquo aut cogitatione febricitãt vinũ eſt
exhibendũ: & qui furore perciti fuerunt quando omnino ab affectu.
Quieuerũt prius uero periculoſum uti vino : tentare autẽ oportet &
cõtrarium ſemp afferre ei quod moleſtat labori quidẽ quietẽ: vigilijs
vero/ ſomnũ irę autem & furori atq; triſtitiæ ſermonibus actionibus
ſpectaculis/enarrationibus animi iocunditatem. Sic qui cogitatione
laborat/omnino ratiocinatiões omittat/& q ex inguinũ inflãmatiõe
febricitat prius huius curationi intẽdat / ac multo prius ulceris vnde
originẽ habuit/hęc qdẽ febriũ ephemerarum indicia atq; remedia ſuffi-

ciẽter ſe habẽt:reliquę u ero febres nõnullę ex inãflmatiõibus nõnul-
læ ex humoribus accenduntur & quę ex inflammationibus fiunt ſunt
veluti quædam accidentia partium laborantium & morbus magna
ex parte ab inſtrumento patiente denominatur frenitis aut peripneu
monia atq; pleuritis/aut aliquid tale ſed de his poſtea dicemus.

## De febribus putridis.

At quæ ex humorum putredine febres accenduntur ab hoc
ipſo nominantur febres & ſunt non accidentia morborum/
ſed ipſi morbi / ex his uero non nullę quidem ſunt ſine acci-
dentibus quę & mitiſſime ſunt quędã uero dicitur accidẽti-
bus infeſtãt nos uero de prioribus dicamus febribus quę accidẽtibus
carent / in quibus maxime ſi fieri poſſit primo die qualis ſit febris an
acuta uel longi temporis eſt cognoſcenda/ & utrum ex his quę inter-
mittentes dicuntur an continua ꝙ ſi primo ſtatim die certa cognitio
haberi non poteſt ſecundo ſaltem inuenire tentandum / ꝙ ſi neq; in
hoc aliquid firmum aut ſtabile / ſciatur in tertio ſaltem aliquid mani-
feſtius apparebit non paucę ſunt/quæ ut exquiſitę dignoſcãtur quar-
tum deſiderent/ego uero quam breuiſſime potero indicia explicare
tentabo/ex quibus ſpeciem febris intelliges quamuis de iſtis planius
ac manifeſtius alibi diſſeruimus.

## Signa febrium intermittentium.

Quæ igitur cum rigore inuadunt non ab re ex earum nu-
mero eſſe iudicabis/quæ per circuitum infeſtant tertianę
enim atq; quartanæ in totum cum rigore faciunt acceſſio
nes/ ſed tertianæ quidem in primo inſultu cum nimio ſæ-
pe rigore incipiunt/in quartana uero poſt tempus magnitudo illi ſu-
peruenit pręter id quod neque ſtatim ab initio hæc febris ſolet inua
dere/ſed alijs quæ anteceſſerint ſubſequi.
Quartana itaq; eas quæ errabundæ aut erraticæ dicuntur/inſequitur
quottidiana uero intermittens raro aduenit/ quin os uentriculi patia
tur/queãdmodum quartana ex male affecto ſplene generatur. Quæ
quidem cum ualido rigore incipit magis febris tertiana quam aliqua
aliarum febrium fore ſperatur.Si uero & alia/quæ poſtea dicentur ſi-
gna atteſtentur hanc proculdubio in prima die tertianã eſſe cogno-
ſces ꝙ ſi cum paruo rigore inceperit tunc magis alia ſigna attendere
mente oportet quoniã non quotidiana intermittẽs tantũ atq; quar-
tana ſed etiam hemitriteus aut aliqua alia ex cõtinuis eſſe poteſt alia
vero ſigna & ex caloris qualitate & quãtitate & arteriarum motu ſumũ
tur/ ex ipſa etiã rigoris forma & regione & tẽporis ſtatu atq; ex natu
ra & ætate ægrotantis & ex pręcedẽtibus cauſis & his quæ concomi-

tantur. Nã calor quidem plurimus & acris eſſe debet: pulſus autẽ magni ac calidi uehementes/ueloces atq; frequentes/omnis inęqualitatis/pręterq̃ febrilis exptes. Rigor aũt ueluti ſi a re aliqua acuta plusq̃ frigida cutis pungeretur: quũ hi qui quartanam aut quotidianam intermittentem patiuntur/ potius frigidum rigorem ſentiant: tempus autem anni æſtiuum/ſicuti & locus & præſens conſtitutio calidus/ſit autem & ægrotantis natura calidior/ bilioſior & ætas iuuenilis & exercitationes potius q̃ ocioſitas anteceſſerint magis deuſtio q̃ frigefactio & parcitas cibi potius quã crapulæ: uigiliæ quoq; mœrores atq; labores & intenſæ cogitationes ad eundem perducunt effectum ꝙ ſi multos alios eodem tempore laborantes contigerit tertianis corripi febribus hoc quoq; maximum aliquid pręter ea quę nuper diximus ſignificabit ꝙ ſi hæc omnia affuerint indicia aut ſaltẽ quæ maxima ſunt aut tempeſtiua. Sitis quoq; uehemens adiungatur uomituſq; bilis aut ſudor uel utraq; ſuperuenerint tunc nulla dubitatio relinquitur: ꝙ ſi inter hæc a febre quieuerit homo/hac inquam quæ ex ſuo motu eſt omnibus nota/propria uero febrium inæqualitas in arteriarum motu relinquat: tunc certiſſime poteris/eſſe tertianã febrẽ enuntiare æque ac ſi tertio die acceſſionem feciſſe uidiſſes.

¶ Signa quartanę.

QVartana autem (nã & huius ſigna ſcribere oportet) manifeſtiſſimũ ſui prębet iudicium in principijs acceſſionum quando rigent adhuc qui quartana laborant. Nam eorꝫ pulſus ſatis tardi ſunt ac rari. Cum autem conſiſtit atq; febris etiam augetur neceſſe quidem eſt: ut ueloces fiant atq; frequentes. Seruatur tamen & tunc propria ipſius tarditas ac raritas ſi additam uelocitatem atq; frequentiam in acceſſionibus ratione perpendas & quidem ſi comparaueris quartanæ febris conſiſtentiam tertianæ conſiſtentię non parum uelocius atq; frequentius in tertianis pulſus oſtendere arteriæ uidebuntur & unius motus inæqualitas in quartana febre propria ipſi monſtratur: nam quæ omnibus communis eſt febribus in uno pulſu arterię inęqualitatem in hac manfeſtiſſime licet compræhendere: multo enim uelocius principium finemq; motus inuenies q̃ medium non tamen in tertiana ita ſe habet breuis etenim in ipſa eſt uelocitas exceſſus atq; in conſiſtentia pręſertim uerum & caliditatis indicia diuerſo modo ſe habent: nam æſtum & deuſtionem & quendam uelut feruorem qualiter in tertianis uidetur/in quartanis haud quaquã inuenies: hęc igitur ſigna maxima ſunt: reliqua uero extrinſecus: nam neq; hæc ſunt omittenda ſed & ægrotantis natura eſt inſpicienda ſi in ea atra bilis abũdat & tempus quoq; anni/ſi autumnus & pręſens conſtitutio/ſi inęqualis. Sic uero & loci natura & morborum peruagantium populariter & ſi lien intumuerit febriſq; ſine ordine anteceſſerit & ætas ſenior q̃ conſiſtentium & ſi cum ſudore febres deſinant. In his uero bilis flaue uomitus minime eſt expectandus quemadmodum nec in quotidianis intermittẽtibus hoc enim tertianarum proprium eſt ſignum. At quum febris ceſſauerit ſi adhuc ſignum febris remanſerit pulſuſq; his qui ſecundum naturam/rariores ac tardiores fuerint/quartana proculdubio erit huiuſmodi febris.

¶ Signa quotidianæ intermittentis.

FEbrem uero quotidianã intermittentẽ uel ex his maxime ſignis agnoſces: nã caliditatẽ humidiorem cũ quadam acritudine eſſe oportet nõ quũ primũ manus admouetur cõfeſtim: ſed per moram. Nã quędã fumoſa caliditas cũ multo uapore cõmixta exire uidebitur. Quũ magis ignis in humore ſuffocet: q̃ ipſum poſſit cõuincere: Sed & his minores ſunt pulſus: pulſibus quartanarꝫ quã iſtarũ pulſus pulſibus tertianarꝫ. Rurſus vero rariores ſunt in quotidianis intermittentibus pulſus: his q in tertianis quantũ illis pulſus quartanarꝫ at tarditas in vtriſq; eodem modo ſe habet: Minus vero ſiticuloſa hæc febris eſt: tantũq; eã quartana excedit quãtũ iſtã tertiana. lingua vero & totũ corpus ſicciſſiuum eſt in tertianis at in febribus his humidiſſimum: & vomitus pituitoſi. Et quæcũq; per vẽtrẽ excernũtur frigidiora ſunt: atq; humidiora & crudiora: aquoſiora & pituitoſiora: Vniuerſum corpus deniq; in hiſce febribus plenũ crudis humoribus inuenitur: Et quidẽ ętatibus naturis anniq; temporibus: & temperaturis humidioribus accidunt/Nãm iuuenem bilioſa ac ſicca temperatura/nũq̃ uidi huiuſcemodi corripi febre pueri autem & maxime infantes/& ex his qui iam perfectum corpus habent pituitoſi & habitus craſſi atq; ocio plurimo dediti crapulis ebrietatibus balneis aſſiduis/poſt cibum præſertim utentes a quotidianis facile capiuntur/loca etiam humidiora/atq; ex anni temporibus hibernum/atq; ex conſtitutionibus humidiores hanc præcipue afferunt febrem/quod ſi ſit etiã populo cõmunicata tunc præter ea quæ antea diximus: ſigna hoc quoq; non parum ad eam dignoſcendam conducit/nõ tamen harum febriũ declinatiões. Quẽadmodũ tertianarꝫ & quartanarꝫ ſudoribus terminant. Quare neq; ad integrã quietẽ maniſeſte (exceptis paucis) ꝑueniũt. Vrinæ vero quæ ꝓcedẽtibus ipſis adueniũt totius morbi tẽpora docẽt. Quæ aũt in principijs videnẽ febris etiã ſpeciẽ indicabũt. Nam in quotidianis vel albę ſunt & tenues uel craſſę aut turbulẽtę vel turbidę. In tertianis aũt ruffę vel ſubruffę. In quartanis vero varię quidẽ ſed crudę: hęc omnia febriũ intermittentiũ ſunt indicia.

## ¶ Indicia Febrium continuarum

FEbres autem continuas ex eo cognoſces ꝙ nullum eis adeſt ex
ſignis quæ intermittentibus adeſſe diximus & ſi citra etiã qua-
tuor & viginti horas non ceſſauerit febris. Si uero inęquale ha-
buerint incrementũ hoc pręter alia longius etiam tempus oſtẽ-
dit/& quidem ſi & proprium febrium ſignum in pulſibus manifeſtum
habuerint: Si uero inordinatio ac inæqualitas ipſis uel inconcinnitas
adſit/& hoc etiam indicium magnitudinis ac cõtinuitatis: Si uero in
hoc ſtatu permanentes tertio die maiorem acceſſionem oſtenderint
aut excrementa & urinæ omnino crudę apparuerint non poſſunt hu-
iuſcemodi febres ad ſeptimum diem terminari. Si uero & quarta dies
tertiæ diei ſimilis fuerit/ & febris quodãmodo ſubmerſa neqꝫ facies/
aut reliquum corpus collabitur, quicq̃ huiuſcemodi febris ad longius
tempus extendi conſueuit: tales quidem ſunt differentiæ earum fe-
brium quæ accidentibus carent. Curatio autem earum deinceps ſcri-
betur: primum quidem intermittentium: deinde continuarum ex in-
termittentibus. Vero breuiſſima quidem ac mitiſſima eſt tertiana lon-
gior autem ac quantum in ipſa eſt: haud quaq̃ periculoſa quartana.
Quotidiana uero intermittens longa & non ſine periculo. Quare ab
initio ſtatim ad uniuerſum ægritudinis tempus inſpicientes rationẽ
victus inſtituemus. Nam quæ uelociter fiunt ac celeriter creſcunt: &
ſi ualde tenuem uictum exhibueris/haud magnum afferes detrimen-
tum. Quæ uero ſunt diuturniores niſi ab initio grãdiori cibo reficias/
hominem cum morbo pariter perimes/aut intempeſtiue uictus mo-
dum commutabis neqꝫ enim oportet ſtatu progrediente grandiorẽ
quam prius cibum offerre / ſed contra potius tenuiorem uictum qui
in toto morbo exhibeatur ad ſtatum reſeruare. Hoc igitur in omni-
bus commune præceptum. Sed oportet prærerea quæ ſingulis febri-
bus intermittentibus propria conſiderare ueluti confeſtim in tertia-
nis (neqꝫ enim male ab his initium ſumendum) primum diſtinguas/
ſi exquiſita ſit febris & (ut quiſpiam diceret) legitima aut non exqui-
ſita ſed uelut notha: nam quæ exquiſita eſt non longius progreditur:
q̃ ad ſeptimum circuitum præter id ꝙ etiam minime periculoſa: alte-
ram uero/quæ non eſt exquiſita: vidi quandoqꝫ cum in autumno in-
cepiſſet in uere deſinere. Deinde uero ut par eſt in tẽpore adeo lon-
go / tum quia ægrotus medici præceptis parere noluiſſet / ſed in ali-
quo deliquiſſet/tum quia ex hieme leſus eſſet lien intumuit/& pręcor-
dia flatibus ſunt oppleta & iam ſubtumida quædam erat decolora-
tio in facie / ac præſertim circa crura adeo ut nobis de iuuene dubi-
tare contigerit ac maioribus uti remedijs fuerit neceſſariũ. Sic igitur
nihil ſimile habet huiuſcemodi tertiana cum exquiſita. quare & ab
initio eas diſtinguere oportet quantum enim natura differunt/ tan-
tum rationabile eſt rationem uictus permutare. Vt igitur eas opti-
me ſciamus diſtinguere/quæ adoleſcenti acciderint mihi ſat erit ſcri-
bere/quæ ueluti quædam exempla / ac monumenta tibi futura ſunt
earum quæ non exquiſitæ tertianæ.

Erat tempus anni medium inter occaſum pleyadum & antecedens
equinoctium. inceperat autem febris cũm horrore adoleſcenti circa
auroram fere/quæ neqꝫ in caliditate ſimilis tertianæ uidebatur / neqꝫ
in pulſibus. ſed neqꝫ uomitus. bilis ſubſequutus eſt / neqꝫ ſudor ſuffi-
ciens pręterq̃ ꝙ in die ſecundo tantũmodo circa horam tertiam. qui-
dam pauci humidi uapores exierunt: ex quibus febris quidem tran-
ſpirabat at ita pedetentim, ut uix circa noctem expers febris uidere-
tur. Nam febris ſignum ſatis manifeſtum in pulſibus manſerat/ in reli-
quis uero circa veſperas ſatis bene ſe habebat/& per totam pariter
noctem/ rurſus uero circa tertiæ diei autoram ſecunda. acceſſio facta
eſt/omnino præterquam in tempore ſimilis primę/nam nocte ſuper-
ueniente paululum. ante diem. vapores. humidi exalarunt ac circa
quartę diei autoram. febris ceſſauit/ac reliquo deinceps autumni tẽ-
pore/atqꝫ hiemis quo. ægrotauit alia omnia & hora. acceſſionis & ſo-
lutionis febris eundem. modum. ſeruauerunt. Agebat autem adole-
ſcens. circiter decimumoctauum ætatis annum/albus. aſpectu. & pin-
guis/qui ſæpius antea. in ocio degerat / & crapulis balneiſqꝫ plurimis
& repletionibus uſus erat/quare neqꝫ bene cibos. cõcoquebat ſimul
autem aduenit. ei. durities in pulſu. in prima. quidem die atqꝫ ſecun-
da mediocriter. in tertia autem. & quarta. atqꝫ ſequentibus. uſqꝫ ad ſe-
ptimam. ad tantam peruenit dutitiem, ut quiſpiam. qui ſoli crederet
pulſu multorꝫ fore menſium. ęgritudinẽ. iudicaret/talis autem. perdu-
rauit uſqꝫ ad uernũ equinoctiũ. in quo cepit molleſcere & rurſus. po-
ſtea quadrageſimo die omnino æger a tertiana. eſt liberatus tendẽte
paulatim. ad mollitiẽ pulſu. ac minore quotidie fiente acceſſione vri-
niſqꝫ meliorem. habẽtibus. ſubſidentiã / &. n. hæ quoqꝫ in priore tem-
pore erant admodũ crudæ: Talis quidem eſt tertiana: quæ alteri ex-
quiſitæ. maxime cõtraria exiſtit. Reliquas uero intermedias haud nu-
mero paucas. ex extremis/quæ determinata ſunt / non difficulter in-
uenies. Quæ. n. in principio ſermonis tertianarꝫ febrium. indicia ſcri-
pſimus/ſi omnia fuerint/exquiſitam. reddunt tertianã/ cuius acceſſio-
nis tempus. breuiſſimũ. Quatuor aut quinqꝫ aut ſex at longiſſime vn-
decim. aut duodecim horas. complectitur & huiuſcemodi febriũ. vri-
næ tertio die aut ad ſummum, Quarto/coctionis ſignum oſtendunt.

hoc pacto quidem exquiſitam aut non exquiſitam tertianam cognoſces. eadem quoq; ratione & quartanam & quotidianam intermittētem: cui enim omnia inſunt iudicia / quæ in quartanis febribus antea ſcripſimus / hæc uera atq; exquiſita quartana eſt / cui uero minime ſpuria eſt: & nequaq̃ exquiſita. & quotidiana quoq; intermittens: cui omnia quæ diximus inſunt exquiſita eſt. quæ autem eā naturam non omnino habet nō exquiſita. Igitur neq; ſunt quartana & quotidiana longæ: quę non ſunt exquiſitę: at quēadmodum exquiſita tertiana breuis eſt temporis / ſic & quotidiana / & quartana diuturnę / Hæc quidem in his quæ per circuitum quendam febricicant / oportet conſiderare. In alijs autē febricitantibus urinas atq; excrementa atq; uniuerſum corporis habitum inſpicere oportet calorem quoq; atq; arteriarum motum & quęcunq; alia pręter hæc Hippocrates & longus uſus inſpicere iubent. Veluti regiones anni tempora conſtitutiones & ętates corporum temperaturas cōſuetudines & cauſas antecedētes / & quæ ſimul cum morbis inuadunt / & quæ in medio tempore apparent. Iam totum ut cuiq; uideatur admonitum non tamen re uera ita ſe habet / nam quoddam maximum etiam inter hęc omnia / breue tamen dictu nōdū ſcriptum eſt. quid uero hoc eſt: morbi quātitas ac uiriū res quę ad eam explicādā uno indiget uerbo / ad uſum uero permagna / neq; enim bene prænoſcere poſſumus niſi horū ſingulorū magnitudinem diligenter penſitemus: nā utrū morbus ſit exitialis / an nō & quando magis debeat mori. aut ſanitati ægrotus reſtitui niſi omnia quæ diximus diligentins animaduerteris ad duo redigens capita. ad ipſius. ſ. morbi magnitudinem & ægroti uires non poteris uere prænoſcere. Nam ſi vires. adeo valide fuerint vt poſſint morbum ſuperare neceſſe eſt ægrotum euadere / ſi uero cōtra omnino morietur / nō igitur ſolū inſpicias qualis ſit morbi ſpecies ac forma. ſed & eius magnitudinē aduerte non paruā autē hoc exigit experientiā. tū alias ob cauſas / tū quia neq; ſcribi neq; omnino ſermone edoceri ſinguloꝝ quātitas. poteſt & ſi q̃d in nobis eſt ex nulla re adeo poſſumus ad exq̃ſitā peruenire notitiā q̃tū ex crebra exercitatione circa q̃titatis cōiecturā / hoc q̃dē in ipſis opib' & diſcere & docere poſſibile eſt / quęcūq; uero in q̃litate determinant hęc diligēter ac manifeſte q̃ breuib' poterimus uerbis trāſigemus.

## Tertianæ febris cura.

EXquiſitā ergo tertianā ut quę ex flaua bile cōmota inualeſcat / quāto magis fieri poteſt refrigerare oportet ac hūectare / nam cōtrarioꝝ contraria remedia quę quidem quod ſupfluū eſt reprimāt: quod uero deficit ſuppleant at flaue bilis humor inter oēs q̃ in corpore ſunt aridior calidiorq; exiſtit. hūc igitur quū ad uentriculum repit per uomitū educere oportet: quum uero uergit ad inferiora per inferiorem excretionem hoc quidem & ſponte fieri ſolet. in tertianis exquiſitis. per urinam quoq; & ſudores oportet diuertere iuuat autē & per inferiores partes bilis expurgatio. venter autē mollibus clyſteribus exinaniendus eſt. Vrina vero potionibus in quibus apiū aut anetū maduerūt prouocanda. & ſi tibi coctionis ſigna monſtrantur iam cum fiducia: abſinthium potes exhibere / quod alioquin ſummū eſt ſtomachi remediū ubi bilis infeſtauerit: ſi præſertim ex ipſius coma quantum ſufficiat accipiens mellicrato intinxeris. Balnea vero calida ex aqua potabili proſunt tū quia aliq̃d bilis educūt / tum etiam quia ſua qualitate plurimum iuuant: nam huiuſcemodi balnea humectāt: ac potentia refrigerāt / Marinę autem aquæ & ſalſę nitroſæ atq; ſulphureę. plus quidē bilis educunt: ſed multo minus q̃ potabiles proſunt pręſtat vero neq; ipſas utiles dicere quando quidē plus qualitate nocēt q̃ euacuationibus iuuent. equidē noui quendā corrupto iuditio hiſce balneis vti pſuaſum / deinde extenuato corporis habitu ad tantā ueniſſe perniciem: ut tabe cōſumptus interiret / reliqua uero victus ratio ad bilem etiā excernendā exhibeatur: ſemper autē oportet cōtrarias qualitates illis quę præter naturā inualuerint / opponere cum hoc multo plus iuuet: q̃ quomodolibet euacuare / ſed neq; hoc ipſe nouerat neq; alio docēte didicerat. hęc igitur in balneis intentio ſit ut corpus madeat atq; humectetur atq; iccirco neq; nitrū. neq; ſal neq; ſinapi inſpargere oportet: quod genus mali complures ægrotis affere uidentur. at plurimum olei calidi infundētes ad aquam perducere ac madefacere & ſi in ea natare uoluerint: quantum id facere poſſunt permitendum. At qui balneis admodū delectantur: ſi etiā bis in die lauari permiſeris nō aberrabis / ſed illud ſemper habeto in memoria ut in tempore id faciāt: ſi uero etiam coctionis ſigna oſtendantur tūc etiā ſi ſępius laueris nihil deliqueris. A vino vero anteq̃ morbus cōcoquatur omnino abſtinendū at ubi cōcoqui ceperit dandum eſt ab initio tenue aquoſum & paucum ubi uero iā prope eſt ut morbus ſoluatur amplius eſt offerendū / cibi autē quicūq; humectant atq; refrigerant omnes utiles ſunt exquiſitis tertianis / quantitas uero in ipſis ſit tanta vt bene concoqui poſſint. Ex oleribus quidem attriplex blitum lappacium / & malua / & latuca / & cucurbita. ex alijs uero ptiſane ſuccus: & ex alica ſorbitiones / & ex piſcibus ſaxatiles. Ex volatilibus autem quæ mollibus conſtant carnibus / quæ autem talia non ſunt eorum alæ teſticuli quoq; gallorum & ſuum pedes & cerebra. Paruoꝝ uero ſi etiam Dederis carnem liquefactā nihil nocebis ſed & oua ad ſorbendum ſunt offerenda & præſertim vitelli eorum /

nam hi facilius/q̄ pars alba concoquuntur: ex fructibus autem permittendum eſt. ut illos deguſtent. qui non ſunt omnino difficiles. concoqui/oportet abſtinere a melle ſinapi & ſalitis atq; omnibus acribus & a vinis & ſatis vetuſtis & quæ natura. ſunt calida. hæc quidē ſit uictus ratio. in pluribus ueluti ad coniecturā expoſita. Qui uero nō admodum delicioſi ſunt. his talis uictus eſt inſtituendus qualē. noſti me. aliquando inſtituiſſe in exquiſita tertiana ſecundū ſermonem. Hippocratis ex ſucco ptiſane uſq; ad criſim. hæc, quidem in exquiſitioribus tertianis ſeruare oportet.

### Tertianæ nothæ cura.

IN his vero quæ non adeo exquiſitæ ſunt. prouidendū eſt pro uiribus ne morbus. augeatur neue ægrotātis uires proſternantur. Quæ longiori tempore debēt laborare difficile uero eſt ſeruare vtrunq; quoniam. inediæ quantū. proſunt ad morbi coctionem. tantum uel amplius officiunt uiribus. Cibi uero. quantum. ægroti robur. adaugent tantum coctiones impediunt. Sed & id quoq; noſcere opus eſt ad quantam magnitudinē perueniat morbus. ac quantę ſint ægroti uires: ut ad ea inſpiciēs. Quæ maius auxilium expoſcūt inedia quidē in valentioribus utaris uiribus. & morbo coctu. difficili largiori autem. cibo ubi uires ſunt debiliores neq; morbus. admodum. concoqui contumax: hæc quidē & in omnibus alijs morbis cōſiderare oportet in tertianis uero non exquiſitis: neq; ſtatim circa initia balneare expedit. ſed cum primū coctionis ſigna apparuerint. neq; quotidie cibum oportet exhibere ſed alternis diebus / quies uero & calefactio circa præcordia iuuant. & ſorbitiones. concoqui faciles. & clyſteres non admodum molles quod ſi ſanguinē. mittere oporteat/neq; hoc quoq; omittendum. Sed ab initio ſtatim adhibita earum rerum quas ſcis diſtinctione tantum. mittendū quantū præſens. exigit ſtatus. Sit autem totius. uictus ratio non quæ humectet atq; refrigeret uniuerſum corpus. qualis in exquiſitis exhibetur tertianis/ ſed & aliquē modum aſſumat ad calefaciendum/atq; incidendum. plurimū igitur eos iuuat ptiſanæ ſuccus. pipere adiecto uel etiam hyſopum. uel origanū. uel ſpicam. nardi mulſa aqua infundēs & decoquēs. ad bibendū propina. & quęcunq; alia. quæ cient vrinam præterq̄ illa quæ ſupra modum calefaciunt atq; exiccant/maxime uero poſt diem ſeptimā danda eſt iugiter abſinthij coma. & quidē oximeli potione plurimos iuuat/& aliquid ex his quæ molliter ventrē ſubducunt quibus me aſſidue uti nouiſti: uomitus autem poſt cibum adeo his quibus hęc febris perdurauerit utilis eſt/ut multos ſciam ſolis uomitibus ſtatim fuiſſe curatos.

De cura

### De cura quartanarum.

DEinceps de quartanis dicemus quas etiam ab initio mediocriter ac leniter tractare oportet nullum forte medicamen: aut euacuationem exhibentes: niſi forte ſanguis uehementer ſuperabūdās appareat/& ſi vena inciſa is qui fluit niger videatur ac craſſus (pręcipue uero in his qui liene laborant huiuſcemodi uiſitur) audacius mittendus eſt: ꝙ ſi flauus aut tenuis apparuerit: ſtatim ſupprimendus. venam uero ſecare oportet/uel interiorem aut eam quæ eſt in ſiniſtro cubito mediā & uictum inſtituere minime flatuoſum optimum: ventrem quantū poſſibile eſt mollem facientes his quibus uti conſueuit: ꝙ ſi hæc nihil proficiant clyſteribus utendū eſt a principio quidem mollibus poſtmodū uero acrioribus. Arcendi ſunt autem a carnibus porcorum atq; ab omnibus edulijs. Quæ tenacia ſunt & tardum habent exitum ac quæ refrigerant exiccantq; corpus: vino uero utendū eſt albo ac tenui ac mediocriter calido: & uolatilibus quæ boni ſucci ſunt & non in paludibus degunt: piſces autē adhibendi concoqui faciles mollibus carnibus nihil tenax habētibus præditi utendum eſt autem ſalſis & ſinapi & certis diebus id medicamen quod diatriūpipereon uocatur uel quod dioſpoliticū eſt aſſumēdum: & ſi quotidie piper tantum cum aqua biberent recte etiam facerent. A frictionibus autem & ambulationibus & balneis atq; alijs uſitatis non ſunt penitus prohibendi & ſi omnino poſſent a balneis abſtinere ſolis contenti frictionibus q̄plurimū ex eo iuuamen admitterent. Et ſi quartanę acceſſio breuis ſit neq; admodum uiolēta nihil nocuerit ſi diebus interiectis ad conſueta exercitia ſe trāſferant: hęc quidem ab initio uſq; ad ſtatum ſunt peragenda. Si uero in ſtatu morbi præcipue ægrotus etiā uideatur: tunc ſubtilioris uictus ratio eſt adhibenda q̄ ante uel poſtea: ſtatim uero præcipiendum eſt ut diu cōquieſcat ac uiſceribus prouidendū ungendo atq; emplaſtrando his quæ mollire ac laxare poſſint: deinde medicamentis utendum: quę ciendi vrinā uim habent & ſi coctionis morbi indicia apparuerint: tunc purgare oportet his quæ humores acros exinaniēdi uim habent non ſemel tantum ſed ſępius ſi fuerit neceſſarium. Vtendū autem & uomitibus poſt cibum tunc continue & ſi nihil prohibuerit eleborum albū eſt exhibendum: primū quidem permixtum radicibus ꝙ ſi nihil fecerit eleborum ipſum. Qui uero nequeūt euomere hi per inferiora purgandi his etiam medicamen confectum ex uiperis in potu dādum & alia quę ad huiuſcemodi febres cōmendātur ex quibus eſt & illud nobis familiare præ cęteris laudatiſſimū quod ſuccum cyrenaicum recipit. Quicunq; uero ab initio aliquod ex his medicamentis exhibue-

runt aut omnino ante ſtatum quartanam quæ erat ſimplex ſæpius fe-
cerūt duplicem ac omnino maiorem ac difficiliorem: ex duplici au-
tem triplicem aut omnino ambas difficiliores maioreſq; reddiderūt:
noui autem medicū qui auſus eſt homini qui triplici quartana labora
bat medicamen ex uiperis exhibere / quando nōdum morbus augeri
cepiſſet deinde (ut par eſt) auctis omnibus febris cōtinua ſubſequu-
ta hominem occidit.

## Cura Quotidianæ.

QVotidianam autem intermittentem cum uolueris curare
vtere oximelli te poſt primos dies & alijs quę poſſunt uri
nam ciere & uniuerſum totius uictus caput ſit ad inciden
dum efficacius circa ſtatum uero de uentriculo eſt habē-
da ſollicitudo ac de eius ore præſertim deinceps iubendū eſt ut poſt
radices & cibos aſſumptos euomant: his etiam quæ pituitam ſubdu-
cunt utendum. Reliquam vero uictus rationem ad cōmunes inten-
tiones inſpiciens inuenies.

## Cura febrium continuatum quæ carent accidentibus.

COntinuas autem febres quibus quidem ſtatus morbi non lon
gius a ſeptima futurus eſt & uires ualidæ ſunt/atq; ætas præ-
terea conſentit/his quidem admodū exquiſitus & tenuis ui-
ctus eſt inſtituēdus. Quibus uero ſtatus totius morbi longius
abeſt a ſeptima nel uires inualidę hi ab initio grandiori cibo ſunt refi
ciēdi: prope uero ſtatum tenuiori: cum aūt iam adeſt ſtatus tenuiſſi-
mum uictum ſeruare oportet deinde aliquanto uberiorem ac potius
ſimile augmentū efficere huic qui ante ſtatū fiebat decremento: ſan-
guinē uero mittere oportet & ob morbi magnitudinem & quibus ru
bor pluſq̄ naturæ cōueniat & maior q̄ pro conſuetudine corporis tu-
mor & uenæ eminētes atq; extenſę/his omnibus eſt auferēdus niſi ui-
res aut ætas aut aliquid eorū/quæ ſupra cōmemorauimus prohibue-
rint/ꝙ uero humidus uictus in febribus acutis omnibus iuuat dudum
recte dictum eſt. Succū igitur ptiſanæ his quibus non aceſcit exhibe-
re oportet & mellicratum quibus nō bileſcit & ſorbitiones ex alica &
panē ex aqua & quęcūq; alia eandem aut ſimilem uim habent: in his
uero quæ pręter modū calidæ & æſtuoſæ/ quū primum uideris coctio
nis ſigna tunc audacter aquā frigidam potandā exhibe: modus uero
in quantitate ſeruetur: quemadmodū tempus anni regio/ætas & na-
tura & conſuetudo etiā expoſcit talis quidem eſt ut in uniuerſum di-
cam febrium quæ accidentibus carent curandaꝝ ratio.
Quæ uero cū accidentibus ſunt non æque ſimplicē exigunt curatio-
nē. At pro uiribus metiendū eſt quāta ſit febris quantūue ex acciden-

tibus periculum immineat atq; ad id quod uehementius ac difficilius
intendendū non poſthabita, omnino etiam alterius cura/age enim ſi
quis febricitet eoꝝ qui ſunt habitus plenioris ueꝝ ex recentibus cru-
ditatibus angorem quendā ſentiat ac morſum atq; os uentriculi affli-
ctum uel ſi etiā humorem aliquem malum euomuerit & in huius tran
ſitu non paꝝ fuerit offenſus adeo ut grauiter ſe habeat atq; anxie nū
quid hic ad febrem reſpicientes ſolam multitudinē euacuare tentabi
mus quod alioquin ſine moleſtia faceremus uel prius ori uētriculi ꝓ-
uidebimus deinde poſtq̄ circa hoc bene ſe habuerit quam contigerit
totius corporis euacuationem faciemus: michi quidem ita agendum
uidetur multos itaq; uidi qui ita affecti erant quoſdā interijſſe nōnul-
los ad extremum periculū fuiſſe perductos/quum medici eos curare
tentaſſent anteq̄ os uentriculi corroboraſſent: ſed neq; ſi fuerit febris
cū profluuio uentris alia eſt opus euacuatione. Verū hæc ſola ſufficit
q̄uis non ſit pro multitudinis ratione: quicūq; enim his plus adimere
fore neceſſarium putantes aut ſanguinem mittere aut uentrē moue-
re tentarūt in grauiora pericula duxerunt ſed neq; ſi quis ſimul & di-
ſtentione neruorum laborauerit & ſanguinis equiuerit miſſione neq;
huic tantum ſemel mittere oportet quantū exigit morbus ſed aliquid
etiam accidenti eſt relinquendū cuius cauſa ſæpe ſudores eueniunt &
uigiliæ moleſtant & uires ęgroti debilitantur ita etiā ſi uehementiſſi-
mę uigiliæ aut dolor intenſus ægrotū infeſtant / cauendæ ſunt ſubitæ
ac multę euacuationes ipſa pręterea ambientis aeris tēperatura loco
accidenti cuiuſdam habenda quando exquiſite calida ac ſicca fuerit
qualis eſt tempore medio inter canis ortū & arcturi atq; ideo omnes
quibus medici nichil omnino de tempoꝝ ſtatu cogitantes ſanguinē
abſtulerunt/interierunt / ſi etiā ualde frigida fuerit tunc quidem ſan-
guinem mittere eſt formidandū/neq; illud ignorare oportet/nō par-
ua ex ſimilibus rebus ſequi pericula: interierūt autem nonnulli/qui in
calidis admodum cōſtitutionibus nō recte euacuātur ex defectu ani-
mę/quem ſincopim uocant/& diſſolutione/in frigidis uero cū acceſ-
ſiones incipiunt/ nimium refrigerati nequeunt tolerare/ ob hæc igi-
tur neq; in locis ſupra modum calidis aut frigidis ſanguinem mittere
audemus/ſed ſi regio ipſa & temporis ſtatus conſentiunt omnino ab
ſtinemus/quum uero non conſentiunt euacuamus quidem ſed multo
minus quam ſi neutrum prohiberet tanquam etiam accidens quod-
dam ægrotantis ad patiendum facilitatem conſiderare eſt neceſſa-
rium: multi enim neq; unquam ſunt euacuati neq; euacuationem ul-
lam integram aut inediam longam poſſunt perferre ſed alii quidē ex
his in omnimodam corporis imbecillitatē facile incidunt/quidā uero

os uentriculi male affectū habent adeo ut cibos abhoreant ꝙ ſi eos
cogantur aſſumere aut nõ retinent aut male concoquunt/ In hac di-
gnotionis parte etiam ęgrotantis tēperaturam contemplari oportet/
quicunq; enim calidi & ſicci natura ſunt/ hi omnes facile ab integris
euacuationibus offendūtur/& conſuetudo quoq; nõ parui momenti
eſt cum ad omnia alia/tum præcipue ad euacuationis indicationem/
quidam enim nũq̃ fuere euacuati neq; unq̃ euacuationem integram
pertulerūt & multis cibis uſi ſunt nõnulli contra neq; multis cibis uſi
fuerūt/& euacuationibus ſunt aſſueti/hos igitur intrepide euacuare
oportet quando & reliqua etiā conſentiunt cæteros uero/nec ſi om-
nia alia id ſuaſerint eodem pariter modo /& corporis habitus conſi-
derare oportet nā qui denſa & ſolida carne cõſtant his habitus haud
quaq̃ facilis pati / quare nõ oportet uereri ipſos euacuare ex toto ſi
q̃dem & alia id iubent ſed qui mollē & humectā & diffluentē habent
carnem hi mirum in modū ſunt ad patiendum habiles quare & ſi reli-
qua omnia ſanguinē eſſe minuendū perſuadent/ non tamen id face-
re audendum eſt ſed alijs euacuationibus quantū moderate & cum
formidine fieri poteſt utendū eſt/eodem modo & quicūq; ſupra mo-
dum craſſi ſunt aut macilēti nam & his uenam incidere cauendum eſt
aliaſq; euacuationes integras uereri oportet/his etiā & ætas annume
randa eſt ueluti accidens quoddā/quod prohibendi integram uacua
tionem uim habet/neq; enim pueri neq; ſeniores/ hęc ſine noxa tole
rant hoſce igitur oēs/quos diximus ubi diſpoſitiōes hortenť nõ ſemel
neq; ex toto ſed paulatim oportet euacuare inedijs moderatis & fri-
ctionibus & clyſteribus mollibus inunctionibuſq; & cathaplaſmatis
& balneis/ quorum ſingulorꝝ indicationes ab his quæ antea dixmus
ſunt aſſumendę.Ita etiam ſi quando duo contraria accidentia conſe-
quantur/inſpicere oportet uerum eorum ſit fortius / eodem modo ſi
duo morbi eundem hominem obſiderint qui inuicem pugnantes ha-
beant indicationes nam & tūc quoq; aduerſus id quod magis urgeat
inſtandum neq; alterum omnino negligendum:eas uero/quę habenť
ex accidentibus & morbis indicationes non ſimpliciter ſed ſecūdum
cauſam a qua ſingula fiunt conſiderandū qualia ſunt defectus animi
& diſſolutio nam conſueuere medici de una re hæc dua nomina dice
re eſt unum quidem res ipſa cuius ſunt plures cauſæ nam animo de-
ficiunt & in morbo cui choleræ nomen eſt & in profluuijs uentris &
difficultatibus inteſtinorum ac leuitatibus & muliebri fluxu & vulne-
ribus & ſanguine per ora uenarum quas gręci hemorroydas appellāt
emanante aut per ſuperiora educto/ aut per nares aut alios meatus/
& in enixarum purgationibus immoderatis nonnunq̃ uero & uehe-

mens cruditas animæ defectum attulit & tunc præſertim cum uen-
trem ſupra modum ſoluerit & qui morbus bulimos appellatur nihil
aliud eſt q̃ animæ defectus/omnem præterea quæ ex utero prouenit
ſtrāgulationē defectus animi antecedit ſicuti ad uteri uerſus ſuperio-
ra recurſus & ad latus inclinationes atq; inflāmationes plerunq; con
ſequitur.Antecedit autem morbum attonitum & comicialem cū ma
lignior exiſtit & diſſolutiones & ſincopim & tabē:ſed & in principijs
febrium non ad modum paucarū aduenit & tunc præſertim cum ſu-
pra modū aut ſiccum & ſqualidum aut plenum immoderate corpus
extiterit & nõnunq̃ etiam ſimul cum febre incendente atq; maligna
inuaſit & quibus extremæ corporis partes in principijs febrium plu-
rimum ſunt refrigerate & quicūq; ob inflammationis magnitudinem
uel epatis uel uentriculi uel ſtomachi febricitant his etiā in principijs
acceſſionum animi defectus aduenιūt illis præſertim quibus humores
crudi redundant aut qui aliquam præcipuam partem obſtructam ha
bent.Animo etiā deficiunt quibus os uentriculi male affectum eſt aut
humorum uitio mordicatur aut craſſis/ lentis aut humidis uel frigidis
humoribus aggrauatur.Quidam etiam in uehementibus animæ affe-
ctibus animo defecerunt ſed præcipue ſenes & qui alioquin ſunt im-
becilles: etenim plures eorꝝ triſtati aut lætati aut irati animo defece-
runt & uero ubi humiditates quædam his ita affectis haud in tempo-
re ſuperuenientes animi defectum inducūt ſicuti & qui magis robu-
ſto ſunt corpore ex immoderatis ſudoribus idē patiuntur & ſi abſceſ-
ſus quiſpiam erumpat uehementer uiribus officit ac tū præcipue quū
materia tota ad uentriculum uel uentriculi os aut thoracem defluxe
rit/& ſi quando etiam nos abſceſſus ſecantes totū emittere pus ten-
tauerimus animi defectum ſubſequi eſt neceſſarium . Et ſi quandoq;
purgantes aut clyſtere abluentes aut quõcūq; euacuantes id aliquo
modo uehementius q̃ oporteat egerimus neq; enim in morbo inter-
cute tota ſimul ſuperfluitas ( quāuis ſit præter naturam ) poteſt ſine
noxa euacuari ſed tunc quoq; neceſſarium eſt hominem deficere ani
mo:at uero ex uehementia dolorum ueniūt diſſolutiones cum mor-
ſus quidam ac tormina aut ilei aut inteſtini craſſioris affectus ſubito
accidūt ſed & neruus percuſſus & muſculi caput animi defectum in-
tulerunt & maligna in articulis ulcera omniaq; gangrenoſa & depa-
ſcentia & immoderata frigiditas atq; caliditas uitaliſq; roboris diſſo-
lutio /hæ quidem ſunt defectus animi cauſæ.
Singulæ uero earum propriam curam deſiderant & de omnibus qui
dem non contigit ſcribere:nam quæ paſſionibus aſſident ſine illis cu-

rari non poſſunt. Tantũ igitur in præſenti ſermone de ipſis dicemus:
quantum quiſpiam de eis ediſcens poſſit his quæ repente ingruunt
acceſſionibus occurrere ueluti ꝙ eos qui ex choleris & uẽtris proflu-
uio & multis alijs uniuerſim factis euacuationibus diſſoluuntur aqua
frigida ſpargere oportet & nares appręhendere/ & os uentriculi per
fricare ac iubere ut euomant ſtomachum irritando digiti uel pennæ
immiſſione ſed neq; malum manus uel pedes alligare oportet autem
nexus fieri plures ac fortiores circa manus quando per inferiores par
tes fiunt euacuationes quemadmodum quãdo per ora uenarum hę-
moroidum ſanguis profluit aut uentris profluuia adſunt/aut cum per
vteros exeunt in mulieribus menſtrua: nam ſi tunc crura fortius ligen
tur/ ſæpius aliquid ad partes inferiores attrahitur contra autem fit in
fluxibus ſanguinis factis per nares atq; uomitibus in quibus crura ſunt
uehementius alliganda & quidem quibuſcunq; in vulneribus ſanguis
emanat. Eodem modo ſi ex ſuperioribus partibus accidat inferiores
ſi ex inferioribus ſuperiores uinculis ſunt aſtringendæ ſitum quoque
aliquem in aduerſum tendentem parti expedit inuenire: non tamen
hoc multum fiat: nam ſi nimium tẽdatur atq; ex hoc fatigetur nihilo-
minus irritatur q̃ ſi inclinaret ad eundem locum/ in uniuerſum autẽ/
aut ad communia membris patiẽtibus in aduerſum trahere oportet
aut ad ea in quibus eſt euacuationis origo. Atq; ideo uehemẽtes eua-
cuationes quæ ex uteris fiunt cucurbitulæ mammillis appoſitę ſtatim
ſedant. Quæ vero ex naribus epati ac ſpleni ſecundum narem patiẽ-
tem: ꝙ ſi ex ambabus naribus totus ac plurimus ſanguis efflueret.
Vtriq; viſceri ſunt adijciendæ. Vinum etiam aqua frigida tempera-
tum curat eas. Quæ ex magnis fiunt euacuationibus diſſolutiones: &
tunc præſertim quando ad ventriculum fluunt humores. Sed aduer-
tendum eſt an aliquid ſit quod prohibeat huiuſcemodi exhibitionẽ.
Veluti ſi aliquod unum ex uiſceribus inflammationem patiatur / aut
caput uehementius doluerit aut paſſio aliqua/quæ delirare cogat af-
fuerit aut febris incendens in morbo crudo / magna enim & quaſi in-
ſanabilia ex potu uini in huiuſcemodi affectibus nocumenta proue-
niunt/ ꝙ ſi nihil prohibeat poſt modum ægrotantis naturam & con-
ſuetudinem & ætatem & ambientis aeris temperaturam diſtinguere
oportet ad hæc enim reſpiciens uel frigidum uel calidum potum ex-
hibebis / nam qui aſſueti non ſunt potare frigidum aut manifeſte ex
ipſo offenduntur: & quicũq; natura ſunt frigidiores/& qui in extrema
ſunt ſenectute & loco natura degunt frigidiori / & tempore hiberno
cauere frigidum oportet/at qui contrario modo ſe habent / hiſce in-

trepide offerre. Sit uero uinum in fluxionibus / quæ ad uentriculum
fiunt calidum & tenue quale leſbiũ in ſanguinis autem fluxibus craſ-
ſum ac nigrum & acerbum/ ipſis uero locis imponere oportet ueluti
ventriculo & utero / & ſtomacho / & thoraci quæ corroborandi uim
habent / capiti autem & fronti / præter hæc / illa etiam quæ refri-
gerant. Et quibus vel in ſummis partibus / vel in naribus vena
aliqua diſrupta eſt / medicamen aliquod / ex his / quæ ſanguinem
ſupprimere poſſunt imponendum. Balneæ vero in fluxionibus qui-
dem ad ventrem aptiſſimæ ſunt: ſanguinis vero fluxum acriter ir-
ritant: & quicunq; ob ſudoris multitudinem animi defectum patiun-
tur: His etiam plurimum nocent/ hos enim aſtringere oportet / ac
refrigerare / ac non laxare cutem: & vinum frigidum: præcipue
his exhibere / neq; aliquo pacto calidum offerre. Sed neq; etiam
crura / ac manus ligare oportet: neq; cogere ad vomitum / neq;
vllo modo mouere. At ventis refrigerantibus aditus præparare:
aerem quoque domus alterare: frigida atque acida qualitate mi-
ricis uitium / pampinis ac roſis pauimentum conſternentes. Nihil
uero horum confert: vbi ad uentrem fluxiones fiunt. Nam quo
magis cutem denſaueris / tanto ipſæ magis augentur. His igitur
qui ex euacuationibus diſſoluuntur / ita confeſtim ſuccurrendum
eſt. At qui ex multitudine laborant: non ita verum in illis mem-
bra: quamplurimum fricare oportet / calefacere atque alligare. A
vino vero & cibis abſtinendum / & balneis etiam / ſi febricitauerint:
Sufficit autem ſi eis dederimus mellicrati potum: in quo ebuliue-
rit thimus / vel origanum / vel pulegium / vel hyſopus: Conuenit
quoque oximel / & ligare ac fricare manus: potius quam crura &
quæ etiam ex vtero laborant: atque exoluuntur: non aliter cu-
randæ ſunt / excepto oximelite fricare etiam atque alligare magis
pedes oportet quam manus: & quemadmodum in multo effluxu
cucurbitas mammillis imponimus: ſic auertendi gratia inguinibus
& coxis adhibebimus. Et naribus quidem ea quæ fetidiſſimum odo-
rem habent. Vteris autem odorata ea etiam quæ laxare ac cale-
facere poſſint medicamenta afferemus. Si vero os ventriculi fue-
rit imbecille atque ideo animi ſequatur defectus: ea quæ roboran-
di vim habent: oportet emplaſtra adhibere: quale eſt quod fit ex
palmulis: vino/farina ordei / croco / aloe / ac maſtice: madefacere
autem his quæ conſtant ex abſinthio / & oleo melino / & maſtici-
cino / & nardo / & vino. Et ſi exurantur miſcere ex refrigeranti-
bus aliquid: veluti cucurbitæ ſuccum / atque lactucæ / & portulacæ
k iiij

& ſolani/& intybi/& vuæ acerbæ: hoc quidem non ſolum refrigerat
ſed etiam aſtringit aqua etiam frigida plerūq; iuuat ſi in tempore det
alioquin plurimum obeſt atq; his qui uentriculi os male affectum ha-
bent uinum calidum potius oportet exhibere ſi nihil ſit aliud quod
prohibeat plurimum vero iuuat eos qui ita laborant/etiam frictio ex
tremorum quod ſi ex his remedijs nihil melius ſe habuerit eos quidē
qui aduſti ſunt: q̄primū ad balneas ducere oportet / qui uero aliquid
frigidis ſentiunt medicamen diatrionpipereon nominatū atq; ipſum
piper ſolum atq; abſinthium bibāt: qui uero ex uicioſis humoribus os
uentriculi mordicantibus diſſoluuntur / hos poſt aquæ calidæ aut hy-
drolei potū fac euomere/ꝙ ſi difficulter euomant prius concaleface
re oportet/quæ os uentriculi circunſtant loca & manus & pedes ꝙ ſi
neq; hoc modo poſſunt euomere digitos aut pennas demittendo ir-
ritare oportet ꝙ ſi neq; ſic euomant rurſus his oleum calidum quam
optimum inueniri poteſt exhibendum: ſolet autem ſæpius oleum nō
ſolum ad uomitum irritare: ſed etiam uentrem molliorem facere: eſt
autem hoc non paruum bonum præſentibus rebus quare niſi ſponte
accidat arte procurandum eſt pręcipue uero & appoſitis hoc tentā-
dum eſt facere ꝙ ſi ex iſtis facilius fiat etiam abſinthij comam in mel-
licrato decoquens ad potandum exhibeas atq; deinceps ulinum de-
inde omnibus modis membra oportet corroborare. partim his quæ
extrinſecus apponuntur/partim abſinthij potionibus / non tamen id
in principijs faciendum: ſuadeo ſed poſtea quando circa aluum par-
tes fuerint expurgatæ quando uero adhuc humores in ipſis continen
tur nondum aſtringere ſed tantū concalefacere (ut antea diximus)
conuenit ubi uero multa pituita frigida in ore uentriculi fuerit acer-
uata/inungere quidem plurimum oleo/ in quo abſinthium ebulierit/
poſtea uero etiam mellicratum exhibere/uel hyſopum/aut aliquid
ſimile infuſum ſimiliter in oximelite/aut piper/aut diatrionpipereon
aut diaſpoliticon medicamen/uictus autem ratio omnino incidendi
uim habeat/quæ uero ex nimia frigiditate ueniunt exolutiones eodē
modo curandæ ſunt / quo bulimi omnimodo calefaciendo /uinum
igitur eis exhibere oportet calida temperatum ac cibos qui calefaciē
di naturam habent/fricareq; ac calefacere ad ignem ſimul quæ uero
ex nimio calore accidunt his quæ refrigerandi ac corroborandi uim
habent: hæ uero maxime eueniūt ijs qui in aere ſuffocante ac balneo
commorantur ſtatim igitur ipſos corroborabis/ſi aqua frigida ſparſe-
ris/& flabellaueris ad uentum conuerſos & os uentriculi perfricaue-
ris atq; agitaueris ac poſtmodū uino ciboq; refeceris / at qui ob inflā-

mationis magnitudinem/aut uehementis febris malignitatem animi
Defectum patiuntur/ quando in principijs acceſſionum refrigeran-
tur / his membra fricare fortiter / & calefacere/ cruraq; ac manus al-
ligare/ac uigilias/cibiq; & potus omnimodam abſtinentiam præci-
pere oportet. Optimum vero in his quid futurum ſit præcogno-
ſcere/atq; hæc ante acceſſionem facere anticipare: eos etiam qui
ex ſiccitate in principijs acceſſionum Defectum animi ſunt incurſu-
ri / optimum eſt præuidere: nam ſi duabus aut tribus horis ante ac-
ceſſionem exhibito cibo manus ac pedes conſtringi iuſſeris non in-
teribunt. Oportet autem cibos eſſe cōcoqui faciles / & uentriculo
aptos. Quod ſi magnum imminere periculum fueris ſuſpicatus vi-
num dare anticipabis / vinumq; præſertim in alicam elixatam infu-
ſum ꝙ ſi aliquid panis loco alicæ exhibueris idem valebit. At ſi me-
diocris animi defectus expectatur uino parcendum: ſufficit enim
tunc mala punica/aut pira / aut poma: vel aliquem alium fructum
acidum cibis admiſcere: & ſi adhæc mediocriter tulerit acceſſionem
cum rurſus cibum obtuleris / non erit neceſſarium fructibus uti: hæc
quidem facienda ſunt ſi quid futurum præuideris. At qui ex inopi-
nato in periculum inciderint uinum calidum / & panem eſt exhi-
bendum / & parum aliquid cum eo alicæ calidæ. Nam ſi his qui ita
affecti ſunt amplius obtuleris / aut cibos difficiles concoqui / non
modo ſincopem patientur. Verum etiam ſtrangulabuntur: at qui
animo deficiunt ex membri principalis obſtructione / his oximel da-
re oportet / atq; ex hyſopo origano pulegio / & melle potum / ci-
boſq; incidendi naturam habentes: nam craſſi ac tenaces magnas
in ſimilibus afferunt noxas. Sed neq; deterius fuerit membra/ſicuti
crura atq; manus perfricare atq; alligare: prodeſt etiam hiſce po-
tibus utiq; urinam ciendi uim habent ueluti qui anetum & fenicu-
lum / & apium / & petroſelinum / & amim / & Daucum / & ſpicam
nardi recipiunt / quæ ubi manifeſte iuuerint iam uino utendum eſt
albo & tenui: non admodum antiquo. Noſces uero huiuſcemodi
obſtructiones cum ex alijs inæqualitatibus pulſuum: tum ex his præ-
cipue quæ ſecundum magnitudinem paruitatem ac uehementiam
& debilitatem fiunt/ & ubi etiam humorum plenitudo non adiun-
gatur / nam & iſtius quoq; communes ſunt: fiunt uero & in huiu-
ſcemodi diſpoſitionibus / quum uehementes fuerint pulſus interci-
dentes: hæc quidem in libris de pulſibus a nobis latius explicantur.
Nunc uero tranſgrediamur ad eum ſermonem qui ſupereſt de reli-
quis exolutionibus ueluti quæ ex abſceſſum diſruptione aut ſectione

contingunt aut ex ſupflua euacuatione in his qui aquã intercutẽ pa
tiuntur: cõfeſtim quidẽ hi optimis odoribus fouẽdi ſunt paulopoſt au
tem ſorbitionibus concoqui facilibus ſunt reficiẽdi. Si vero ob triſtitiã
aut gaudium/aut timorẽ/aut iram/aut terrorẽ exoluantur odoribus/
& narium appræhẽſionibus ſunt reuocãdi cogẽdiq; ad vomitũ. Eodẽ
pariter modo/qui ex vulneribus/aut purgatiõibus/aut doloribus qui
in articulis neruis/& muſculoꝝ tẽdonibus eueniũt exoluũtur. Statim
ſunt ab eo affectu reuocãdi/poſtmodũ uero conueniẽs paſſioni cura
eſt afferẽda. Animi uero defectus qui inteſtini laxioris doloribus / aut
ilei / aut ſimilibus uehementibus cruciatibus fiunt ex patientium lo
corum concalefactionibus fricationibuſq; extremorum pręcipue cu
rantur. At quæ ex propria imbecillitate uirium quæ regunt corpus
eueniunt exolutiones ex intemperatura uidelicet factæ partium de
quibus uires proueniunt contrarijs curare intemperaturis oportet/
frigidas quidem concalefacientes. Calidas uero refrigerantes atq;
in alijs eadem ratione. Virtus igitur quam uitalem uocant quam ex
corde prodeuntẽ oſtẽdimus ex pulſuũ debilitate cognoſcitur. At quę
ex hepate oritur ac naturalis dicitur ex ſanguineis egeſtionibꝰ ab ini
tio aquoſis atq; tenuibus: poſtmodũ vero craſſis admodũ fecis: at quę
ex cerebro originẽ ducit/q̃ pręcipue nõnulli animalẽ appellãt ex mo
tuũ uolũtarioꝝ imbecillitate deprȩhẽdit: ſed de his quidẽ diſpoſitio
nibus proprio tractatu ſeparatim ſcribemus. multa. n. ab ipſis medicis
ſunt prætermiſſa.

## ¶ Cura capitis a varijs cauſis moleſtati.

QVoniam vero ſermonem de accidentibus hucuſq; feci
mus rurſus ad primũ inſtitutum redeamus: unam in om
nibus communem intentionem habentes cauſas a qui
bus fiunt eorum ſingula conſiderare: hæ ſiquidem tibi
conuenientem curationem oſtendent: veluti ſiquis doleat caput/
ſiquidem ſtomachus illi male affectus ſit / & faſtidium ſentiens: Iu
bendum eſt ut euomat / nam uel bilem euomet / vel pituitam / uel
utrunq;: ꝗ ſi nulla appareat in uentriculo paſſio. Conſiderandum
nunquid multitudo uel obſtructio aut inflammatio aliquarum capitis
partium adſit inuenies vero primum quidem ſi interrogaueris nun
quid Dolor per totum caput extendatur / aut alicui particulæ fortius
inſideat: Deinde nũquid cum grauitate uel tenſione uel mordicatio
ne uel pulſu: nam qui cum grauitate dolores fiunt/multitudinem oſtẽ
dunt: qui autẽ cum mordicatione uel uaporis uel humoris acritudinẽ
cum pulſu uero inflammationem at cum tenſione/ ſiquidem ſine gra
uitate ac pulſu ſpiritus crudi ac flatuum multitudo: ſi uero cum pulſu

corporis membranos inflammatio. At ſi grauitas adſit multitudo in
tra membranas contenta ſignificatur. Quum igitur omnia diſtinxeris
cauſam ex qua horum ſingula fiunt conſiderare oportebit. Illa enim
tibi modum curationis oſtendet/veluti ſi multitudo vaporis atq; hu
moris contineatur aduertere: oportet nũquid ob magnitudinem fe
brium humores diffuſi ac ueluti efferueſcentes ad caput aſcenderint
aut propter eius partis imbecillitatem aut ob totius corporis plenitu
dinem: hanc enim totius corporis euacuationibus / haud difficulter
curaueris eum uero qui ex partis imbecillitate contingit/partim qui
dem in contrarium trahendo per totum corpus partim ipſi parti re
media adhibendo in contrarium vero trahes clyſteribus acribus &
nexibus & frictionibus in partibus inferioribus plurimis & ſi expedie
rit aliquid etiam ſanguinis abducendo partem autem ſanabis eo tem
pore quo ad uniuerſum corpus retrahis his vtens madefacionibus
quæ a capite uim repellendi habent ac deinde euacuantibus poſtre
mo uero corroborãtibus/repellit autem oleum quod immaturum no
minatur aut tale aliquid ſimile & quod oxyrodinum & roſaceum vo
catur ipſum per ſe ipſum & quæcunq; ex capitibus papaueris & te
neris oliuæ germinibus & hederæ corymbis/menthaq; uiridi & ſiſym
brio parãtur: vtẽdũ uero ipſis in multitudine quidem crudiore ac fri
gidiore tepidis in calidiore autẽ & bilioſiore frigidis. Euacuat autem
atq; diſſoluit & oleum calidũ ipſum ꝑ ſeipſum: magiſq; ſi antiquũ fue
rit vel ſicyoniũ: aut anethũ in ipſo ebulierit. Nam multitudo humoꝝ
qui nõ admodũ ſunt craſſi atq; tenaces ſufficiẽter ꝑ huiuſcemodi eua
cuatur: ſi etiã ſpõdilion uel ſerpillũ intus decoxeris: aut pulegij comã
uel calamẽti uel menthę vel ſiſymbrij: ita ẽt id qđ craſſius eſt euacua
bis: hęc vero ipſa/viriũ ẽt aliqd mẽbris adijciũt: & quæ debilia ſunt ro
borãt. Vtendũ vero ipſis deinceps uſq; ad integrã ſanitatis reſtitutio
nẽ: & ſi oportuerit/ꝑ nares ẽt & palatũ expurgabis. Sternutamẽta ẽt
ſunt excitãda. Et ſi ad balneas hominẽ induxeris ſiccis ſindonibus ca
put eſt ꝑfricãdũ. ſalq; & nitrũ & ſynapi ſine oleo imponẽdũ. hæ qdẽ
ſunt ex particulę debilitate doloris capitis medicinę. At qñ ex magni
tudine febriũ accidit & medicamẽta adhibere eſt neceſſariũ: frigidæ
qualitates: ac uires: & quæ ex hydreleo & oxyrhodino & papaueꝝ ca
pitibꝰ cõſtãt infuſiones expediũt. ¶ In dolore ãt capitis q ſanguis flu
xũ/aut uomitũ decretoriũ ſignificat nõ remedia quęrẽda. neq;. n. acci
dens quoddã ſed bonũ ſignũ potius tale qcq̃ eſt exiſtimãdũ: ſicuti &
multa alia quę añ criſes cõtigũt. Quę ꝑimis qdẽ terrorẽ icutiũt/bonũ
tñ qđdã oſtẽdunt. Optimũ uero poſſe dignoſcere ubi corpus ꝑturbat

natura cum alias excretiones / tum præſertim vomitum/& ſangui-
nis fluxum moliente quorum inſeparabile indicium eſt capitis Dolor.
Diximus autem plenius de hiſce omnibus alibi / nunc uero quantum
poterimus primum ſeruantes inſtitutũ breuiter de ipſis tranſigemus.
Conſidera igitur primum quidem ſpecies febrium ſi calidæ ſunt atq;
urentes:nã hę per excretiones iudicari cõſueuerunt queadmodũ quæ
molliores ſunt ac ſummerſæ quodãmodo diu durant & ſępius ferun-
tur in abſceſſus.Secũdo loco ſi morbus ſit ad ſalutem decliuis.quis.n.
bonam criſim ĩ morbo pernicioſo expectauerit? Tertio ad hęc totius
morbi tempus conſiderandum uel enim in principio eſt uel in augu-
mento quod ſi nondum affuerit ſtatus / neq; coctionis ſigna in urinis
uel ſputis uel abſceſſibus apparuerunt non expectandum eſt bonam
fieri criſim.Hæc ſunt ex quibus ſperauerit quiſpiam morbum per ex-
cretiones criſim habiturum.Eius uero quod iam inſtat neq; iam etiã
futurum eſt/hæc ſigna ſunt/ Difficilis quędam tolerantia omnem cri-
ſim antecedit.Et ſi quidem in die/criſis eſſe debet noctu:ſi autem no
ctu in die.Si tale aliquid uideas conſiderandum eſt quotus ſit ægritu
dinis dies.Quidam enim ſunt qui ad criſim apti ſunt/paruo etiam mo
tu a natura accepto.Multi uero in magnis motibus nequeũt omnino
magnitudinem perturbationis inſpicere nunquid ſit ſecundum diei
naturam.Nam ſeptimus dies etiam ex paruo naturę apparatu ad cri
ſim per euacuationẽ mouetur.Sextus uero magno apparatu indiget/
& ſæpe neq; ulla in eo fit criſis/ ꝙ ſi fiat neq; ſine periculo neq; fideli-
ter accidit.Sic autem & unicuiq; dierum aliorum quædam ineſt pro-
pria natura quam ubi de diebus decretorijs agitur diffiniuimus . Age
iam ſit dies pro magnitudine perturbationis:Deinde oportet conſi-
derare qualis erit criſis/de alijs igitur nihil imprę ſentiarũ dicere opor
tet:at ſi uomitus aut ſanguinis fluxus ex naribus futurus eſt:nam hu-
iuſcemodi criſibus . Vnum diximus eſſe ſignum dolorem capitis ex
his maxime diſtinguere oportet . Primum quidem ſi ſtatim ab initio
non inuaſit ſicut quoddam ægritudinis accidens : ſed quando criſis
primum agitare cœpit . Secundo loco etiam ſi collon ideſt inteſti-
num laxius aliquid compatiatur & præcordia retracta ſint/aut anhe
litus difficilis repente ſuperuenerit thorace / ueluti anguſtiore facto.
Si enim præter hæc pulſus in tumorem / ſubito elati non reciderint
in paruitatem/neq; debiles facti fuerint/ſtatim criſis expectanda eſt.
ſi uero non modo non deciderint / ſed etiam in altum attollantur/
& vehementiam aſſumpſerint faciem ægrotantis inſpicere oportet.
Nam ſi quod in eo mẽbrum agitatur/aut venæ quę ſunt in tẽporibus

pulſant aut genę uel naſus uel oculus rubidior factus fuerit magis etiã
criſis expectanda eſt:Si uero & ſponte lachrimati ſint / aut ſplendo-
res uidere immaginati fuerint ac manus naribus admouerint tunc nõ
iam fluxurum ſed iam fluentem ſanguinem inſpicies : nam ubi ſemel
aut bis ſcalpſerint ſtatim erumpit/neq; uero ex his perterrearis ſi ho
minem deſipientem/aut reſilientem inſpexeris . Nam & hæc humo-
rum repentium ad partes ſuperiores indicia ſunt:quemadmodum &
anhelitus difficilis/& præcordia retracta/ & collum ſimul cum capite
aggrauatum.At tibi una cum his indicio etiam ſit deſipientia: & hæc
quidem ſufficere ſigna poſſunt / ſed accedit quandoq; & ægrotantis
ætas/& natura quæ ſpem magis confirmat/ ac præterea natura tem-
poris & præſens cõſtitutio.Nam ſi ægrotus fuerit adoleſcẽs/aut alio-
quin natura calidus/aut multo ſanguine abũdauerit magis adhuc de
hoc ſperãdum erit:& ſi etiam ſæpius antea dum ſanus eſſet aut ægro
taret ſanguis ex naribus fluere uiſus eſt hoc uel ſolum ſufficit fluxus
ſanguinis ſpem afferre.Si uero & tempus anni ęſtatem uideris uel nõ
quidem æſtatem alioquin tamen calidam præſentem conſtitutionem
nõne ex his aliquam indicationem aſſumemus:ꝙ ſi & plures eo tem-
pore criſim ex ſanguinis fluxu habuerint/& hoc tibi ſpem vehemen-
tius augebit:& ſi corpus plenum extiterit / & conſuetæ excretiones
fuerint retentæ mihi quidem / neq; omnino uidetur difficile eum qui
tot & talia habuerit indicia futuri ſanguinis fluxus præcognoſcere.
At abſurdum & magnæ imperitiæ eſt non pręcognoſcere.Noſtri ue
ro temporis medicoꝝ indiligentia ea admiratur / quæ admiratione
digna non ſunt.Nam ſiue ex dextra nare/ſiue ex ſiniſtra fluxurus ſit/
ſanguis nihil difficile ex nuper dictis noſcere plures uero medicorum
hoc non ſolum difficile/ſed neq; omnino poſſibile exiſtimant.Et qui-
dem has & alias excretiones omnes prænoſcere licet:ſi hæ Dua tan-
tum conſiderauerimus:& unde naturæ motus agatur / & in quã par-
tem nam & quæ deficiunt adiuuabimus / & quæ immoderate ferun-
tur coercebimus / ſi iſta nouerimus ueluti confeſtim ſanguinis fluxus
ex ſplenæ magnæ cucurbitæ ſiniſtris præcordijs ſuppoſitę facile retra
hunt.At qui ex epate prodeunt dextris & qui ab alijs eadem ratione
nam ex uno de omnibus colligere poteris in uniuerſum contemplã-
do.Quare & ego hoc in loco præſentem finiam ſermonẽ : Deinceps
autem de febribus/quæ ex inflãmationibus accidunt tibi tranſigam
Deq; alijs paſſionibus quæ in ſingulis partibus corporis conſtituun-
tur.Inflammationes autem a quibuſdam veteribus Dicebantur/quę
ſunt/ueluti quædam excandeſcentiæ a iunioribus autem non æque:
Neq; enim herpetas/neq; heryſipelata/neq; tale aliquid quicquam

inflammationibus annumerant. Sed uni tantum affectui ex calidis qui fit cum tumore duro atq; dolore pulſatili hoc nomen accommodant/non tamen ad hunc ſolum febres ſequi uidemus:ſed ad omnes ſimpliciter calidas ac ueluti efferueſcētes paſſiones: De his igitur atq; alijs ſimilibus morbis ſequenti libro verba faciemus.

## PRIMI LIBRI GALENI DE ARTE CVRATIVA .N. LEONICENO INTERPRETE FINIS.

# GALENI DE ARTE CVRATIVA AD GLAVCONEM LIBER SECVNDVS.

DE HIS autē quæ in ſingulis corporis partibus fiunt paſſiōes o Glaucon: Deinceps dicemus ab inflammatione incipiētes. Etenim ſępius hęc fit plurimaſq; habet Differentias/ex quibus omnibus ſolent febres cōtingere. Communis igitur in omnibus immoderata caliditas/& veluti quędam efferueſcētia vnde & inflammationis nomen de ipſis afferre. Antiqui conſueuerūt: propriam autem in ſingulis differentiam inuenies/ ex qua eius ſpeciem agnoſces & conuenientē aſſequeris medicinā. Aliter.n. qui herpetes aliter quę heriſipelata atq; aliter quę phygethla uocantur ac reliquas inflammationis ſpecies curabis / itaq; hoc etiam in loco antecedit ea facultas qua poſſumus recte cognoſcere paſſiones. Tibiq; hic primū conabor ſcribere oēs ab initio diſtinguēs inflāmationū differētias.

Prima igitur inflammationis differentia eſt ſecundū quam hanc quidem humidam: hanc uero ſiccam eſſe cōtingit: humidā quidem quæ ex calida fluxione membrum occupāte contingit: ſiccam vero quando nullo humore influente calor naturalis efferueſcit / hoc autē uſq; ad aliquid quidem ueluti febris eſt membri. Cum uero iam ad immoderatam caliditatem ac ſiccitatem peruenerit. Corruptio atq; extinctio omnimoda fit. Quare neq; in plura ſecari poteſt / quēadmodum Differentia altera ſecundum quam quoſdam influere humores particulæ dicebamus. Multe.n. ſunt huius ſpecies. Nā fluēte ſanguine altera flaua bile/altera ambobuſq; ſimul humoribus alia tertia. Et q̄dē in eaꝝ ſingulis uel iam putruit id quod influxit aut in mēbro conſtrictū putreſcit: & uel craſſum eſt uel tenue/& uel optimū uel acre.

Sanguine igitur optimo ac mediocrem craſſitudinem obtinente ad particulam aliquā uniuerſim fluēte : atq; ob multitudinē conculcato vehemēs dolor arripit hominē niſi membrū ſenſum omnino difficilē habuerit pulſuſq; in profundo moleſtus accidit tēdiq; omnino ac frāgi mēbrum apparet & uehemētem calorē perſentit. Adeo ut cōburi videatur: vnde & refrigerari deſiderat. Taliſq; rubor p̄ ſumma uiget qualis ex balneis aduenit aut ex igne aut quouis alio modo calefactis

hæc quidem paſſio torius generis nomen accipit atq; inflãmatio nominatur ſicut multæ aliæ ſpecies nomen generis accipiunt: fitq; aſſidue ex omni fere occaſione:nam & vulneribus/& conuulſionibus & contuſionibus/& diſruptionibus/& exercitandi laboribus/& exarticulationibus atq; fracturis & ſpontaneis ulceribus aduenit:& pręter hæc omnia quando ad immoderatã humorũ repletionem venæ pertingunt/tunc quid ſuperfluũ effundunt ad aliquã partem quę eo tempore recipere apta ſit.Omnino autẽ/hæc reliquis omnibus eſt imbecillior uel rarior aut ad attrahendũ paratior uel ignobilior quacunq; cauſa fuerit ad has perducta diſpoſitiones.Neq; enim de hoc dicere propoſuimus.

Flaua uero bilis quando ſui ſeruans naturã una cum ſanguine per totum corpus defertur morbum facit qui regius appellatur. Sola uero quando excernitur & in aliquo mẽbro cõſiſtit herpes uocatur.Siquidem craſſa ſit ſm ſubſtantiã totam exulcerat cutem uſq; ad carnem ſuppoſitam atq; hnnc affectum/Hippocrates nominat herpetẽ exedentẽ.Si uero tenuior fuerit id quod in ſuperficie eſt tantũ veluti deurit/ atq; hæc ſpecies generis ſortitur appellationẽ quum ſimpliciter & ſine additione herpes uocetur.Nam ex duabus ſpeciebus quæ quidem nuper dictę ſunt:altera herpes exedens nominatur:altera vero miliaris/quoniam in hoc affectu puſtulæ paruæ ac multæ per ſummã cutem ſimiles milijs excitantur:fit autem herpes huiuſcemodi ex bile quidẽ & ipſe ſed minus calida & acri q̃ ſit prior.

Quod ſi ex ſanguine & flaua bile calidioribns q̃ oporteat mixta fluxio fuerit uel ex ſanguine ferueſcente & tenuiſſimo ſecundũ ſubſtantiam/heryſipelas paſſio uocatur multo inflãmatiõe calidior magiſq; colorem flauum repręſentans.Et ſi tetigeris facile ſanguis ſubterfugit rurſuſq; illabit̃ exquiſite tenuis & aſpectu rubidus non tamẽ dolet hic ueluti inflãmatio neq; ut aliqua inflãmationis ſpecies pulſum aut cõpreſſionẽ aut ſimilẽ inuehit tẽtionẽ.Sed quãdoq; ualde parũ infeſtat/ac tũ præſertim quãdo per ſolã cutẽ diffuſum fuerit nihil inferiorem carnẽ moleſtãs. Et quidem tale aliquid ſępius accidit atq; hoc eſt exquiſitũ heryſipelas quẽadmodũ qui attigit inferiorẽ carnem : neq; ex uere tenui bile conſiſtit/neq; tantũ eſt heryſipelas.Sed iam diſpoſitio permixta ex heryſipelate atq; inflãmatione. Exuperant autẽ in ipſa quandoq; propria heryſipelatis accidentia atq; hic affectus:a iunioribus medicis heryſipelas inflammationis participans nominatur. Nõnunq̃ uero inflãmationis & tunc ipſum nominãt inflãmationẽ heryſipelatis participantẽ/ꝙ ſi neutrius accidentia manifeſte obtinuerint/ſed æqualia apparuerĩt:tunc heryſipelas atq; inflãmatio miſceri



dicuntur exquiſitum igitur heryſipelas tanquam cutis ſolius paſſio eſt non tamen ipſa inflammatio partium tantũ cuti ſubiectarum ſed harum quidem præcipue nonnunquam uero etiam cutis & eſt ipſa quidem dolorem afferens nihilominus altera pulſus tamen ei deficit.

Quum vero ſanguis influens calidus ſufficienter extiterit & craſſus quodcunq; membrorum ſubito occupauerit hoc comburendo/facit vlcus cum cruſta:quicquid vero circũiacet in inflammationem leuat & efferueſcentem grauemq; dolorem infert. Vocatur autem carbo huiuſcemodi paſſio. Cũ uero ſanguis influẽs niger extiterit craſſuſq; ac feculentus ac feruens qualis quem antea diximus ſimul autem /& humiditates nonnullas tenues admixtas habuerit puſtulas quaſdam per ſumma cutis excitat:ſimiles ijs quæ ex igne fiunt quibus diſruptis cruſtoſum ſub ipſis ulcus inuenitur etiam hoc carbo eſt inflammationis quidem ſpecies tot ſunt ſecundum ipſam paſſionis diuiſæ naturã. Multas uero quiſpiam prætermiſſas putaret deceptus multitudine nominum ueluti a græcis bubones phymata phigetla ophthalmias peripneumonias pleuritidas & multa. Alia ſimilibus appellationibus dicta hæc enim omnia inflammationes quædam ſunt in prioribus cõpræhenſæ ſpeciebus ſingula uero diuerſa ſunt ſortita nomina quoniã qui primi ea impoſuerunt uno nomine & paſſionis ipſius & patientis particulæ compoſitum intellectum interpretari uoluerunt:ſunt enim bubon phyma atq; phigetlõ partium laxarum(quas adenas uocãt) paſſiones bubon quidem inflammatio phyma autem quod ſtatim augetur atq; ad ſuppurationem feſtinat phygethlon autem eſt id quod heryſipelas particeps inflammationis aut inflammatio heriſipelatis nominatur ſic autem & ophthalmia eius membranæ quæ corneæ innaſcitur eſt inflammatio.Pleuritis autem eius quæ lateribus ſubiacet Synanchæ autem gutturis. peripneumonia uero pulmonis:eadẽq; in ſingulis ratione.Eas igitur quæ ſunt in partibus apparẽtibus inflãmationes promptum eſt cognoſcere:quæ autẽ in occultis & febres afferunt non æque diſcernũtur.At mihi uidetur mente egere perſpicaci eiuſmodi agnitio ac præterea peritia naturæ membroꝝ quã ex ſectione ſimul & exquiſita ſcientia operationũq; atq; vſuum comparamus. De his quidẽ in alijs tractatibus diximus.Nunc uero non datur de febribus ſermonem adiungere quãdo tibi repente peregrinãdi neceſſitas ingruat.Quo pacto uero quiſpiã eas maxime curet inflãmationes quæ in apertis partibus cõſtãt:hoc tibi primũ tranſigere ſatago principiũ ſumẽs ab ea paſſione:quę plurimũ fit:atq; iccirco totius generis affert appellationẽ in qua hoc imprimis cõſiderandũ exiſtimo quod & in alijs oĩbus magnã uim hẽt ut morbi occaſionẽ inueniamus.

## ¶De cauſis inflammationis.

Est igitur vna quædam apparentium inflammationum quæ nõ admodum occulta eſt: quæ fluxio appellatur / niſi quandoq; illis coniungatur: quæ aliqua alia ex cauſa factę videntur: quãdo enim nulla ex his præcedente membrum: cõfeſtim patitur inflammationem ea: quæ hanc paſſionem cauſa generat fluxio vocatur. Ipſa vero paſſio diſpoſitio fluxionis/oportetq; in his inflammationibus principia curationum optima fieri: nã quæ in ipſis errata cõtingunt difficulter ſanabiles/aut omnino inſanabiles faciunt diſpoſitiones. Sunt autem hæc duo maxime errata ſi nulla de toto corpore prouidentia habeatur: & ſi calefiat atq; humectetur etiã membrum. hæc vero duo medicorum pleriq; delinquunt / nõnulli quidem a methodicorum hęreſi perſuaſi & inflammationes omnes eſſe paſſiones aſtrictas exiſtimantes: quas elaxare oporteat. Sunt vero quidam qui ſine ratione atq; vlla conſideratione iſtos ſequuntur. Vnam excuſationem ad male agendũ habentes cũ multis delinquere. Sed neq; ex dogmaticis medicis quiſpiã: neq; ex empiricis ita ſenſit. Sed quod & ratio & experientia ſuadet: totum quidem corpus euacuare/quibuſcunq; cõtigerit euacuationibus conſulunt. Ipſam vero inflammatam partem perfundere ac ſuperlinire eis quæ id quod influit repellendi uim habent: id vero quod in membro patiente continetur euacuare. Vim autem/ac robur adiungere his quæ iam affectæ ſunt partibus: ad quæ uero inſpicientes oporteat euacuare / iam & antea diximus. Sed & nunc breuiter commemorabimus: vt in ſequentibus memoria ſeruata nõ ſit neceſſarium in ſingulis paſſionibus eas quæ euacuationes indicant audire intentiones. Aetatem igitur & tempus anni & regionem & præſentem conſtitutionem & eius qui afficitur robur habitumq; & conſuetudinem atq; ipſam ægritudinis naturam diximus conſiderandam: ex his enim quando euacuare uel nõ euacuare oportet & unde & quomodo inuenitur uelutiin ea de qua nũc agitur diſpoſitione ad genu fluxus deferatur atq; hoc ſubito plurimũ attollatur tibi uero totum corpus plenum ſanguine appareat & ualida laborantis uis tempus autem anni ſit uer regio temperata. Aeger uero ſit adoleſcens aut iuuenis is ſanguinis euacuatione ex ſuperioribus partibus indiget oportetq; incidere eius in cubito uenam aut ſcilicet interiorem aut mediã: ſi uero aliqua pars ſuperior pateretur per inferiora ſanguis eſt educendus ſemper enim fluxionis motum ad contrarium trahere expedit atq; emplaſtrum apponere ex ſemperuiuo & corticibus malorum punicorũ in uino decoctis & rhu & farina ordei compoſitum: hoc enim in talibus optimum eſt atq; ad omnia/quæ facere intendimus efficax repellit enim id quod influit/atq; id quod cõtinetur exiccat & membra circũſtantiæ corroborat / milleq; alia medicamina codem modo componere licet: quorum compoſitionis uiã ac modum in libris de medicaminibꝰ didiciſti: unde ego quoq; in ſingulis unum aliquod tibi ſubijciam futurum tibi & monumentũ & eius quæ eſt in alijs facultatis exemplum ſi quidem non admodum doleãt iſtis vtendum eſt/cum magno autem dolore fluxu incidente/non ſic oportet neq; aquã calidã neq; oleũ neq; farię triticeę cathaplaſmata afferre/hæc enim omnia fluxionibus aduerſantur quãuis ab intio aliquid iuuare uideãtur: ſufficit autem in huiuſcemodi affectibus uehementiam doloris mitigare cum aliquo ex his / quod ex uino dulci & oleo roſaceo & pauca cera/quę in utroq; ſit liquefacta cõficitur/oportet autem hæc lanis excipere ſordidis/quæ plurimum oeſipi habeant & ęſtate quidem frigida: hieme autem tepida apponere/ſic etiam cathaplaſmata ex arnogloſſo lẽte/pane/ & roſaceo oleo adhibere paulo autem ſupra patientes particulas apponere ſpongiam uino auſtero intinctam aut aqua frigida melius uero fuerit / ſi parũ aliquid aceti adiungatur ꝙ ſi hęc cura parũ ſatis profuerit neq; alicubi pus ſe oſtenderit emplaſtris mollibus ad fluxionem utendum/optima uero ex his quæ exiccandi & repellendi/quod fluit ſanguinis ſine dolore uim habent quemadmodum ea quæ uehementer intendunt atq; iccirco dolorem afferunt plus doloribus obſunt q̃ exiccando proficiũt: tale igitur oportet eſſe medicamen quale nobis in uſu eſt quod chalcite conſtat oleo roſaceo diſſolutũ/ſi uero lanam mundã uino acerbo madefeceris & exterius appoſueris plus iuueris ꝙ ſi pus ſe in particula oſtẽderit cathaplaſma imponere oportet ſemel aut his/plus uero in pręſecutibus iuuat farina ordeacea: adiungendum tamen & huic aliquid uel aceti uel uini & poſtq̃ ſecueris & pus euacuaueris cauendum eſt: deinceps ne oleum aut aquam imponas: & ſi quãdo vulnus abluere aut abſtergere oporteat mellicrato uel oxicratoq; & uino & mulſo utendum: ſuperponẽdum uero ſi adhuc inflammetur ex lente cathaplaſma ſi uero ſine inflammatione fuerit aliquod ex his medicamẽtis/quę emplaſtica uocantur/atq; ex emplaſtris/ea quibus in huiuſcemodi ſectionibus uti conſueuimus & præcipue his quæ ex chalcite conſtant apponendum etiam extrinſecus ſpongiã aut lanam uino acerbo pfuſam quod ſi acerbũ non affuerit tãto aceto aqua tẽperanda ut adhuc potari poſſit atq; hac intingẽdũ ſunt uero & ad hoc oportuna ea uina quæ aliquid aquę marinę recipiũt & tu quoq; ubi ſit oportunũ potes cõficere pmiſcẽdo ſal ei qđ affuerit: vulneri aũt nullũ ex medicamẽtis

quę humectant apponēdū quale eſt macedonicū:& quod tetraphar-
macū nominatur:nam exquiſite exiccare expedit. Ita quidem ſanare
oportet eas quæ ex fluxione inflammationes:quæ vero alia ex cauſa
fiunt humectare ac calefacere nihil prohibet:& ſi ad ſupporationem
perducere uolueris cathaplaſma ex farina triticea. Quæ in oleo atq;
aqua ebulierit apponēdum:& ſi quādo incidere oportuerit:neq; hoc
verendum eſt. Si uero eas quæ ex fluxionibus fiunt inflāmationes ſe-
cueris magnum afferes malū ac per initia:præſertim nam quęcūq; ex
ipſis longioris temporis exiſtētes poſt totius corporis euacuationem/
atq; aliam oportunā curationē quaſdam durities atq; nigricies in mē-
bris habent derelictas his ſanguinē auferre nil prohibet: neq;.n.am-
plius hæ in numero inflammationū habendę ſunt:ſicuti neq; heriſipe
latum ſi quid iam liuidum ſit etenim & hoc per initia quidem infrigi-
dandum eſt:tunc præſertim quum ſine manifeſta occaſione factū fue
rit:quando uero iam illi deerit feruor & incidere cōuenit/atq; empla
ſtrum ex farina ordeacea/& ceratum & aliud aliquod medicamen ex
diſſoluētibus apponēdum non tamen ex vena in talibus ſanguis mit-
tendus eſt/ſed uentrem tantūmodo expurgare ſufficit:Dandū autem
medicamē quod bilem flauā educat. Si uero paſſio parua fuerit:neq;
hoc facere eſt neceſſariū/ſed ſufficit clyſtere acri uti: quæ uero ex ul-
ceribus fiunt heryſipelata:& quæcūq; adeo manifeſtas cauſas habēt:
ſi ſtatim uolueris cathaplaſma apponere ex farina ordeacea:& præ-
ſertim ſi antea ſecueris nihil nocebis:inflāmationibus uero quę cū he
ryſipelate coniūctæ ſunt/& heryſipelatis cum inflammatione iunctis
mixta q̄tū fieri poteſt curatio eſt adhibēda ſemp q; illi quod magis ſu-
perat reſiſtēdū/& eoꝝ quoq; quę bubones & phymata & phygethla
a gręcis dicūtur ſimilē his quæ in alijs partibus ſimiles accidūt diſpoſi-
tiones:curationē oportet adhibere/ præterq̄ in partibus quæ acriora
medicamēta in eiſdem affectibus poſſunt tolerare quēadmodū laxio
res partes quas adenas uocant.

Herpetes autē quantū ad totius corporis euacuatiōe attinet/ut hery
ſipelata curare oportet. Quantū uero ad ipſius particulæ patiētis lo-
cum nō omnino ſimilis cura adhibetur: nam qui exedētes ſunt refri-
gerari quidē deſiderāt/ſimiliter alijs herpetibus & heryſipelatis/non
tamē ea ferunt medicamēta quæ præter id quod refrigerāt etiā hume
ctare natura apta ſunt ſed ſola admittunt refrigerātia:quæ etiā maxi-
me poſſunt exiccare:non igitur uel lactucā uel polygoniū neq; ex ſta
gnis lentē aut paluſtrē locū/uel anthylion/uel pſylion/uel portulacā
uel ſerim/uel ſempuiuam uel tale aliquid quod refrigerare poſſit atq;
humectare opponendū quę heriſipelatibus erāt oportuna/neq; vnq̄

ſpongiæ fidas frigida aqua perfuſę neq; ſolano/q̄uis refrigerandi atq;
una exiccandi uim habet ſed mediocrem. Illi uero maiorem quam ſo
lano adſit expetunt ſiccitatem apponere:ipſis igitur oportet ab ini-
tio quidem ex uite capreolos & folia rubi & rubi canini & arnogloſſę
poſt hæc uero & lens adiungenda ſi oportet & aliquando mel & fa-
rina ordeacea & quod antea ſcripſimus ad inflāmationes quę ex flu-
xione eueniūt cathaplaſma dempta ab eo ſempuiua. Ipſa vero loca
exulcerata inunge medicamentis quæ ad herpetas in libris qui phar-
maceutici dicuntur ſcribūtur. Multa uero huiuſmodi apud omnes in-
ueniuntur:plurimaq; ex his ad figuram paruoꝝ circulorum forman-
tur & ubi uti uolueris ex uino dulci liquefacere oportet:ꝙ ſi dulce nō
affuerit/tenui & albo & ſubauſtero quale eſt phalernum & maſſilio-
ticum & ſabin.:m & adrianum & arſinum utendum eſt. Cauendū ta-
men ne ob antiquitatē aliquam contraxerit in guſtu acritudinē: & ſi
puſca aquoſa loca horum aliquando uſus fueris nil deterius feceris.
Iam uero in longū tempus protractis ulceribus neq; dulci circuli par-
ui ſunt diluendi neq; puſca adhuc aquoſa ſit & uina quæ ſunt ſufficiē-
ter auſtera conueniunt:præcipue uero nigra & ſi ea non affuerint al-
ba medicamina autem in hoc tempore ipſis præcipue ſunt accommo
data:& quod polyidæs uocatur / & paſſionis & muſæ & andronis &
quæcunq; alia his ſimilia ſunt.

Herpetas uero qui ſumma tantūmodo exulcerant niſi diu perdurauē
rint nullo horum inungere oportet: comburunt.n.fortiter & uehemē
ter exiccant uerum iſtis ſufficiunt quęcūq; uim glaucini habent medi-
camenta diluere autem maxime quidem aqua:ꝙ ſi nil profecerit etiā
acetum adiungere oportet:ꝙ ſi etiam ſolani ſucco intinxeris/aut ar-
nogloſſi plus etiā proficies. Summatim uero hæc te cognoſcere opor
tet ꝙ omne ulcus ſiue ſponte ſiue ex accidenti ſiue ex vulnere factū
fuerit/exiccari deſiderat medicamēto (ut inquit Hippocrates) non
aſpero hoc eſt non mordēte neq; uehementer irritante præterq̄ ubi
malignum & cum putrilagine fuerit: talia.n.acriora expetūt medica-
mina & quę ignis uires habēt: quale eſt miſy & calcites & arſenicū &
calx & ſandaracha:etenim nō aliter q̄ ignis adurūt medicamēta huiu
ſcemodi. Sępius uero ubi iſta ceſſerint ipſum ignē adhibemus.

Eadem ratione & his qui carbones appellātur ſuper ipſam cruſtam:
vbi pręcipue membrum putrefit huiuſcemodi medicamentoꝝ eſt na
tura conueniēs non tamen loca circūiacentia tangere expedit ne te-
ipſum lateat ea exulcerās quę minime expedit ſed antedictis circulis
paruis utendum eſt: qualis eſt qui andronius nominatur: ſi quando
uero rubor inualuerit & plurima inflāmatio medicamētū dulci vino

diluendum uel arnogloſi ſucco: ſi uero magnus ſit tumor uino quidẽ
acerbo in principio poſtmodum uero & aceto cathaplaſma etiam ex
orobi farina & oximellite cõfectum apponendũ atq; antea ſtatim ab
initio tantũ ſanguinis auferendũ q̃tum ſufficit niſi aliud ꝓhibuerit.
Hæ qdẽ ſunt paſſionũ ꝑ genera curatiões quæ ꝑ naturæ inſtrumẽtoꝝ
patiẽtiũ uarietate mutãtur. Quatuor uero ſunt ab his indicatiões ab
eorũ tẽperatura a formatione a ſitu atq; potentia a tẽperatura quidẽ
ſi nõnulla quidẽ ex ipſis natura ſicciora ſunt: nõnulla aũt humidiora/
quędã frigidiora/quędã calidiora exiſtũt: & ſm cõiugationẽ hũidiora
ac calidiora uel ſicciora atq; frigidiora: aut ex toto tẽpata: oporteta;
in curationibus intẽtionẽ haberi ad mẽbri naturã: hęc.n.quouſq; infri-
gidãdũ aut exiccãdũ ſit docet: nã ſi carnoſę partes iflãmationẽ patiũ-
tur paulũ exiccandæ ſunt/venoſæ quoq; q̃uis ſint carnoſis ſicciores:
nõ tamẽ & ipſe multũ exiccari deſiderãt. Sed quęcũq; natura arterio-
ſæ ſunt magis uenoſis ſunt exiccandę atq; his ãplius neruoſæ & multo
magis his cartilaginoſæ & oſſeæ: nã prius q̃ ad propriã naturã parti-
cula redeat/nõdum curationi impoſitũ finẽ arbitrãdũ: ad ſicciorẽ ue-
ro tẽperaturã reducũt. Quæ natura ſicciora ſunt & ad frigidiorẽ quæ
frigidiora: & ſecundũ alias qualitates: eodẽ modo: ad mediocrẽ uero
habitũ referunt quæ ſunt in ſingulis mediocria.

Sic qdẽ partiũ tẽpaturę paſſionũ uariãt curationes at formatões hoc
mõ nã quędã ex ipſis intus hñt ſpacioſitates q̃dã extrĩſecus q̃dã utriq;
q̃dã nullibi uelut ex ſimplicibꝰ arterię ac uenę & nerui. Quę qdẽ ĩ mẽ-
bris extremis/q̃lia ſunt crura atq; lacerti intus: quę vero intra pitoneũ
utriq;/nerui aũt q in dictis mẽbris nullibi: q uero intra pitoneũ ex al-
tera pte: viſceribꝰ aũt fere oĩbus ĩtrinſecus atq; extrĩſecus ſũt magnæ
laxitates: ac ꝑterea caro ipſa in pulmõe qdẽ ſpõgioſa. Cõtra uero in
renibꝰ dẽſiſſima: & poſt hãc epatis caro: ſplenis vero caro q̃to dẽſior
eſt ea quę in pulmõe tãto illa q̃ in epate rarior. In oĩbꝰ igiĩ his quę neu-
tra ex pte cauitates/& receptacula ſupflui fluxus habẽt fortiter exic-
care oportet/& ſi nõ fuerint natura ſicciores ſicuti nerui & pręcipue
in mẽbris ſupradictis ſed quæ intus & extra aliquid inflãmationis poſ-
ſunt relaxare nõ multũ huiuſcemodi fortiter exiccãtibus egẽt/ſi præ-
ſertim laxã carnem habuerint quẽadmodum pulmo.

At ex poſitu indicatio/neq; ipſa negligẽda eſt: nam ꝑ quæ euacuare
oporteat atq; quomodo ipſe præcipue demõſtrat fluentiũ igitur hu-
morũ retractio (ſic.n. Hippocrates nominat) eoꝝ autẽ qui iam mẽ-
brum obſederũt deriuatio medela eſt: Vtrũq; autẽ euacuationis ge-
nus ꝑ cõmunes uenas fieri præcipit ueluti in locis muliebribus in con-
trarium trahes ſi eas quæ in cubito ſunt ſecueris uenas: aut mammillis

cucurbitas appoſueris uel manus cõcaleſeceris & fricueris atq; alliga-
ueris. Deriuabis aũt ſi eas quę in genibꝰ aut talis uenas diuiſeris & cu-
curbitulas coxis applicueris & crura caleſeceris ac ꝑfricueris atq; al-
ligaueris/& ſi quidẽ in parte dextra locoꝝ paſſio fuerit a Dextra ma-
nu aut crure detraxeris ſanguinẽ: ſi uero in ſiniſtra a membris quæ il-
li e directo ſunt. Quod.n. ab ipſo catixim dicitur hõc ipſum eſt ſm re-
ctitudinem: interiores autem uenas incidere oportet: hæ.n. uicinio-
res magiſq; e directo ſunt/patiẽtibus mẽbris: nam ſi ſplene inflãma-
tionem patiẽte ſanguinẽ uis euacuare interiores in manu ſiniſtra ue-
nas ſecato & ſi epate eadẽ ratione in dextra. Si quid uero ex ſuperio-
ribus inflammationẽ habuerit/ueluti in his affectibus quos gręci ſinã-
chas & ophthalmias uocãt/& q̃cũq; alij capiti aduenerit eas quæ ex-
trinſecus ſunt atq; e directo: patiẽtibus uero mẽbris extremis a con-
iugis euacuatio fiẽda ſiue retrahere uelis ſiue deriuare ꝑterq̃ ubi paſ-
ſio ſit inueterata: tunc enim a mẽbro ipſo patiẽte detrahimus: ſic igi-
tur in ſinãchicis eas quę ſub lingua ſunt uenas incidimus quãdo iã to-
tũ corpus uacuũ ſe nobis obtulerit: paſſio uero ſit diuturna ſic & epa-
ti & ſpleni cucurbitulas applicamus ſic & aliud quodlibet patiẽs mẽ-
brũ incidimus/ſi nõ amplius humores influãt (Tũc.n. magis irritaue-
ris ac malũ duplicaueris) ſed qñ iam totũ corpꝰ expurgatũ fuerit ne-
que iã aliq̃d influit: aliq̃d uero qđ pridẽ influxerat in mẽbro contine-
tur & qdẽ laborãtibus gibbis epatis partibꝰ qđ ꝑ urinã trahere opor-
teat cõcauis aũt ꝑ excretionẽ inferiorẽ ſitus ipſe uiſceris indicat/atq;
etiã thoracẽ & pulmonẽ ꝑ tuſſes expurgare/uẽtriculũ aũt & ſtoma-
chũ ꝑ uomitus: inteſtina autẽ ꝑ inferiores excretiões quẽadmodũ &
ſplenẽ & renes ꝑ urinas locos aũt muliebres ꝑ menſtrua cerebrũ aũt
atq; eius mẽbranas ꝑ palatũ & gargareonẽ & nares & aures ſed q; &
his q̃ in ſupficie ſunt ptibus talia medicamẽta apponere oporteat q̃li-
bus eget paſſio atq; ijs q̃ in ꝓfundo ſunt & quas ꝑ multa ĩterpoſita de-
bẽt eoꝝ uirtutes attĩgere nõ q̃lia nũc ſint ſed qualia futura ſint ex ſitu
mẽbroꝝ agnoſcimus/quare ſiue medicamẽtũ ẽ ex his q̃ extrĩſecus ap-
ponũtur ſiue ex his quę comedũtur aut bibũtur/nõ ꝑſens eius uis cõ-
ſiderãda eſt ſed ea quę ad mẽbrũ affectũ ſit ꝑuẽtura: hęc igiĩ quęcũq;
in pulmõis inflãmationibꝰ extrĩſecus thoraci applicãtur medicamẽta
ualde fortiora atq; acriora natura ſunt q̃ ſi ipſa mẽbro patiẽti appone-
renĩ qđ.n. per multoꝝ corpoꝝ media ipſi mẽbro patiẽti eſt occurſuꝝ
obiter debilitaĩ & uiribus deficit ſi ab initio fuerit imbecille tantũ igiĩ
aduẽticij roboris adiũgere oportet q̃tũ in trãſitu amittiĩ ut quod re-
linq̃tur æquale remaneat ei quod tactu iuuat: ob id igitur in thoracis
inflãmationibꝰ quæ in parte ſũma conſiſtũt ea q̃ ſolũ elaxare poſſunt

ſufficiunt:intrinſecus autem ſicuti in mẽbrana quę ſubtenditur acri-
ora ſunt neceſſaria: & de ſplene etiam atq; epate/omnibuſq; uiſceri-
bus intra peritoneum ratio eadem/ſepius enim ex medicamentis im
poſitis ulceratur cutis q̃uis durior minuſq; ad patiendum habilis q̃ ui-
ſcera & ſi ipſis uiſcerib⁹ medicamẽta applicare poſſemus quibus quã
docunq; indigent tanto molliora eſſe oporteret:quanto & ipſorum
natura facilior affici & quidem omnia quę comedere uel bibere iubẽt
medicaẽmta in uiſcerum paſſionibus hęc multo acriora ac potentio-
ra uiribus eſſe conuenit prę his quibus indigent membra morbis affe
cta exceptis illis/quæ & uentriculo & ſtomacho auxiliãtur:hæc enim
ſola talia exhibentur qualia a paſſionibus exigãtur:reliqua uero om-
nia maximam acritudinem ac uirium potentiam habent quæ preſer-
tim uel renum uel pulmonis occaſione dantur. Conſidera itaq; quot
numero partes pertranſire oporteat id medicamen quod ad pulmo-
nem ſit peruenturum:primũ quidem os & fauces & ſtomachũ:dein-
de & uentriculum ipſum & quędam ex tenuioribus inteſtinis deinde
eas quæ ſunt ĩ meſenterio uenas:deĩde eas quę in cauis partibus epa
tis:ex quibus ad eas quæ in gibbis tranſumptũ hinc ad cõcauam per-
uenit uenam: poſtquam ad cor/deinceps hoc modo ad pulmonem
neq; negare poſſumus quin in ſingulis partibus his quibuſdam ammi
ſceatur humoribus ac quãdã tranſmutationem atq; alterationẽ pro
natura uiſceris capiat:quare quod de eius uirtute relinquitur minus
omnino eſt atq; imbecillius q̃ ut membrũ affectũ iuuare poſſit. Quæ
igitur a ſitu partiũ indicatio ſumitur tantum curationem euariat:quę
vero a uirtute q̃tum nunc dicturus ſum.

Quoniam ex partibus corporis nonnulle ab influentibus uirtutibus
gubernãtur:quædam uero a proprijs atq; natiuis atq; ex his ipſis quę
dam ſeipſis duntaxat quędam etiam alijs fons & origo ſunt quarun-
dam uirtutum & alię quidem opus habent peculiare alię autem com
mune permutare opus eſt curationis formam pro ratione earũ quas
diximus differentiarũ nam pleraq; ex his remedijs quę antea memo-
rauimus:morbum quidem finiunt ſed natiuas membrorum uirtutes
offendũt quæ quidẽ offenſio ad totum corpus pertinet. Sed quũ hoc
dupliciter fiat quatenus & membꝶ eſt alicuius uirtutis origo omnib⁹
partibus cõmuni catę aut ipſius opus toti corpori utile eſt/ epar enim
cor cerebrũ & teſtes cõmuniter uniuerſo corpori principia ſunt uirtu
tum:uẽtriculo quidem atq; locis muliebribus propriæ inſunt uirtutes
nulli alteri parti cõmunes opus uero uentriculi:quidẽ toti corpori cõ
fert:locorũ autem nequaquam/nocet autem ſępius paſſionis curatio
membri patientis uirtuti quę enim immoderatæ laxant ſoluũt robur/

Quare & membri uirtutem/quæ autem ſupra modũ refrigerant na-
tiuũ calorẽ extingũt/qui fortaſſis (ut nonnulli arbitrantur philoſophi
ac medici ſummi) ſubſtantia uirtutũ exiſtit & ſi nõ hoc:ſaltem primũ/
& maxime neceſſarium eſt ipſorũ inſtrumentum. Iam uero & qualita
tes quædam extraneę uirtutes diſſoluere poſſunt/nihil igitur horũ in
curationibus prętcrite oportet ne noſmetipſos lateamus in eũ incidẽ
tes ſermonem morbus quidem curatus eſt homo autem obijt quod a
q̃plurimis quotidie factitari uidemus qui rationi experiẽtiã ſine ratio-
ne pręferunt atq; hereſim methodicã omnia artis bona deſtruentem
quæ ſermones aliquos dogmaticos quidem ſed multis erroribus ple-
nos conſectantur.

In indicatione autem quæ habetur ex uirtute partiũ:quiſpiam etiam
reponeret & facilitatem & difficultatem ad ſentiẽdũ/nam quę facile
ſentiunt acria medicamenta non tolerant ſicuti neq; etiam humo-
res:nam cũ acris humor in uentriculi ore continetur ſępius animi de
fectũ patiuntur ꝙ ſi mediocris ſit affectus anxietatem & nauſeam ha
bent & nonnunq̃ humorẽ quo infeſtant euomunt:nonnunq̃ uero fru
ſtra agitãtur:hocq; in illis affectibus accidit/in quibus in ore uẽtriculi
viciatus humor imbibit/eodẽ pariter modo cũ ad oculos huiuſmodi
defluxerit humor maxmũ affert dolorẽ & puſtulas exulceratas:quæ
difficulter curam recipiunt excitat ſic quoq; rurſus oculi ipſi ob eam
quã habent ad patiendum facilitatem tolerare non poſſunt acrium
medicamentorũ uicinitatem:quẽadmodum neq; etiam uentriculi os
non tamen neq; aliquod extrinſecus aggrauans hæ particulæ tolerãt
& magis uenticulo oculus qui nonnunq̃ etiam ab his quæ inungũtur
moleſtatur:at quæ difficilem ſenſum habent hęc cathaplaſmata gra-
uia ſuſtinent & medicamẽta mordacia. Si quis igitur uelit ex facilita-
te ſentiendi indicationẽ illis quatuor quas antea memorauimus quin-
tam annumerare uel in ea conpręhendere quæ ex uirtute ſumitur ni-
hil quantum ad recte medicandum differt.

Has igitur omnes indicationes memoria habere oportet in quacũq;
particula morbo aliquo affecta/nam & ipſius temperatura & forma-
tio & ſitus & uirtus ſingulas quę in nobis fiunt operationes cõmutant
cõmuni intentione ſeruata:hanc enim ex morbo ſemper aſſumendã
eſſe docuimus:qui igitur ſine ſolam & ſimplicem intemperiem mor-
bi fiunt per contrarias qualitates curantur:calida quidem intempies
per refrigerantia ſiue primo ſiue ex accidenti refrigerẽt. Frigida ue-
ro p calefacientia ſic ſicca per humectãtia:humida aũt per exiccantia
curãtur/ de eo uero quod primo calefacit aut ex accidenti plene (ut
noſti) diximus in eo tractatu quẽ de ſimpliciũ medicamentoꝶ pote-

ſtate cōpoſuimus ubi id quod primo frigidū eſt quandoq; ex accidēti
calefacere oſtendimus quēadmodū aquæ frigidæ infuſionem ubi ca-
loris naturalis fecerit reuocationē & calidū refrigerare/quū rarefaciē
do corpus caliditatē fecerit euaporare/quæ igitur ſecundum ſolas ac
tiuas qualitates corporis ſunt alterationes ex ſola quæ ex calefacien-
tibus/ refrigerantibus humectantibus atq; exiccantibus poteſtate ad
hibetur ad naturalē habitū reſtituuntur/neq; ſenſibili egēt euacuatio
ne/quę uero ob materiæ influxū ſi quidem bene tēperata ſit/ſolā eua
cuationē deſiderant ſi uero uiciata euacuationē atq; una per contra-
rias qualitas expetūt alterationē ueluti qui reumatici dicūtur affectus
de quibus( ut noſti )unū a nobis uolumen eſt editū in quo & hoc ſta-
tim ab initio oſtenſum eſt ꝙ ea quæ totū corpus alit facultate debilita
ta huiuſmodi fiunt diſpoſitiones cū aceruata ſupfluitas ad partes prę
cipue defluat imbecilles ſi enim per reumaticā diſpoſitionem ſanguis
q in huiuſmodi partes fluat fuerit uicioſus/mixta orit̃ diſpoſitio quod
forte rariſſime euenit ſanguis enim ſine pituita aut flaua uel atra bile
fluens tenuis ſemper mihi ſubſtantię apparuit ex alia autem quapiam
cauſa ſi pars intumeat cōſiderādū eſt an huiuſmodi affectus ſit phleg
mone an ſcirrus an oedema : nos enim omnē calidā ac ueluti flāmeā
diſpoſitionē nominamus phlegmonē ideſt inflāmationem cuius diffe
rētias pauloāte dixim⁹ tēpus itaq; eſt ut de oedemate q̄ breuiſſime ſu
bitiamus ut memineris eorum quę latius de hoc nos dicere audiuiſti.

## De oedemate.

OEdema autem uocamus tumorē mollem doloris ex partem
quē ex pituitoſa ſubſtantia aut ſpiritu uaporoſo fieri conſtat
qualis in cadaueribus euenit nōnunquā etiam in pedibus &
cruribus eoꝝ quos aqua intercus uexat/& in tabidis & alijs
qui malo habitu( græci cacexiam uocant ) laborāt uerū tale oedema
in piculoſis illis diſpoſitionibus accidēs eſt nulla propria præcipuaq;
curatione indigens: ſola.n.frictio ex oxirhodino aut nōnūquā ex ſale
& oleo uel etiā ex ſale intecto oxirhodino ſiſtit ipſum aliaq; huiuſmo
di multa. Cum uero propter pituitā parti influxā huiuſmodi fit affe-
ctus ſpōgia in aqua quę parū aceti habuerit infuſa paſſionē ſedat/quę
ſi non quieuerit plus aceti miſcendū eſt ſit tamē moderata ipſius tē-
peratura ut poſſit ipſam quiſpiā bibere/quę autē.ex ea plus aquę con
tinet in principio adhibenda eſt maxime in mollibus corporibus/quę
uero hac fortior fuerit in robuſtis & durā habentibus pellē & quę ad
primā ſpongiæ appoſitionē non iuuantur oportet autē ſpongiā om-
nino nouā eſſe/quę ſi non affuerit/ſaltē exquiſite abluatur ex aphro-
nitro & nitro & ex ea quæ coniaſtacte.i.lixiuiū diſtilatū a græcis no-
minatur/ꝙ ſi ex his oedema non quieſcat aluminis parū imponendū
eſt ſpongiaq; omnino noua applicetur ſi uero in aliquo taliū mēbroꝝ
fuerit oedema incipiendo ligaturam in imis partibus finire oportet in
altioribus adiectionem & compreſſionem & uniuerſam diſtributionē
faciendo uelut in fractionibus.

## De curæ intentione.

CVrationis enim intētio in huiuſmodi affectibus mixta eſt una
quidē ut eorū ſubſtantia diſſoluatur alia ad congregandū re-
ſtringendū/ſi igitur per ea quæ dicta ſunt non ſedetur tūc ali
quid quod fortiorū medicamentorū temperaturā admixtam
habeat ex dictis poteſtatibus adijciendū eſt ego in diuturno oedema
te prius oleo ungens deinde ſpongiā ex lixiuio appoſui atq; ſtringēs
uehementius affectū perfecte curatū uidi nō amplius v3 hac curandi
regula habente mixtā uiriū contēplationē ſed ad diſcutiendū & ſe-
candum declināte id quod in omnibus fere diuturnis affectibus pro-
batum haberi non ignoramus/poſtquā uero ſatis ad te de oedematis
ſcripſimus de duris deinceps tumoribus dicendum eſt.

## De Scyrris.

EXq̄ſitus ſcyrrus eſt tumor præter naturā ſenſu priuatus duruſq;
nō exquiſitus uero nō omnino inſenſibilis eſt difficulter tamen
omnino ſentit/ſcirrus igitur inſenſibilis curā nō recipit/ qui ue-
ro difficulter ſentit nec incurabilis eſt nec facilē curationē ad-
mittit fit aūt ex humore lēto & craſſo inſolubiliter induratis partibus
infixo interdū itaq; ſtatim a principio cōgregatur paulatim & auge
tur/crebrius uero medicorū imperitia paratur/cū uehemēter heryſi-
pelata/& inflāmationes aſtringūt & infrigidant/ſi quis igitur medica-
menta uehementer diſſolutiua induratis corporibus adhibuerit quæ
manifeſtā faciāt ſcyrri diminutionē breui tēpore non ſperauerit perfe
ctam curationē/nam uere ignorat ꝙ reſiduū paſſionis hoc curationis
modo īcurabile redditur: tenuiori.n.ex eo diſſoluto humore reſiduū
exiccatū lapidis duriciem aſſequitur non igitur curandæ ſunt partes
induratæ medicamento immodice ſiccante ſed cum eo quod calorē
habeat tepidū: humiditatem uero nec multam nec omnino minimā
quod.n.ſuperfluū humorem habet/nihil omnino diſſoluit quod uero
minimū/pluſq̄ oportet exiccat/oportet aūt induratū corpus a medi-
camēto quod auxilio futuꝝ ſit ſimile q̄d pati his quę ſub ſole fundunt
vocātur aūt mollificātia huiuſmodi medicamēta de q̄bus āplius dixi-
mus ī quīto tractatu libri q de ſimpliciū medicamētoꝝ uirib⁹ inſcribit
exēpla quoq;( ut dctū eſt )ex ſimplicib⁹ ſūt oēs medullæ atq; adipes/
ex medullis primas p̄tes obtīet ceruina deīde uitulina ex adipib⁹ aūt

adeps anſeris in uolucrum genere: leonis uero in pedeſtrium cæteris
prȩſtat. At uero qui ex gallina ſumitur anſerinum & qui ex pardo leo-
ninum ſequitur ac deinde vrſinum atq; taurinum. At qui ex capris ac
cipitur & craſſior & ſiccior prædictis eſt idq; magis ſi ab hirco capia-
tur. At iam dictum eſt ꝙ huiuſmodi affectus medicamentis uehemen
ter ſiccantibus non indiget. De differentia uero quȩ ex eorum tenui-
tate craſſitudineq; oritur: indicatiue quidem dictum eſt: manifeſte ue
ro nequaq̃ iccirco in memoriã tibi reuocanda ſunt quæ inuicem com
mentabamur quomodo cercilij puerulum curabam cui ex heriſipela-
te nimis in frigidato atq; aſtricto. Tumor durus in toto femore relin-
quebatur: exiſtimauimus. n. medicamenta quæ ipſum curare deberẽt
tenuia eſſe oportere: quare femur oleo perfundebam in profundam
pelium poſito puero quæ multum ſabini olei continebat eo ꝙ omniũ
tenuiſſimum ipſum eſſe ſciebam a balneo uero abſtinebam niſi in lon
go interuallo dierum totius corporis curandi gratia: poſtq̃ uero par-
tem fouimus medicamenta ex prædictis medullis & adipibus confe-
cta adhibuimus miſcendo nõnunq̃ bdelium ſcythium maſticem egy-
ptiam atq; ammoniacũ thimiama uocatum quod pingue & non uetu
ſtum eſſet ſimiliter & galbanem & poſtq̃ per hæc prȩparatum fuerat
ſoluens ammoniacũ piuguiſſimum in acerrimo aceto circũliniui totũ
femur: deinde per aliquot dies rurſus opponacum multȩ pinguedinis
miſcui aceto acerrimo & huius v3 exoluens id quod recens erat alio-
quin pingue non permaneret quẽadmodum nec bdelium nec ammo
niacum neq; etiam galbane iuſſiq; puerũ in altero crure ſtare ut plus
cibi ad illud ferretur: poſtea ubi repulſus erat iam durus tumor timẽs
ne eius reſiduum maneret omnia e contrario facere aggreſſus ſum fe
mur ex aliquo medicamento eorum quæ pice conſtant perungẽs ma-
nifeſte itaq; clarebat ꝙ ex aceto linimenta egregie tumorem commi-
nuerant: laxatiua autem molliorem reddiderant: minorem autem ne
quaq̃ uiciſſim: tamen eis utendo adhibito conuenienti moderamine
puerulum curaui ſicut ſi altero dũtaxat medicamentoꝝ genere quis
curam attentaſſet nihil adſcirri ſolutionẽ profeciſſet.
In tendonibus uero autem ſic neruoſas muſculorum propagines ner
uoſiores ex prædictorum medicamentorum uſum manifeſtiſſima au
xilia uideri licet. Si quis recte utatur curatiõe ex pyrite lapide: opor-
tet autem eum cum igne excanduerit acerrimo aceto aſpergere: ac
deinde ſup lapidẽ mouere partẽ affectã/ut a uapore ſurſum lato ſcir-
rus diſſoluãtur: multi. n. hoc modo curatiõis pfecte ſanati ſunt ut fere
magicũ opus uiderẽ/at oportet prȩparare mollificãdo partẽ indura
tam medicamentis de quibus ſupra diximus etiãnũ in hac ipſa quæ fit

per pyritem lapidẽ curatione abunde multũ oleũ ſabinum prius per-
fundendũ eſt aut aliud quod extenuãdi uim habeat: nec minus pro-
derit aneti comam decoquere prȩſertim cum uiridis fuerit atq; recẽs
ꝙ ſi pyrite habere non poſſis molari utendũ eſt: vocãt autem ſic lapi
dem ex quo mola paratur/& qui frumentũ molit.

## ℭDe Splene indurato.

SPlenem induratum non ſolũ de foris fortibus medicamentis cu-
rare cõuenit ſed per fortiſſimas potiones nam eas ſine moleſtia
tolerat ex quoꝝ numero primas partes ſibi uendicãt cortices ra
dicum capparis & ſcolopẽdriũ & miricȩ radix atq; germina om-
nibus huiuſcemodi in aceto uel oximellite coctis. At ſȩpenumero cũ
tangitur ſplen renitens uidetur: non tamẽ durus ſed flatuoſus potius
eſt tumor in quo oportet ex abſinthio madefacientẽ medicamen em
plaſticũ mixtas uires continẽs ſupponere quale eſt quod ex ſulphure
atq; alumine conſtat: ſunt deniq; multa huiuſcemodi in medicamen-
torum tractatu deſcripta / non ſimpliciter autẽ mixtoꝝ medicamen-
torum uiribus attẽdendũ eſt/ſed & quantũ miſcetur: cum itaq; ſplen
flatuoſo tumore afficitur & magis œdemate: ſi multũ aluminis adhi-
bueris nihil nocebis in duris autem tumoribus uim diſſolutiuã ſupera
re conuenit parum autem eius quod ſtringendi uim habet admiſcen
dum eſt. Cum igitur de numero ſimpliciũ & ſponte naſcentiũ medi-
camentoꝝ flos ſalis tali ſit natura præditus ſanat ſplenes induratos ſi
extrinſecus ipſis in ueſica apponatur. Scirrum autem epatis ab initio
quidẽ ſanauimus ſȩpius. Vbi uero ad plures dies forte foret extenſus/
neq; ipſe potui ſanare neq; aliũ uidi qui poſſet: omnibus igitur qui ita
affecti ſunt ex neceſſitate ſubſequitur aqua intercus: pereũt autem q̃
plurimis in tempore longo quoſdã uero: noui etiam breui pereuntes
qui uentris profluuio laborabãt: liquet igitur ꝙ his ſufficienter angu-
ſtata erant ora uaſorum per quȩ trãſmittitur cibus ex ſimis epatis par
tibus in conuexas/adeo ꝙ ſi qui ex eis ſanati ſunt ea quam antea dixi
mus in muſculoſarũ partium ſcirris curatiõis ratio ſaluauit: neq; enim
perfert hoc mẽbrum fortia medicamẽta ueluti ſplen. Augere autem
oportet ea quæ ratione inflammationis ipſius apponũtur in mixtura
molle facientiũ: erunt autem illa ex abſinthij coma & expreſſione my
robalani & utraq; nardo indicaq; ac celtica: adhuc autem & croco &
oenante & maſticethia & unguentis quæ ex ſpica nardi conficiũtur.
Adhuc autẽ & maſticino & mellino & oenãtino: his igitur ammonia-
cum thymiama & bdellium & quas diximus/ medullȩ & adipes mixti

& quæ incidere poſſunt factum ih epate ſcirrum ſanare poterunt: ſi
etiam ratio conueniens uictus adhibeatur una cum medicamẽtis quę
in potu ſumuntur ad aperiendũ abſtergendũq; eum qui in uiſcere cõ-
tinetur humorem: ſunt uero hęc omnia etiam eos qui in renibus con-
tinentur lapides cõminuere apta de quorũ materia multi medici cõ-
ſcripſerunt: admiſcere autẽ oportet & ex his quæ urinã mouere poſ-
ſunt aliquid: plurima uero eſt etiam iſtorum materia quę a multis qui
dem ſcripta eſt atq; a nobis tacta in eo quẽ de medicamentis ſcripſi-
mus tractatu. Quare nũc etiã quæ dicta ſunt tibi ſufficiãt.

Tempus.n.eſt tranſgredi ad alterum genus cui materia generatiõis
eſt ſpiritus flatuoſus. Vocatur autem non ſolũ flatuoſus ſed etiam fla
tus huiuſcemodi ſpiritus craſſus ac uaporoſus exiſtens / non ſecundũ
ſubſtantiam ethereus neq; tenuis/cogita uero eius naturã ex circun-
ſtante nos aere in memoriã reuocans: qualis in auſtrinis cõſtitutioni-
bus qualis ue in aquilonaribꝰ: ei.n.qui in auſtralibus aſſimilatur flatuo
ſus: alteri uero qui in aquilonaribus is qui in nobis ſecũdum naturam
eſt ſpiritus: adiuuat autem ne huiuſcemodi ſpiritus efflet etiam den-
ſitas corporum: quare huiuſmodi affectus curatio communẽ habebit
intentionem ad elaxãda ea quæ aſtricta ſunt corpora atq; ad craſſos
ſpiritus extenuandos nam ſi cum ſubtiliori ſubſtãtia ſufficienter cale-
feceris: id quidem quod dẽſatum eſt rarefacies: quod uero craſſius eſt
effectum extenuabis: patientiũ autem particulaꝝ natura cõuenien-
tem auxiliorũ materiam demõſtrabit: magiſq; ac minus in ipſa. Nam
ſpiritus iſte craſſus & uaporoſus nõnunq̃ ſub membranis quæ integũt
oſſa compręhenditur: nõnunq̃ uero ſub peritoneo aliquãdo intra in-
teſtina uel uentrẽ: compręhẽditur uero aliquando a tendonibus mẽ-
branoſis quæ muſculos complectũtur compręhẽditur etiã ab his quæ
ratione cognoſcũtur ſpacijs in muſculis atq; alijs partibus corpis quo
tum locorum naturam in tractatibus de ſectionibꝰ didiciſti. Ita igitur
ipſe muſculus inflatur atq; in uẽtris vel inteſtinoꝝ corpore flatuoſus
includitur ſpiritus. Et cum ſufficienter frigidus fuerit: tunc maximum
dolorem excitat.

Communis autẽ curatio omnibus (quẽadmodũ diximus) per ſubti-
liorem ſubſtantiã & quando paſſio dolorẽ habuit adiunctũ talem ha-
bentem naturã ut dolorẽ talem queat ſedare / ſecundũ uero patien-
tium partium differentiam & materia ſubſtantiæ cõmutatur: & auge
tur atq; obtũditur uis. Cum igitur ex tali ſpiritu dolor interuenerit in
ventre inferiore ſubtile oleum cum medicamẽtis/quę in ipſo ebullie-
rint per clyſterẽ inijciens: ſtatim dolorẽ ſedabis: quæ uero debẽt ebul
lire in oleo medicamẽta cum ſubtilitate calefacẽtia ſint cyminũ: & id
quod apud nos eſt & id quod æthyopicum nominatur: & apij & pe-
trapij ſemen & marathri & ſinonis aneſiq; atq; libyſtici & ſeſeleos &
dauci & ſpondilij & ſi coniectura compręhenderis frigidã eſſe dolen
tium partiũ diſpoſitionẽ rutham & marathrũ & grana lauri intus de-
coques miſcebiſq; aſphaltũ ipſumq; oleum laurinũ & ſi qua alia ſimilẽ
naturam habent: q; ſi inflammationẽ huiuſmodi doloribus adiunctã
putaueris auferes ea quæ admodũ acria ſunt: & quæ uehemẽtius ca-
lefacient/ad ea autem quæ in hoc mediocrẽ naturã gerunt/quęq; uim
elaxandi habent trãſgredieris: in oleo itaq; ad ebulliendũ pones ane
thum & rutham: quibus etiam admiſcebis adipẽ anſerinũ & gallina-
ceum: ſed hæc quidem ubi uehemẽtiores dolores infeſtãt: mediocres
uero etiam extrinſeca cõcalefactione iuuantur: ea præcipue quæ ex
milijs fit: nam eorum leuitas dolẽtibus cõmodiſſima eſt ſi hæc non af-
fuerint uel ex ſale calefacito uel ex lini ſemine crudo uel quocũq; alio
modo. Cucurbita etiam magna cum multa flamma abſq; cutis ſcari-
ficatione/ſæpius ſtatim dolorẽ amouit: oportet antẽ umbilicum com
pręhendere: q; ſi etiam cum his dolores permãſerint medicamẽtis ex
opio uti non dubitabis quale eſt Philonis Tarſenſis omnibus medicis
notum/cum tamen ſcieris aliquã noxam ex huiuſmodi medicamẽtis
membris patiẽtibus affuturam / nihilominus ad id quod magis urget
inſtandum & parua cum noxa hominẽ ex nimio dolore animo defi-
cientem liberandum/nam & ſequentibus: deinceps diebus ſi magnã
noxam membro contractã uideris emendare licebit: uocantur igitur
huiuſmodi medicamẽta indolentia: quoniã dolorem quidem ſedant:
& dolorem auferũt non tamen diſpoſitiones penitus ſanant: ſed uim
ſentiendi obtorpeſcere faciunt. Vti autem oportet Philonis medica-
mento omnibuſq; ex opio confectis non ſtatim ſed poſt tempus com
poſitionis annuum aut omnino ſemeſtre / maxime uero atq; citiſſime
ex potu horum medicamentoꝝ laborãtes ſani fiunt: ubi inteſtina gra
cilia patiuntur ſicuti ex his quæ ſedi imponũtur craſſorum inteſtinoꝝ
paſſiones præſentaneum habent remedium: non modica autẽ fit uir
tutis diſtributio ex ebibitis cum ſuperiora afficiuntur: atq; ex his quæ
ſedi imponũtur cum inferiora fuerint affecta. Quæ quidem in carno-
ſis fit partibus ſpiritus flatuoſi aggregatio nõnunq̃ omnino uacat do
lore ac longiori tempore durat ac tum pręcipue cum fuerint articula
tioni uicina: hic.n.ſunt muſculi magis neruoſi ac denſi: atq; in media
tantum ſui parte carnoſiores ac raiores: tales uero (vt noſti) paſſio-
nes ſanaui medicamentis ex pice reſina terebentina: & adipe leoni-
no atq; taurino. Conuenit autem ipſis & quod ex ſorde balnei / &
calce fit & ex ſicomoro & (ut ſummatim dicam) ea quæ inſigniter:

ſubtili coſtant ſubſtantia/ quibus ea quæ molliendi uim habent admi-
ſcentur.

## Sequitur de abſceſſibus.

ENimuero de his ſatis dictum eſt iam tempus eſt ut tranſeamus
ad abſceſſuum tractationem/ſic autem nominant eas diſpoſi-
tiones in quibus inuicē diſtant quæ prius ſe contingebant cor-
pora / ſpacium igitur uacuum in medio fieri oportet quod ali-
quam ſubſtantiam ſpirituoſam uel humidam aut mixtam ex utriſq̨ cō
præhendit ad hoc uero ex inflammationibus quædam atq̨ ex hery-
ſipelatis & inflāmationibus ſimiles non paucæ tranſmutant / ſine his
uero/etiam abſceſſuum diſpoſitio conſiſtit ex multitudine quorundā
humorum aut ſpirituum uaporoſorum ſiue in ipſis patientibus parti-
bus in medio generentur/aut ex alijs confluant ea ratione qua fiunt
illa quæ decubitus uocantur nominant uero ſic huiuſmodi diſpoſitio
nes cum qui prius unum membrum infeſtāt humores eo relicto ad al-
terum traſmutantur. Quocunq̨ uero modo fiat abſceſſus id ſpacium
quod abſcedentes interiacet partes humiditatibus quæ ipſum faciūt
completur quæ ubi aliquādo perdurauerint plures habent alteratio-
nes: nam & lapidibus & arenis & teſtis & lignis atq̨ carbonibus & li-
mo & ſordiciei balnei feci ſiue amurcæ & multis alijs talibus ſimilia in
abſceſſibus corpora contineri inueniuntur quæ igitur per ſumma ſub
cute conſiſtunt facile dignoſci poſſunt neq̨ eſt eorum ſanatio diffici-
lis: nā ex tactus proprietate facillime diſcernunt̄ curātur uero ex ex-
trinſecus adhibitis medicomentis neq̨ aliorum indigēt hauſtu ueluti
quæ in profundo atq̨ in uiſceribus prēſertim fiunt in dignotionibus.
igitur/cum ſuppurantur ſi non adeo manifeſte quemadmodum inflā-
mationes digitis incumbētibus renitunt̄ dignonionem non præbent
manifeſtam / at proprietas ceſſionis alia: eſt in tenuibus humoribus
alia in craſſis quemadmodum & in tenacibus atq̨ mucis ſimilibus ſæ-
pius uero nobis ſubijcitur cum tentione ſpirituoſa pars aliqua abſce-
dens quē ubi ſecta fuerit inuenitur ſanguis concretus adeo ut qui bis
aut ter huiuſmodi uiderit diſpoſitionē ſi ſolers: aut memor fuerit/cō-
prēhenſum in huiuſmodi tumoribus ſanguinem ita concretum agno
ſcere potetit cum in memoriam ex collatione reuocauerit tenſionis
ac ceſſionis proprietatem / at forſan præſtat non proprietatem ſed
quantitatem tenſionis ac ceſſionis nominare / curatio autem earum
quæ in ſuperficie cutis abſcedunt inflammationum fit incipiente qui-
dem iā abſceſſu per ea quæ dolorem ſedant atq̨ elaxant procedente
uero tempore ad ea quæ concoquendi ac ſuppurandi uim habere



proprie dicuntur transferri oportet/de his autem dictū eſt/ ſicuti de
pluribus alijs in quinto de medicamentoꝝ ſimpliciū poteſtate tracta
tu/ſtatim igitur aqua abūdāti perfundere atq̨ fouere oportet & oleo
calido partem inflammatam conſpargere atq̨ ex farina triticea quæ
in aqua atq̨ oleo moderate ebullierit cathaplaſma imponere nā hoc
citius ad ſuppuratonē perducit q̄ id quod ex pane conficitur illud.n.
maxime diſſoluendi uim habet ut cui adſint ſales atq̨ fermentum op
timeq̨ toſtum decoctu ſit hæc uero omnia deſunt triticē farinæ & cū
ſuppurari incipientem inflāmationē curaturus ſuppurationem pro-
hibere poſſe ſperaueris tunc plurimum panē ebulire permittas oleo
ſcilicet ac aquam ſubigens ſit autem aquæ ad oleum multiplex pro-
portio/plus autem & hoc ſuppurationem prohibet ordeacea farina
ſimili modo prēparata quæ uero in tali curatione infunditur aqua ha
beat altheæ radices intus decoctas. Si uero per ſumma cutis in parte
inflāmata tenſio ualida fuerit multis ſcarificationibus incidere opor-
tet ac poſtmodū ex farina ordeacea elixata ut diximus cathaplaſma
apponere tantaui autem ſēpius plurimas in ſuperficie ſcarificationes
contrario autem his modo alias profundiores magnas & tertias quæ
mediū tenebant in longitudine ac profunditate quæ igitur in ſuper-
ficie fiebant debile auxiliū afferebant quē uero longe erant atq̨ pro-
fundæ plurimum quidem ſanguinis exhauriebant adeo ut fere animi
defectum afferrent ruſus uero ipē propriam curationem ueluti vul-
nera exigebant quæ autem earum ambaꝝ medium tenebant ſemper
inueni ab inconuenientibus dictis eſſe remotas atq̨ ideo eas in uſu cē
ſui prēferendas in quibus igitur difficulter ad ſuppurationem perue-
nit neq̨ facile diſcuti tumor poteſt ibi humores eſſe cōpactos craſſio-
res ac tenaciores eſt exiſtimandū in his uero diſpoſitionibus tantum
conuenit ea quæ fit per profundiores ſcarificationes curatio. Cōue-
nit etiā id quod ex caricis cōſtat in aqua decoctis cathaplaſma opor-
tet autem non ipſas aſſumere caricas ſed aquā in qua ebulientes ſunt
liquefactē. Expedit uero & caricas pingues eſſe & dulces ut earū hu-
mor non diſſimilis melli uideatur & ſi eas aſſumens decoxeris uſq̨ ad
plurimū temporis reddetur aqua melli tenui ſubſtātia ſimillima: huic
igitur aliquando ordeaceā farinam inijcere oportet aliquando panē
ſyncomiſtū ſic autem nominatā eū qui medius eſt inter exquiſite pu-
rum & furfurac eū uocant autem nonnulli eundem panem autopy-
ron quoniā in puro farinam non qualis natura eſt talem ad conficien
dū ponem aſſumentes ſed prius purgantes furfur excernunt contra
autem in furfuraceo prius adimunt eam farinæ partem quæ puriſſima
eſt: panis autē qui autopyros appellatur qualem habet ex natura fa-

rinam triticum talem etiam ſeruat/oportet aũtem triticum ipſum ex
quo farina ſumitur eſſe ex his quæ generoſa dicuntur: quædã enim ex
ipſis multũ furfuris continent quæ ignobilia nominant: quædam uero
ſiliginem quæ ut dixi generoſa uocãt: nequaq̃ igitur oportet furfura-
ceum eſſe frumentũ ex quo utilem ad cathaplaſmata farinam accipi
mus: ſed queãdmodum dictum eſt multã habere ſiliginem/ꝙ ſi igno-
bilis tritici farinam aſſumpſeris craſſiorẽ furfuris partẽ oportet excer-
nere atꝗ ita panem medium cõficere: ex hoc igitur pane partẽ me-
diam ac teneram ad cathaplaſmata cõmiſcendũ quãdo potentia me
diũ farinę ordeaceę & triticeæ uolueris facere cathaplaſma: nã farina
triticea maxime ad ſuppurationẽ ualet: ordeacea uero plurimũ reſol
uit/hic uero quem diximus panis mediam naturã ſeruat ſicuti & eius
farina inter nuper dictas farinas eſt media: ad hoc igitur reſpiciẽs cũ
decoctione caricarum miſce quod tibi conuenientius uidetur ſiue ex
panibus ſiue ex farinis: ſi uero tumor reſoluatur: minus tamẽ q̃ opor-
teret ſimul coquere oportet cũ caricis hyſopum uel origanũ ſi quãdo
uero uehęmẽtius tumorẽ exiccare uolueris ſales decoctioni adijciaſt
deinde hoc modo infunde farinam ordeaceã: eximatur autẽ & hinc
quicquid furfuraceum eſt/& poſtq̃ plurimũ ebulierit: appone catha-
plaſma. In tumoribus quidem qui difficulter reſoluuntur uerendũ eſt
ne eorũ reliquię prædure relinquantur: quare in ſingulis ſolutionibus
attendere oportet ad quid tranſmutetur oĩs cuius curatio ſuſcipitur
tumor nã ea quę cũ fortiter exiccantibus agitur reliquias duras opera
tur: hoc uero in ſingulis ſolutiõibus animaduertes ſi partem patientẽ
tetigeris & quod nunc apparet illi quod prius uidebatur cõtuleris: ſi
igitur unq̃ tale ſuſpicatus fueris: decoque in aqua cucumeris agreſtis
radicem aut brionię aut aſſari ſæpius quidẽ per ſe ſolam nonnunq̃ ca-
ricas pingues adijciens deinde aquę farinã admiſce cõmiſcens & ali-
quid adipis anſerini pręcipue uel gallinaceiꝙ ſi hi nõ affuerint ſuillũ
adiunges radices quoꝗ earũ quas nup diximus herbaꝝ atꝗ pręterea
altheę ſi poſt moderatam decoctionem cũ pane atꝗ adipe cõteran-
tur huiuſmodi tumores reſoluunt. fortior autẽ hiſce omnibus eſt dra-
contij radix & ſi qñ ea uti uolueris cũ ſit his quas nuper diximus mul-
to ſubtilior atꝗ ad reſoluendum potẽtior omnino adipem cõmiſce:
niſi enim humectaueris atꝗ mollieris induratos tumores ſed cũ forti-
bus medicamẽtis reſoluere tantum ſtudueris: in primis quidẽ diebus
eos inſigniter decreſcere facies ſed pariter id qđ relinquit indurabis:
hoc uero ĩduratũ difficulter reſoluetur: melius igitur nos ut diximus
fortiter reſoluẽtibus medicamẽtis cõmiſcere molliẽtia ne tumores in
ſcirros (quorũ curationẽ in pręſentibꝰ audiuiſti) cõuertantur ueteres.

## De tumore ſuppurato.

RVrſus igiť ad ſuppuratos tumores accedamꝰ: quos ubi poſ-
ſe reſoluere deſperaueris ex farina triticea utere cathaplaſ-
matibus: Nam ad celeritatem ſuppurationis plurimum cõ-
ferunt: deinde aperiens ſi uideris ea quæ circa ſectionẽ ſunt
libera inflammatione medicamentis quę emplaſtica dicũtur utere ſit
autem eorum uis ad exiccandum habilis: careãt etiam morſu ut neꝗ
aſtringentia medicamenta habeant ammixta ſed ea potius quæ ſine
doloris ſenſu reſoluunt uel parum aliquid aſtringentis habeant/ego
vero ſępius in huiuſmodi uſu ſum medicamẽto ex fermento & oſtreis
combuſtis confecto: ſi vero pars aliqua ſectioni cirũcſtans inflãmata
fuerit id quod ex calcite conſtat oleo liquefaciens: ubi uero paulatim
mixtum fuerit in mortario temperans & molliens manibus atꝗ uinũ
infundens ut noſti ad multa uero utile eſt hoc medicamentum queãd
modum in libris de compoſitione pharmacoꝝ diximus faciemus etiã
alios ſi deus uoluerit de paſſionibus quæ ſingulis partibus accidũt ubi
omniũ medicamentorũ/quibus uti conſueui diligenter uires explica-
re tentabo atꝗ eorum uſum oportunum exponere ſed tu iam in hiſce
medicamentis de quibus in hoc libro memini habuiſti a me antea &
menſuras & pręparandi modũ/ubi uero plus oportuno cutis colliqua
ta fuerit in ſuppurationibus: adeo ut panno detrito ſimilis efficiatur
non facile ſubiectis corporibus agglutinatur: ut neceſſe ſit eũ qui ſine
cathaplaſma nominatur curationis modũ adhibere.

## De Sinu.

CVm amplius agglutinandi cutem ſubiectis corporibus creue
rit difficultas huiuſmodi affectum ſinum appellant: deinceps
tibi in memoriam reuocabo huius quoꝗ curationis modum
quẽ uidiſti me ſæpius in pluribus adhibere/ubi talis diſpoſitio
cõſiſtit ſatius eſt fiſtulam directe perforatã uel ex ere uel ex cornu fa-
ctam habere paratam ꝙ ſi hęc non fuerit unũ ex his inſtrumentis quæ
piulca id eſt puris attractiua dicuntur quod foramen latiſſimum ha-
beat & eius quod a nobis compoſitum eſt ex carta combuſta medica
mẽtum, tu ſępe uidiſti me exiguã portionem multo oleo roſaceo per-
miſcere ac per id inſtrumentũ in ſinus inijcere: deinde filis euulſis ori-
ficium claudere: quæcũꝗ uero ẽplaſtica medicamẽta oleo roſaceo li-
quefaciẽtes inijcimus hoc inſtrumentũ non pmeant. In his uero opor
tet ueſicã ſuillã accipiẽtes fiſtulam directum foramen habentem ap-
ponere eſſe uero acriora medicamenta liquefacta q̃ illa quæ emmota

ideſt linamenta dicitur eſt neceſſarium qualia ſunt apud omnes uſi-
tata colore uiridi inſignia/hæc enim oportet non pauco oleo roſaceo
liquefacere ut in ſinum inijci poſſint: diſſoluitur autem ẽmotorũ uis in
huiuſmodi mixtionibus igitur emplaſtica omnino medicamenta qua
le eſt macherionis & epigoni & quod iſis cognominat̃ ubi ad emmo-
torum uſum deducũtur cerati indigent admixtione hæc ad ſinus uti-
lia ſunt qua enim ratione eis ceratum ammiſcetur eadem etiam ſunt
ad ſinus utilia miſcentur autem quoniam uires mordaces habẽt ſi per
ſe ſola liqueſcerent non ammixto ipſis cerato/ſed ubi quidem oleum
roſaceum plurimum fuerit quod uero in ipſo liqueſcit medicamentũ
paucum non amplius acritudinem ſeruat ubi uero ſinus mediocriter
carne oppletus fuerit/tũc agglutinãtia medicamẽta apponere opor-
tet ueluti ſi recenti & ſanguinolento vulneri medicareris. Multa uero
tali ſunt natura prædita quæ partim ex aſphalto conſtant: uocãt au-
tem huiuſmodi neſcio quomodo emplaſtra barbara. Alia uero ſunt
quæ cirrota a colore dicũtur ex litargirio & erugine eris decocta plu
rimum: ſic.n. erugo ruffum colorẽ accipit. Si uero paucũ ebuliat/facit
emplaſtra quæ luthea dicuntur/te uero non latet ꝙ omnia metallica
medicamẽta ſubtiliores partes habent & uim exiccandi maiorem ubi
multum ebulierint: his uero medicamẽtis ubi ſtatim ruffa reponũtur
quædam extrinſecus ſupereminẽtia fuſca concreſcit ex qua pars me
dicamenti profundior pluſq̃ ab initio ruffior uidetur. Atq; iccirco nõ-
nulli huiuſmodi emplaſtra uocant bicolora quidã uero bifacia: quãto
uero ſubtiliora fuerint ac maiorem exiccãdi uim habuerint tãto plus
in ſinum operabũtur/ nam ad eius profundũ oportet trãſmitti uim ſi
intentionẽ propoſitã aſſequi uelimus. Quę uero recẽtia & ſanguinea
vulnera agglutinãt atq; his minus exiccãt labra vulnerũ ſi breuia ex
titerint ac minime profunda agglutinant: atq; ob hoc facile ac cito
quod oportet efficiunt. Si uero in profundum vulnus protendatur/
& ſcituris & fibulis ſolemus in unum colligere ſinus itaq; omnes non
ſimplices ſunt diuiſiones ſed frequenter in ipſis modo una pars mo-
do alia excoriata eſt quod neq; te oportet latere. Cum igitur ad lo-
cum ſuperiorem ſinus extenditur facile per os humor uiciatus elabi-
tur/ſi uero uergit ad ima cum intus retineatur partẽ aliquam conti-
nuam erodit in his quidem ſinibus niſi prius ad effluxũ feceris ſectio-
nem/nihil proficies neq; cum carnẽ generare/ neq; cum agglutinare
uolueris: in alijs uero non opus eſt ſectione ſi modo conuenientẽ figu
ram in parte patiente ſeruaueris ex qua figura potes aliquando ſinũ
ad partem ſuperiorẽ uergentem facere ad inferiorẽ declinare ac cõ-
tra uergentẽ ad ima conuertere ad ſuperiora: uidiſti me igitur ſinũ in

brachio exiſtẽte cuius os erat prope cubitum figura in ſuperiora ten-
dente ſanaſſe ſine alia facta ex aduerſo ſectione / & in coxa ſimiliter
figura ſinus ad ima uergẽte cum ſinus uerſus genu quidẽ terminaret:
altius uero os media coxę regione ſuperius/ ſine ulla ex aduerſo diui-
ſione ſimiliter uidiſti factam eſſe curationẽ ſubijciente me popliti cer
uical molle ut inferiorem ſitum haberet inguem q̃ genu: ſufficit autẽ
in hoc ſinu & alijs iſto maioribus ſolum mellicratũ immiſſum aptũ ad
conglutinandi omnes eius partes profundiores: quidã autem lixiuiã
inieceruut ſeipſos coarguẽtes in his quæ prius ad carnem ſinui indu-
cendam medicamenta appoſuerunt: neq;.n. caro noua adnaſci po-
teſt cum ſordicies prior circũſedit. Quomodo igitur ſufficienter car-
ne innata ſinui conglutinatiuũ adhibent medicamentũ: ſi quidem ue
luti ſatis ſordidum exiſtentẽ lixiuio abſtergere tentãt: cum pura caro
neq; acrius mellicratum toleret: in hoc igitur ſatis eſt ſi hoc tale im-
mittatur quale quiſpiam cum uoluptate potaret & poſt mellicratũ ſo
litus ſum: deinceps anteq̃ medicamentũ conglutinatiuũ imponã ali-
quando uino ſolo aliquãdo aqua mulſa ſinum abluere: nam ad abſter
gendum atq; ad expurgandum circũſtantes humores uiciatos melli-
cratum eſt melius ſed ad conglutinandũ uinũ eſt melius & efficacius
ſit autem quod habeat dulcedinẽ & uim aſtringendi mediocrem. Et
quidem poſt medicamenti agglutinãtis appoſitionem ſpongia noua
ex mulſo ſola circũiciatur q̃ molliter fieri poteſt atq; alligatio quidem
incipiat a fundo ſinus: finiat autem ad os ſed nec linteorum circũuo-
lutiones ad fundum ſinus dolore afficiant ſed cõſtringatur paulatim
atq; ſoluant̃ uſq; ad os ſinus & hoc ipſum habeat laxam pharmaci al-
ligationem & quod circũapponitur emplaſtro ita cum forficibus diſci
ſco ut ex ore ſinus humores uiciati ſi qui excernantur poſſint effluere
paruo aliquo alio ipſi impoſito emplaſtro uſq; ad ſolutionẽ quam ter
tia die faciens auferes hoc ipſum/quod ueluti ſuprapoſitum circũia-
cet id quod per totum ſinum circũiectum eſt medicamentum relin-
quens. Indicium autẽ tibi ſit nũquid pars ſinus profunda ſit bene con
glutinata humor emanãs ſi multus aut paucus decoctus aut crudus.
Adhuc autẽ ſi neq; in ipſo ſinu dolor ſentiatur neq; tumor appareat/
ſed totus locus depreſſus ſiccus atq; expers doloris exiſtat: ſi autẽ &
pus in pactum in ore uideris/paucum adhuc magis bona tibi ſit ſpes
de ſinus conglutinatione imponẽſq; rurſus ſpongiam ac denuo alli-
gans ut diximus ſecunda die uel tertia ſolue permutãs ſemper quod
ori ſinus ſuperſtat lintheum eodem emplaſtro perunctum quod totũ
os in circuitu compręhendet. Oportet autem non eſſe admodum im
preſſum/ſed ita ut omnis humor uiciatus ex ſinu per ipſum poſſit eua
cuari: in prima igitur & ſecunda die ſi aliquis humor tenuis a ſinu ex-

cernitur noli omnino de conglutinatione deſperare: ſępius enim circuniecti membro patienti uis medicamenti uehementer exprimit ex ipſa cute & carne ſubiecta tenuem humiditatē quando ita affectum fuerit corpus ægroti / aut ex naturali temperatura / aut ex malo uictu qua humiditate expreſſa ſpacia mediocriter exiccata conglutināntur. In tertio autem & quarto ab initio die ſi humor crudus ex ore ſe oſtēderit tunc ſcito ſinum non eſſe conglutinatū ſit autem præ omnibus id quod patienti membro circūijcitur medicamentum: uehementer quidem exiccans neqꝫ mordens uero neqꝫ intēdens ueluti eſt noſtrū quod cirrum uocatur ſine cera confectum ex metallicis medicamentis elixatis & oleo cicino & aceto quod vulnera ſanguinolēta conglutinat ac ſine moleſtia ſinus exiccat: uidiſti uero & ipſo ſanatas fiſtulas aliquando in quibus anguſto exiſtente foramine cum nondum intus callum haberent ſed ſordiciem ſolum / immiſi primum lixiuium deinde tamdiu intus permanere permiſi donec ſperaui totam ſordiciem penitus excidiſſe poſtmodum medicamentū appoſui. Sic uero & eos qui ſub cute ſunt / ſola ſinus in quibus nondum carnē generari oporteat quiqꝫ ruditer a quibuſdā curati erant facta ſimul ſuſceptione hoc medicamento conglutinaui cum tamen prius lixiuio abluiſſem quoniam qui ulcera curant nullum ex his quę expurgādi uim habēt adhibent medicamentum / ubi uero qui ad abſceſſum perueniunt tumores tarde ſecti fuerint aut ob medicantiū imperitiam / aut eorum quibus medela adhibetur timiditatē q ſecari nō patiuntur ſed expectāt ut longiori tempore cutis a pure rodatur: contingit.n.ſæpius uniuerſam cutim a pure circa abſceſſum aggregato ſufficiēter extenuari inſtar lacere ueſtis unde & illi nomen laceroſi a medicis inditum puto eſt itaqꝫ huiuſmodi cutis conglutinari cōtumax p̃cipue ſi quis ſm̃ ſubſtantiam ſiccum medicamentum imponat: ex his.n.magis fit laceræ veſti ſimilis & ſicca cutis inſtar pellium detritaꝝ: uiſum eſt igitur mihi oportunum ſi quis ad eius cōglutinationē utatur medicamēto ſubſtantia quidem humido potentia autem ſicco: dictum eſt autem in libris de medicamentis ꝙ potentia ſicca medicamēta dici ſolent a medicis quæ exiccandi uim habent: optimum autem ex omnibus medicamentis quæ ſubſtantiā quidem humidam habent uim aut exiccādi eſt id quod a me compoſitum eſt ex litargirio & adipe ſuillo antiquo & chalcite quibus additum ſit oleum ueruſtiſſimū: nam uim eius eſſe efficaciorē ſum expertus ad huiuſmodi diſpoſitiones quum neqꝫ admodum durū fuerit neqꝫ exquiſite non inficiens ſed ſi tale cōficiatur & vulnerum ſanguine manātium cōglutinatiuū erit: & omnia etiam vlceræ ad cicatricem perducit ſi & oleo remittatur & cum uino mediocris ætatis commiſceatur: deinde in circuitu eiuſmodi diſpoſitionibus apponatur quas ſæpius ſine ulla moleſtia conglutinauit. Confert autem ut diximus in laceroſis cutibus non parum mel ſi uſqꝫ ad emplaſtri conſiſtentiā elixetur / eius uero elixationis mediocritas uix recte perficitur niſi inſpiciatur: oportet.n.ipſum neqꝫ adeo eſſe durū ut difficulter labatur neqꝫ ita humidū ut circunfluat / nam quod durū eſt ad eandem peruenit cum duris emplaſtris abſurditatē: humidum uero ueluti ſuperiectum calido corpori undiqꝫ circūfluit & ſiccum lintheum derelinquit quod nō modo nihil inuat ſed etiā nōnunq̄ obeſt cuti quæ debet conglutinari. At ſi mediocriter elixetur hoc quidem optimū eſt medicamentū in huiuſmodi ſinibus ſed quoniam elixationis eius medioeritas non facile poteſt coniectura attigi rectius mihi uiſum eſt ei myrrham ſubtiliter tritam aſpergere aut aloem uel thus aut aliquod ex his uel omnia ſimul: tum pręcipue cum lintheo iunctū humidius apparet. Oportet autē aſpergere iſta per cribrum quod ſublime ſupra mel teneatur: ſufficit autem ſemel aut bis agitare ut mediocriter excidat: ſæpius uero & dum elixatur adijcio melli aliquid ex antedictis medicamentis / quando præſertim ſinus maior fuerit atqꝫ profundior uſus ſum aliquando & tenui centaureo quod mirū eſt ad huiuſmodi medicamentū: poſt ipſum uero & ſimphitū utile eſt: & deinde ireos illiricę radix: poſtea farina ex orobis / neqꝫ obſcurū eſt quin & contundi oporteat & per cribrum ſubtile tranſmitti. Ac poſtmodum reſolui talia omnia / melli autem cōmiſcentur eo tempore quando debet ab igne ammoueri tantū nobis ſuper terētibus donec melli decocto optime uniantur: melius autē fuerit ſi cacabū ab igne ammouentes hæc oīa admiſceātur: & deinde diligēter agitemus donec mel adeo tepidū reddaẗ ut corpi cui curatio adhibeaẗ poſſit īponi.

## ℭ De gangrena.

Conſequens eſt ut deinceps dicamus de inflāmationibus quæ gangrene factę ſunt / nominant autem (ut noſti) gangrenas eas quæ ex magnitudine inflāmationis fiunt mortificationes quæ uondū tamen integre factę ſunt nam cū omnino mēbrū effectum eſt emortuū ut punctū uel ſectum uel aduſtum non ſentiat quæ patitur / ſtatim recidere oportet qua ſanā partem uicinam attingit / ſed quod ita affectū eſt denigratur: quod uero in medio eſt conſtitutum ita ut tendat ad mortē gangrena nominatur. Curatur autē euacuātibus nobis q̃ poſſumus multū ſanguinis qui in mēbro patiēte cōpingitur cuius cauſa fiūt mortificatiōes ob id quod arterię ex anguſtia loci nequeūt ſe attollere: reliquo aūt trāſpiratiōes exhibere. Aut igitur cutē uniuerſam multis ſectionibus profūdis ſecare oportet una cum ſubiecta ſubſtantia aut plurimis ſcarificationibus profundis inci-

dere ſanguinem uero manate permittens imponere debes ex medi-
camētis aliquod ad putreſcētia utilibus cuiuſmodi eſt farina orobi uel
lolij ſi uero talia non aſſint fabarum farinā adhibe atq; ipſum oximel
ſolum & ſi fortius medicamen apponere uelis adijce ſal aut ex troci-
ſcis aliquē exquiſitiſſime tritū qualis andronis & polyidis & paſſionis
eſt & muſæ medicamentum ad hęc aptiſſimum quod in here ſectio-
ne ſcriptum eſt utaris autem ex his quę antea diximus animum aduer
tens ad corpus ęgroti/nam ſi ruſticum fuerit & durum natura fortiſſi-
ma medicamenta deſiderat fœmineum uero & molles carnes habēs
imbecilliora ſic & uiri qcūq; & molles carnes habēt & ballneas amāt
& in ocio degunt mollia exigunt medicamenta neq; dubiū eſt idem
in pueris faciendum eſſe/ & ſi quando etiam putrefactam atq; emor-
tuam partem abſcideris ut ſecurius agas his utere medicamentis na-
turam corporū ſimul attendens atq; eius inſuper partis quę male affe
cta eſt/quędam enim ſunt quę citiſſime ad putredinem ueniunt/ & ſa
tius eſt ob maiorem ſecuritatem quando abſcindis aut circuncidis id
quod iam putruit eam quę ueluti quędam radix eſt ſanæ parti adiun-
ctam adurere ſicuti ſępius in pudendis facere conſueuimus nonnū̄q̄
male affectis partibus quę adurunt afferentes quando uero linamen-
tum ſubmittens facta uero aduſtione ſolemus (ut noſti) uti ſucco por
ri qui ubi non adſit his quę paulo ante dixmus ubi uero tibi uidebitur
his remedijs adhibitis ceſſare putredo ut cito cruſta excidat medica-
mento quod nominatur cephalicū cū melle utere. Melius uero & ex
hydreleo pane decocto uel farina ordeacea uel etiam triticea facere
cathaplaſma id etiam medicamētū quod tetrapharmacū nominatur
ac pręterea macedonicum ſunt cruſtarū ſuppurationibus atq; earum
accidentijs accōmodatiſſima ſimiliter autem & quæcūq; uim habent
ad ſuppurationē perducendi & panis uero tritus cum apio & ocymo
optime cruſtas diſrumpunt ex ſimplicibus autem medicamentis iris
uel radix panacis uel ariſtolochie uel acori cū melle in molibus uero
corporibus ſufficit orobi farina cum melle uel thure. Aufert autem &
cruſtas macherionis medicamentum & iris cum melle cum uero ex-
ciderint cruſte huiuſmodi ulcera poſſunt qbuſcūq; medicamētis quæ
carnem inducant ad ſanitatem perduci.

## De Cancris.

CVm de his habūde dictū ſit reliquū eſt ut de carcinoſis tumo
ribus diſſeramus qui in omnibus qdē partib⁹ corporis fieri cō-
ſueuerūt ſed in māmillis pręſertim mulierų quæ a natura pur-
gationē nō habēt quę ubi nudū ſeruauerit tūc mulier integra
fruiī ſanitate: hi uero oēs tumores ex atræ bilis ſuperfluitate generan
tur de qua duximus in cōmentarijs in quibus de potētijs naturalibus

egimus ubi oſtēdimus hunc humorem dum ſanguis in epate fit fecis
uinariæ proportione generari: expurgari autē a ſplene qui ex eo na-
turaliter habet alimentum. Cum igitur naturalis temperatura hunc
humorem paucū generauerit & ratio uictus adhibita confert & ſplē
ſatis attrahit ex eo qui generaī/ nulla huiuſmodi ſuperfluitas in uenis
coacerua ur. At cum uel omnia uel aliqua eueniūt in contrariū tunc
in uenis multiplicatur & eas de quibus dicturi ſumus facit ægritudi-
nes: Dico autem his quæ antea expoſuimus contraria ut. ſ. epar ad ge
nerandum huiuſmodi ſuperfluitatem ſit aptum: ſit etiam ratio uictus
per tales adhibita cibos qui craſſum & feculentum humorē procrea-
re natura apti ſunt: ſplen uero ſit natura imbecillior: & quicquid de
ea ſuperfluitate generatur ad ſe minime trahere potēs. In hoc uero
corpore turbidus fit ac craſſeſcit is qui in uenis continetur ſanguis &
nōnunq̄ a uenis habentibus (ſicut & alia omnia) cum excernendi id
quod extraneum eſt per emorrhoidas excernitur: ſæpius autē & ad
uarices decumbit & quādoq; ad cutem uniuerſam expellitur / fitq; is
morbus quem elephantē nomināt/nam & aliquādo ad alias corpo-
ris partes quæ cęteris ſunt imbecilliores humor iſte defertur atq; eui-
denter apparent quæ in illa parte ſunt uenę nigro ſanguine ac craſſo
plenæ quantoq; craſſior fuerit ac nigrior tanto deterior eſt paſſio: in
māmillis autē ſępe uidimus tomorē forma ac figura cācro animali cō
ſimilē. Nam quēadmodū in iſto pedes ex utraq; parte ſunt corporis/
ita in hoc morbo uenæ diſtendūtur ac figurā omnino ſimilē cācro re-
preſentāt hunc morbū per ſui initia ſępe ſanauimus. Sed ubi in molē
inſignē ſatis attollitur nemo ſine manus opere potuit curare. Itaq; in
omni huius generis curatione: intentio eſt totū qui circūſtat tumorē
præter naturā qui partibus ſanis adhęret abſcidere ſed ob uaſorų ma
gnitudinē cū præſertim fuerint arteriæ profluuij ſanguinis ſtatim pe-
riculū imminet: ꝙ ſi laqueis eas circūpręhēdas paſſiones inſequūtur.
Si autē & morbi radices exurere ſtatuas neq; huic rei maximū pericu
lum deeſt cū prope loca mortalia fit inſignis aduſtio hunc igitur mor
bum (ut diximus) in principio ſanauimus: & tunc pręſertim cum atræ
bilis humor non admodū craſſus uidebatur exiſtere. Nam ſic purgā-
tibus medicamētis ex quibus ſanitas ſequitur prompte ſuccūbit neq;
obſcurum eſt huiuſmodi medicamēta debere eſſe euacuādę atræ bili
accōmodata quod tam diu faciendū eſt donec ſanitas priſtina ſubſe-
quatur quando ratio uictus optimos generās humores interim adhi-
beatur. In alexādria quidem elephantis morbo plurimi corripiuntur
propter uictus modum & regionis feruorem. At in germania & miſia
rariſſima hęc paſſio uidetur & apud ſcytas lactis potatores nunq̄ fere

apparuit: in alexãdria uero plurimũ generatur ex uictus ratione. Comedũt.n. farinam elixatá & lentem & cochleas & plura ſalita & nõnulli ex ipſis carnes aſininas & alia quędam quæ craſſum & atræ bilis humorẽ generant. Nam cum circũſtans aer calidus ſit motus humoꝝ agitur uerſus cutẽ huic igitur morbo quas antea diximus cõferũt purgatiões qđ ſi & ætas & uirtus ꝑmiſerint ſanguis prius mittẽdus eſt.

### ¶ De cura cancri.

IN cancris uero non inutile eſt neq; in iſtis ubi nihil prohibet ſanguinẽ mittere demũ purgare & ſi fuerint mulieres mẽſtrua euocare: ſi quidem nõdum quĩquageſimũ annum attigerint / patiẽti autem particulæ ſuccus ſolani imponatur / nam hoc medicamen ad huiuſmodi utile eſt: quod ſi nolit ægrotás medicamento adeo humido illiniri cum præſertim domũ exit ad conſueta negocia peragẽda medicamen ex pompholyge conſtás / eſt imponendũ quo me uidiſti uti ad cancros exulceratos / & ſi hoc non adſit / adhibe alterũ medicamentũ noſtrũ quod ex chalcite fit. In uictus uero ratione ſuccus ptyſanæ abundáter exhibendus & ſerum lactis / & ex oleribus malua attriplex & bletum / & quádo tempus tulerit cucurbitis / utendũ & piſcibus petroſis & uolatilibus exceptis paluſtribus.

### ¶ De Elephantia.

SEd his qui elephantiá patiuntur in uiperarum eſu eſt mirabile auxilium. Ita uero eas condire oportet: quẽadmodũ uidiſti marſos quirferis uenenatis & aſpidibus nutriũtur. Capite quidẽ primum abſciſſo & cauda uſq; ad digitos: quatuor deinde omnibus interaneis exemptis cute etiam ut liquere poteſt adẽpta aqua: deide abluatur corpus ipſaꝝ ſed neq; aliter cum theriacum antidotũ conficere uolumus uſq; ad hoc præparamus ſed deinceps coquimus / differenter: in theriaca autem paululũ anethi & pauci ſalis in aqua ponẽtes: in his autẽ qui elephátiaſi laborát in olla anguillaꝝ modo pręparantes & album ius efficiẽtes: fit autẽ hoc modo. Aqua abundantis in ollam funditur paucũ olei & cum hoc portum & anetum adijcitur: liquet autẽ ꝙ uiperaꝝ carnes ſunt decoquẽdę donec exquiſite molles reddantur. Ipſum etiam medicamentũ confectũ ex uiperis quod theriacam appellant optimũ eſt ad potandũ ijs qui huiuſmodi morbo laborant uel etiam ſi cui libuerit ad cutem obliniendá: nam cum omnia hæc facta fuerint nõnũq̃ ſolet ſquama a cute decidere aut quid ſimile ei quod ſeniũ ſerpẽtis appellatur: in alijs aũt tumoribus pręter naturá non putaui oportere eam quę manu fit curá hoc in loco ſcribendá cũ tu medicamẽta probatiſſima a nobis acceperis.

### ¶ De Strumis.

IN ſtrumis.n. ea quæ aſtringere & exiccare / & pus etiam facere poſſunt: in his autẽ quæ melicerides dicuntur ea quæ has diſſoluendi uim habent & quæ pus reſoluunt medicamenta & aquam in ſcroto & abdomine accepiſti quibus etiá in aqua intercute laborantibus utaris. In his.n. duplex intentio eſt. ſ. ut ſanetur tumor durus in uiſcere & coaceruata humiditas diſſoluatur. At prius de ſcirri curatione dictũ eſt / ſed differunt quum talẽ tumorẽ partes patiuntur & differentẽ exigunt curá. Quare curatio hydropũ ad has tres reducitur intentiones ut ſanemus durũ tumorẽ qui in uiſcere eſt ut ea apponamus quæ humiditatẽ diſſoluunt & medicamenta quę uriná mouent in potu demus: hæc quidẽ ad te miſſa qui longe peregrinaturus eras mediocriter ſe habere uiſa ſunt. Si uero (ut inſtitui) librũ de medicamentis ſm morbos & loca patiẽtia cõpoſuero illum in tuo reditu habebis. Sed & aliud opus magnũ amicis expoſtulátibus exarabitur in quo tota ars curandi continetur etiam ſi tibi peregre detineri diutius contigerit ſingulos qui a nobis ſcribentur cõmentarios ad te mittere non grauabimur.

SECVNDI ET VLTIMI LIBRI
GALENI DE ARTE CVRATIVA AD GLAVCONEM .N. LEONICENO INTERPRETE.
FINIS
✠

Regiſtrum.

I K L M Omnes ſunt quaterni præter M qui eſt ternus.

# NICOLAVS LEONICENVS VICENTINVS ALFONSINO TROTTÆ FERRARIENSI VIRO CLARISSIMO S. P. D.

✠



ALERIVS Maximus/factorum/ac dictorũ memorabiliũ ſcriptor grauiſſimus / & meo iudicio diſertiſſimus inter cętera memoria digna Geliæ cuiuſdam ciuis Agrigentini liberalitatẽ ſummis laudibus effert. Qui cum ingẽtes diuitias poſſideret. Erat tamen animo q̃ opibus locupletior/vt qui multa munia publice atq; priuatim ſuæ munificẽtię exequeretur tam largiter/atq; profuſæ / ut bona quæ poſſidebat cõmune patrimoniũ cum ſuorũ ciuium / tum externorũ eſſe cenſeretur. Idem genus laudũ tu quoq; Alfonſine Trottę/Sigiſmundi Trotti ſoboles in tua patria Ferraria nobiliſſime atq; ditiſſime meruiſti. Qui hiſce miſerabilibus tẽporibus in quibus uniuerſa fere Italia barbarorũ/ atq; immanũ gentium præda facta eſt multis ob hanc cauſam inopia laborãtibus ſubueniſti q̃uis tu etiam ex ſimili clade magnã iacturã in tuis reditibus feciſſes. Præcipue autẽ doctos homines bonarũ artiam ſtudioſos tuis opibus adiuuiſti. In quorũ numero cum me cæteris pręferendum indicares multis/ac uarijs muneribus quotidie cumulaſti & domum tuam mihi quandã ueluti cellam pẽnariã omnium rerum quę ad uictum humanũ ſunt neceſſariæ eſſe uoluiſti. Quam ob rem niſi hanc in me tuam benificentiã pro meritis extimauero niſi aliquam gratæ mentis ſignificationem exhibuero non parui ſane criminis reus ingratitudinis ſcilicet potuerim iudicari. Cogitanti uero mihi qua uia poſſem me hac culpa exonerare/nulla alia potior mihi uiſa eſt/& qua magis poſſem tuis honeſtiſſimis deſiderijs ſatiſfacere/q̃ ſi aliquam ex meis lucubrationibus tui nominis immortalitati dedicarem: Quæ donec extabit ſemper honos nomenq; tuum laudeſq; manebunt: habẽt enim hanc litterarum monumenta prorogatiuam/ut nunq̃ pereant:

N

neq; ſint ludis fortunæ ueluti cætera bona quæ a Stoicis indifferentia nominantur expoſita. Accipe igitur uir Magnifice gratanter opus Galeni de potentijs naturalibus inſcriptum iampridem a me ex græca lingua in latinam conuerſum. Nunc uero tibi meritiſſimo propter cauſas ſupradictas nuncupatum a multis etiam medicis/ atq; philoſophis dudum expetitum: Qui tibi non parum debere fatebuntur/ ſi eū tuo ductu/atq; auſpitijs in lucem prodijſſe/ ex hac mea dicatura proxima intellexerint. Vale.

# LIBER PRIMVS GALENI DE POTENTIIS NATVRALIBVS INTERPRETE NICHOLAO LEONICENO VINCENTINO.

QVONIAM ſentire quidē ac moueri ſm electionem propriū eſt animaliū: augeri uero atq; nutriri etiam plantis cōmunia eſſent utiq; priora quidem animæ. Secunda uero naturæ opera: ſi quis uero vult etiam plantas animā participare & ipſas ſęperans hanc quidē naturalē nominet / ſenſitiuā autē alteram neq; hic quidē alia ſentit uerū utitur uocabulo non admodū conſueto. Nos uero perſuaſi magnā eſſe orationis virtutem dilucidítatē: hancq; a nullo adeo altero ſicuti a nominibus inuſitatis corrumpi cognoſcentes multoꝝ conſuetudinē in loquendo immittantes/ab anima quidem atq; natura animalia dicimus gubernari: a natura uero plantas & augeri quidem atq; nutriri naturæ opera & non animę eſſe dicimus: & in hoc ſermone ꝑquiremus a qbus potentijs hęc fiant & ſi qd aliud naturæ opus eſt: verū prius diſtinguere oportet/& manifeſte ſingula nomina declarare qbus in hoc ſermone uſuri ſumus/& ad cuius rei ſignificationē ipſa afferramus. Erit autem hoc naturaliū operum doctrina iuncta cum nominū expoſitionibus. Quando igitur corpus aliquod nihil in ijs quæ prius ipſi affuerunt/immutatur: tunc ipſum quieſcere dicimus. Si uero ab aliquo illoꝝ exierit ſm illud moueri dicetur & quidem qum talis exitus multipliciter fiat: multipliciter etiam mouebitur. Nam ſi ex albo nigrū fiat aut ex nigro albū ſm colorē mouebitur / & ſi dulce interim exiſtens: rurſus auſterū uel contra ex auſtero dulce fiat & hoc quoq; ſm ſaporem moueri dicit: hæc autem ambo & quę prædicta ſunt ſm qualitatem moueri dicentur / & non ſolum quæ ſm colorem uel ſaporem uariantur moueri dicimus/ſed & calidius factum ex frigidore uel frigidius ex calidiore ſicuti & ſi quid ex humidtate ad ſiccitatē / vel ex ſiccitate ad

hũiditatẽ trãſferatur. Cõmune aũt de his omnibus nomẽ aſſignamus
ſcilicet alterationẽ unum cõmune genus motus exiſtens. Alterũ uero
genus in his eſt corporibus. Quæ ſm ſitũ tranſmutãtur / & de loco ad
locũ transferri dicũtur. Vocat aũt & huiuſmodi genus latio. hi igitur
duo motus ſimplices ac primi ſunt cõpoſiti aũt ex ipſis augumẽtatio
& cõminutio quãdo ex minori maius uel ex maiori minus fit propriã
formã conſeruans alij autẽ duo motus generatio atq; corruptio gene
ratio quidẽ ad ſubſtãtiã perductio: corruptio autẽ quę cõtraria illi eſt
omnibus autem motibus cõmune eſt uariatio prçexiſtentis ſicuti & in
quietibus prçexiſtentia ſeruantur ſed ꝙ quidẽ immutẽtur ad uiſum &
ad guſtũ & ad tactũ cibi quando ex ipſis ſanguis fit concedunt ſophi-
ſtæ ꝙ autẽ res uera ſit non æque uolunt concedere nam quidã ex ip-
ſis talia omnia quaſdã eſſe noſtrorũ ſenſuum deceptiones & deluſio-
nes exiſtimant quũ alias aliter ſubiecta ſubſtantia patiatur & nihil ex
ijs a quibus nominatur accipiat quidã uero ſunt qui eſſe quidẽ in ipſa
natura qualitates putant uerũ nulli tranſmutationi ac cõuerſioni ob-
noxias ex ſæculo in ſçculũ arbitrãtur eas uero quæ in ipſa apparẽt al-
terationes aiunt per concretionẽ & ſecretionem fieri cuius opinionis
auctor fuit Anaxagoras. Si uero uelim ad hos redarguendos digredi
plura eſſent ſuperuacuã q necesſaria ſi enim nõ norunt ea omnia quæ
de ea quæ ſecundũ totam ſubſtantiam fit alteratione Ariſtoteles atq;
poſt ipſum Criſippus ſcripſerũt exhortari homines oportet ut illorũ
perlegant ſcripta ſi uero iſta cognoſcant deinde ſpõte deteriora pro
melioribus eligunt etiã quę noſtra ſunt uana iudicabunt ꝙ autẽ idem
de his Hippocrates ſenſerit: & Ariſtotele antiquior oſtenſum eſt alio
in loco a nobis. Primus enim hic ex omnib⁹ medicis atq; philoſophis
qui ad noſtrã notitiã peruenerunt conatus eſt demonſtrare quattuor
eſſe omnes quę in ſe uiciſſim agunt qualitates a quibus generantur &
corrũpuntur quæcũq; generationẽ corruptionẽq; ſuſcipiũt & primus
ex his quos nouimus Hippocrates ſciuit ꝙ huiuſmodi qualitates totæ
per ſe totas iuuicem cõmiſcentur principia uero demõſtrationũ quas
poſtea Ariſtoteles pertractauit apud priorẽ Hippocratẽ licet inueni
re. Si uero quẽadmodũ qualitates ita & ſubſtantias per ſe totas cõmi
ſcere credere oporteat ſicuti poſtea Zenon cõtieus oſtẽdit nõ equi-
dẽ exiſtimo oportere in hoc ſermone perquirere nã hoc unũ tantum
in prçſentia ſcire eſt neceſſariũ ꝙ ſit quędã per totam ſubſtantiã alte
ratio ne quiſpiã oſſis & carnis & nerui & aliarũ ſingularum partium /
ueluti quandã miſcelaneã contineri in pane opinetur ac deinceps in
corpore fieri ſecretionẽ ita ꝙ unumquodq; ſimile tẽdat ad ſimile. At
qui anteq̃ huiuſmodi ſecretio fiat totus panis in ſanguinẽ uerſus ap-

qui anteq̃ huiuſmodi ſecretio fiat totus panis in ſanguinem uerſus
paret: ſi igitur longo tẽpore nullus alius cibus foret aſſumptus nihilo
minus ſanguis contineretur in uenis / & manifeſte hoc illorum redar-
guit opinionẽ qui elementa ſtatuunt intranſmutabilia / ſicuti etiam
(ut arbitror) oleum quod totum in lucernæ flammã abſumitur / &
ligna quæ paulopoſt ignis fiunt: propoſueram tamen iſtis non con-
tradicere: uerum quia hoc exemplum non eſt extra materiam medi-
cinalem / & mihi ad præſentem ſermonem futurum eſt opportunum
propterea de ipſo feci mentionem / quare (ut dixi) eam quæ eſt ad
iſtos contradictionẽ relinquẽtes omnem: Deinceps ſermonem facie-
mus ad illos qui ea quę ab antiquis tradita ſunt / & ex quibus nos ſeor
ſum de ipſis conſiderauimus diſcere uolunt / & illa perquiremus de
quibus ab initio dicere propoſuimus. Quot & quęnam ſint naturę po
tentiæ / & quod opus ſingulæ earum natura aptæ ſunt facere: uoco
autem uidelicet opus / id quod iam factum eſt / atq; completũ ab illa-
rum operatione / ueluti ſanguinem / carnem & neruũ: operationẽ au-
tem uoco motum effectiuũ / & illam quæ huius eſt cauſa potentiam:
quia enim quum ex cibo fit ſanguis: paſſibilis quidem cibi / effectiuus
autem uenæ motus exiſtit: eodem autem modo quum pedes aut ma
nus tranſferimus: mouet quidem muſculus: oſſa uero mouẽtur. Venę
igitur motum & muſculorũ operationem eſſe dicimus. Ciborum au-
tem & oſſium accidens quoddam ac paſſionẽ: hæc enim feruntur / illi
uero alterantur: operationẽ igitur etiam naturæ opus uocare licet /
ueluti coctionem diſtributionẽ ſanguinis generationem: non tamen
opus omnino operationẽ nominamus: nam caro quidẽ naturæ opus
eſt / non tamen operatio / manifeſtum igitur ꝙ alterum quidẽ nomẽ
dupliciter dicitur. Alterum uero ſecundũ unum modum: mihi quidẽ
igitur & uena & reliqua omnia propter qualem quãdã / quæ ex quat-
tuor qualitatibus exultat temperaturam tali modo operari uidetur:
ſunt autem non pauci numero viri neq; ignobiles philoſophi / ac me-
dici qui calido quidem ac frigido efficientiã tribuunt: iſtis uero ſiccũ
atq; humidum tanq̃ paſſibilia ſubijciunt: & primus utiq; Ariſtoteles
omnium particulariũ cauſas ad hęc principia referre tẽtat. Sequutus
autem eſt ipſum: deinceps & Stoicorũ chorus. Et quidem his utpote
qui elementorũ mutuam tranſmutationem / fuſionibus quibuſdam &
condẽſationibus aſſignant rationabile fuit calidum & frigidum prin
cipia effectiua ſtatuere. Ariſtoteli autem non æque ſed ipſi qui quat-
tuor qualitatibus ad generationem utitur elementorum / melius erat
etiam omnes particulariũ cauſas ad eaſdẽ qualitates reducere. Cur
igitur in libris quidem de generatiõe & corruptiõe utitur quattuor:



//graece ὡδί πως. elegãti linacr) hoc uel illo modo

tantũmodo: ſi enim ꝙ ĩ animalibus quidem ac plantis plus ſane facit
calidum & frigidum: minus uero humidum ac ſiccum quiſpiã oſten-
derit / forte & Hippocratem ſibi in hoc inueniet conſentientem : ſi
uero hoc idem in omnibus non equidem arbitror hoc conceſſurum
non modo Hippocratem / ſed neq; ipſum / ut opinor / Ariſtotelem
modo eorum meminiſſe uoluerit quæ in libris de generatione & cor-
ruprione non ſimpliciter / ſed cum demõſtratione perdocuit / ſed de
his quidem etiam in libris de temperaturis quantum medico erat
oportunum conſiderauimus : hæc igitur potentia quæ in ueuis eſt
ſanguifica nominata & quæcnnque alia potentia in eo quod ad ali-
quid intelligitur: primũ enim operationis potentia eſt cauſa iam ue-
ro & ipſius operis ex accidenti quoddam / ſed ſi quidem cauſa ad
aliquid dicitur. Ad illud enim tantummodo opus quod ab ipſa fit /
& ad nullum alterum : liquet etiam potentiam ad aliquid eſſe / & do-
nec cauſæ operantis ſubſtantiam ignorauerimus hanc potentiam
nominamus quandam eſſe dicentes in uenis ſanguinis effectricem:
Similiter autem & in uentriculo coctricem / & in corde pulſualem /
atque in ſingulis alijs membris propriam quandam eius quæ eſt in
membro operationis : ſi igitur uia quaddam rationali uolumus in-
uenire quot & quales quædam ſint iſtæ potentiæ ab operibus eſt in-
choandum . Singula enim horum ab aliqua fiunt operatione & ha-
rum unaquæque cauſam habet antecedentem : opera igitur naturæ
ſunt quum adhuc in vtero eſt animal atque formatur omnes parti-
culæ corporis : iam uero ipſo edito in lucem commune in omnibus
opus eſt / ea quæ eſt in ſingulis magnitudo perfecta / & poſt hæc
uſque ad tempus quod poſſibile ſit perduratio . Sunt autem in tribus
dictis operibus tres neceſſariæ operationes ſcilicet in ſingulis una
generatio augumentatio atq; nutritio / ſed generatio quidẽ non eſt
ſimplex quædam naturæ operatio / ſed ex alteratione conſtat & for-
matione: nã ut os fiat & neruus / & uena / & quælibet alia pars altera-
ri oportet ſubiectã ſubſtãtiam ex qua animal generatur / vt autem &
figuram conuenientem & ſitum / & concauitates quaſdam atq; pro-
pagines cohalituſque / & alia talia habeat formari oportet altera-
tam ſubſtantiam quam ſi materiam animalis uocaueris / ſicuti ligna
nauis & ſtatuæ ceram / haud quaquã aberraueris: augumẽtatio incre-
mentum eſt atq; diſtentio in longitudinem profunditatem & latitu-
dinem earundem partium quarum etat & afformatio. Nutritio uero
eſt ad hæc eadem adiectio ſine diſtentione : De prima igitur genera-
tione agamus / quam ex alteratione & formatione fieri dicebamus.
Iniecto iam ſemine in uterum uel in terram : nihil enim differt ſatis

quibuſdam temporibus multæ conſtituuntur partes eius. Quæ gene-
ratur ſubſtantiæ humiditate ſiccitate frigiditate & caliditate / & alijs
omnibus : quæcunq; ad hæc conſequuntur differentes : quæ autem
conſequuntur agnoſcis . Si omnino in libris de generatione & cor-
ruptiones es philoſophatus: reliquæ enim ex his quæ differẽtiæ tacti-
les nominantur illas quas diximus primas : & maxime conſequun-
tur: poſt has uero guſtabiles & odorabiles atq; uiſibiles: Durities igi-
tur atq; mollities & tenacitas & ariditas & grauitas & leuitas & den-
ſitas & raritas & lenitas & aſperitas & tenuitas tactiles ſunt diffe-
rentiæ de quibus omnibus recte eſt ab Ariſtotele ſcriptum . Noſti
autem & guſtabiles / & odorabiles / & uiſibiles differentias : ita ꝙ ſi
primas quidem & elementales / & alteratrices potentias quæſiue-
ris: hæ ſunt humiditas / caliditas / ſiccitas atq; frigiditas . Si uero eas
quæ ex harum temperatura fiunt tot in unoquoq; animali ſunt quot
etiam elementa ſenſibilia. Vocantur autem ſenſibilia elementa par-
tes omnes ſimilares corporis: & has quidem nõ ex aliqua mæthodo /
ſed ipſis oculis intuentes ex ſectionibus diſcere oportet: os quidem
& cartilaginem / & neruum / & membranam / & uenam: & quæcunq;
alia talia in prima animalis generatione natura operatur : potentia
quidem utens ut uniuerſali utamur uocabulo generatrice & altera-
trice: particulariter autem calefactiua frigefactiua & humectati-
ua & exiccatiua / & alijs quæ ex harum fiunt temperatura qualis eſt
oſſifica / quædam & neruifica & cartilaginifica. Nam clarioris intel-
ligentiæ gratia: talibus quoq; nominibus uti debemus . Eſt igitur
& propria hæpatis caro ex hoc genere / & ſplenis / & renum / &
pulmonis ac cordis: ſic autem & cerebri proprium corpus / & uen-
tris / & ſtomachi / & inteſtinorum atq; uterorum ſenſibile. Elemen-
tum eſt aliquid ſimilare / ac ſimplex atq; incompoſitũ. Si enim ex ſin-
gulis horum quæ diximus eximantur arteriæ ac venæ & nerui / reli-
quum corpus in unoquoq; inſtrumento ſimplex eſt / atq; elementale
quantum ad ſenſum. Quæcunq; uero horum inſtrumentorum ex dua
bus tunicis compoſita ſunt : non quidem ſimilibus inuicem. Vtraque
uero ſimplici horum tunicæ ſunt : elementa ſicuti uentriculi / & ſto-
machi / & inteſtinorum / atque arteriarum: & in utraque tunica pro-
pria eſt alteratrix potentia / quæ ex ſanguine menſtruo generat mẽ-
brum . Itaq; tot numero alteratrices potentiæ in unoquoq; genere
animalium quot partes elementales: & quidem & operationes pro-
prias cuiuſlibet partis ſingularis neceſſarium eſt eſſe: ſicuti etiam vti
litates queadmodũ & meatuũ qui a renibus ad ueſicã pertingũt qui
urinarij nominãtur: hi. n. neq; arteriæ ſunt quoniã neq; pulſum habẽt

Peſſime hoc uerſum ÷ multo fidelius a linacro

neq; ex duabus tunicis conſtant/ neq; etiam uenæ ſunt: quoniã non continent ſanguinem: neq; eorum tunica in aliquo tunicę uenæ aſſimilatur ſed etiam a neruis plus diſtant/ q̃ ab antedictis. Quid igitur ſunt dixerit quiſpiam ſicuti neceſſarium eſt omnem corporis partem uel arteriam vel neruum venãue exiſtere uel iſta complecti & nõ idẽ eſſe cum ijs quæ complectitur qualis eſt vniuſcuiuſq; membri particularis ſubſtantia. Et enim ueſica utraq; & quæ urinam ſuſcipit/ & quæ flauam bilem non modo ab alijs omnibus. Sed etiam inuicem differunt & qui ad hepar meatus propagantur ueluti ſtomachi quidam a ueſica bilis receptrice nullam neq; arteriarũ neq; uenarum neq; neruorum continent ſimilationem/ ſed de his quidem amplius: alijs quibuſdam in locis & in libro de Hippocratis ſectione a nobis dictũ eſt. Omnes autem particulares naturæ potentiæ: alteratrices nominatæ & hanc quidem tunicarũ uentriculi & inteſtinorum atq; uteroꝝ ſubſtantiam talem qualis eſt effecerunt: ipſarum autem cõpoſitionem & eorum quæ inſeruntur complicationẽ & inteſtinum propaginem atq; interioris concauitatis foramen/ & quęcunq; alia talia ſunt quædam altera potentia afformauit quam afformatricẽ nominamus/ quã etiam artificioſam eſſe dicimus: magis autem artem ſummã & optimam & omnia gratia alicuius facientem ut nihil ocioſum ſit/ aut ſuperuacuum/ neq; omnino ita ſe habeat: ut poſſit melius aliter/ ſed hoc in libris de utilitate partium demonſtrauimus: ad auctricem autem potentiam tranſeuntes/ hoc ipſum primo meminerimus ꝙ ineſt quidem & hæc fœtibus ſicuti & altrix/ verum ueluti miniſtræ quædã ſunt antedictarum potẽtiaꝝ alteratricis: ſcilicet afformatricis totum in ſeipſis dominatum non habentes: poſtq̃ uero iam perfectam magnitudinẽ. Animal acceperit in toto illo tempore quod a partu uſq; ad ætatem conſiſtentem protenditur: auctrix quidem uirtus tunc dominatur. Auxiliantur autem ipſi & ueluti miniſtræ quædã ſunt uirtus alteratrix & nutrix. Quid igitur proprium eſt auctricis potentiæ ad omnem partem extendere quæ apta ad hoc natura ſunt. Ita autem uocantur ſolidæ corporis partes arteriæ uenæ nerui & oſſa & cartilagines atq; mẽbranæ & ligamenta ac tunicæ omnes quas elementales & ſimilares & ſimplices pauloante uocabamus/ quonã uero modo ad omnem partem extentionem capiant/ ego dicam ſi prius exemplum quoddam protulero facilioris intelligentiæ gratia ſuum ueſicas pueri aſſumentes ſpiritu complent & ſuper cinerẽ prope ignem conterunt ita ꝙ concaleſcunt quidem: nihil autem lęduntur: & plurimus ſane hic ludus eſt in Ionia/ & in multis alijs nationibus: ſubinferunt autẽ inter conterendũ carmina quædã cum modulamine & rithmo:

omnia autem uerba quæ dicunt ſunt quędam ad ueſicam exhortationes ut augumentum ſuſcipiat/ quæ poſtq̃ ſatis ipſis diſtenta uidetur rurſus inflant & extendunt: ac denuo conterunt hocq; ſæpius faciũt donec ueſica ſatis aucta uidicatur: uerum in his puerorum operibus manifeſte quantum ad magnitudinem profecit interior ueſicæ capacitas tantum ad tenuitatem corpus perducitur. Et ſi quidem hanc tenuitatem pueri enutrire potuiſſent ueſicam ex parua magnam inſtar naturæ feciſſent: nunc autem hoc ipſis deeſt opus quod nullo modo ad eius immitationem poteſt perduci/ non dico a pueris ſed neq; ab aliquo alio: eſt enim ſolius naturæ proprium ita ꝙ iam tibi manifeſtũ eſt his qui augentur neceſſariam eſſe nutritionem: nam ſi extendatur quidem non autem nutriatur falſam potius imaginem & non uerum incrementum corpus acquiretur/ & quidem ad omnem partem extendi his ineſt dũtaxat quæ a natura augentur: quæ enim a nobis corpora extenduntur ſecundũ unam aliquam differentiam hoc patientia reliquis comminuũtur & nihil inuenire licet quod ſeruata cõtinuitate & ſine diuulſione ad tres molis differentias poſſit extendi: quare ſolius naturæ eſt aliquid ſeruata continuitate ad omnem partem extendere atq; inſuper in priſtina forma totum corpus retinere/ & hoc eſt augumentatio quæ ſine affluente & afformato alimento fieri non poteſt iam igitur in ſermonem de nutritione uidemur incidere qui reliquus erat & tertius eorum quæ ab initio propoſuimus: influente. n. quodam per modum alimẽti unicuiq; nutriti corporis parti eodemq; afformato nutritio quidem eſt operatio: nutritiua autem potẽtia cauſa operationis. Alteratio quidem & hic genus eſt operationis ſed nõ qualis in generatione: illic enim quod prius os non fuerat poſterius factũ eſt ueꝝ in nutritione illi quod iam factum eſt influẽs aſſimilatur & propterea rationabiliter illam quidẽ alterationẽ generationẽ: hãc autem nominant aſſimilationem: poſtq̃ autem de tribus naturæ potentijs ſatis dictum eſt uideturq; nulla alia animal indigere ut augeatur & perficiatur & ut q̃ longo tempore perduret forte quiſpiam dictum ſufficienter exiſtimauerit/ & iam omnes naturæ potentias fuiſſe a nobis expoſitas: uerum ſi quis rurſus diligentius conſiderauerit ꝙ nondum ullam animalis attigit partem vẽtriculum dico & inteſtina/ & hepar atq; ſimilia neq; eas quæ in ipſis ſunt potentias declarauit: rurſus uidebitur ueluti quoddam tantum prooemium utilis doctrinæ propoſuiſſe: nam tota res ita ſe habet generatio auctio atq; nutritio ſunt prima & ueluti capita operum naturæ: ita ꝙ harum effectrices: tres ſunt primæ potentiæ ac principaliſſimæ: indigent autem ad ſui miniſterium ſicuti iam oſtenſum eſt e ſeipſis uiciſſim & alijs quibuſnã

igiť generatrix atq; auctrix potētia īdigeat dictū eſt: ꝗbus uero nutrix
iā dicetur: uideor enim mihi oſtēſurus oīa quę ſunt circa alimēti opifi-
ciū inſtrumēta atq; potētias ipſoꝝ ꝓpter hāc eſſe facta ꝗa enim huius
operatio potētię aſſimilatio eſt aſſimilari aūt atq; inuicem trāſmutari
omnibus entibus eſt impoſſibile niſi aliꝗ̄ habeāt cōmunicationē atq;
in qualitatibus affinitatē: ꝓpterea primū ꝗdē nō ex omnibus cibis om
ne aīal nutriri natura aptū eſt: deīde neq; ex ꝗbꝰ nutriri poteſt ex his
ſtatim nutritur & ꝓpter hāc neceſſitatē pluribꝰ inſtrumētis alimēti al
teratiuis unūquodq; aīal indiget: ut enim flauū rubidū fiat & rubidū
flauū ſimplici atq; una opus eſt alteratiōe ut uero albū nigrū & nigrū
albū oēs medię ſunt neceſſarię & ꝗdē quod molliſſimū eſt: nūꝗ̄ ſubito
duriſſimū fieret neq; cōtra duriſſimū ſubito molliſſimū ſicuti neq; fęti-
diſſimū habēs odorē ſtatim ſuauiſſimū odorē ſuſcipet/neq; cōtra ſua-
uiſſimū fętidiſſimū: quomodo igiť ex ſanguine os utiꝗ̄ fieret niſi pluri-
mā antea craſſitudinē atq; albedinē acqreret/uľ quō ex pane ſanguis
niſi paulatim albedinē amitteret & paulatim ruborē accipet: nā car-
nē ꝗdē ex ſanguīe fieri facillimū eſt ſi mō enī ipſum ita craſſum natu-
ra reddat ut aliquo mō cōſiſtat & non amplius fluat prima & nouiter
coagulata ita utiq; caro exiſteret/uerū ut os fiat multo opus eſt tēpo-
re multaq; oꝑatione ac trāſmutatione ſanguis/ꝙ aūt pani & lactucæ
& betę atq; ſimilibꝰ multa ſit neceſſaria alteratio ſi debeat ex ipſis ſan
guis generari neq; hoc ī oculto eſt: una ꝗdē hęc cauſa eſt ꝙ plura fiāt
circa alimēti alterationē inſtrumēta/ſecūda aūt ſuꝑfluitatū natura ſi-
cut.n.ab herbis nullo mō nutriri poſſumus ꝗ̄uis eiſdē pecora nutriant
ſic a radice nutrimur ꝗdē ſed nō ſicuti a carnibꝰ/has.n.fere oēs noſtra
natura ſuꝑat atq; trāſmutat alterat & optimū ſanguinē ex ipis cōficit
in radice uero quod ꝗdem familiare eſt & trāſmutari poteſt uix & hoc
plurima elaboratione omnino pauciſſimū: tota vero radix ferme ſu-
perfluitas eſt & coctionis inſtrumēta ꝑtranſit pauco ab ipſa ſanguine
ad uenas recepto & neq; hoc optimo oīno: rurſus igitur ſecūda eguit
natura ſecretione earū quę in uenis ſunt ſuꝑfluitatum: opus aūt in his
eſt vijs ꝗbuſdā alijs ad excretionē ipſas ꝑducētibꝰ ne melioribꝰ obſint
opus eſt etiā ꝗbuſdā receptaculis inſtar lacunaꝝ in ꝗbus ꝗ̄n ſufficiēs
multitudo collecta ꝑuenerit/tūc excernētur & hoc genꝰ earū quæ in
corpꝛe ꝑticulaꝝ inuētū eſt appoſitū ſuꝑfluitatibꝰ alimēti: aliud aūt ter
tiū ut undequaq; ferať quędā ueluti uię multę ꝑ totū corpꝰ ſūt īterciſę
unꝰ.n.ītroitꝰ ē cibis uniuerſis ꝑ os nō unū āt ꝗd nutriť ſed mľta & plu
rimū dr̃ia: nō igiť admireris multitudines īſtrumētoꝝ ꝗ̄ gr̃a nutritiōis
natura fabricauit: nā quędā ꝗdē mollētia ꝑ̄parāt ꝓpriū unicuiq; alimē
tū mēbro: quędā uero ſuꝑfluitatē ſecernūt/quædā trāſmittūt/quædā

ſuſcipiūt/quędā excernūt/quædā uię ſunt humoribus optimis qui per
totū corpus ferrūtur: itaq; ſi uis oēs naturę potētias ꝑdiſcere de omni
bus his inſtr̃is tibi eſt cōſiderādū: prīcipiū aūt doctrinę ipſoꝝ eſt eoꝝ
quæ ſunt ꝑꝑ finē īterpretatio unio appoſitio & aſſimilatio prope finē
ſunt & ꝓpterea naturę opera exiſtūt & partes ac ipſoꝝ potentię ſed
rurſus ipſiꝰ finis meminiſſe debemus ob quē tot & tales a natura par-
tes ſunt fabricatę: nomē igitur rei ſicuti prius dictū nutritio exiſtit ra-
tio uero ſm̄ nomē eſt aſſimilatio nutriētis nutrito/ut aūt hęc aſſimila-
tio fiat neceſſe eſt antecedere vnionem ut aūt & hęc appoſitionē ꝗ̄n
enim ex uaſis exciderit humor ꝗ quoduis aīalis mēbrū nutriturus eſt
in totū ipſum diſpergiť: primū deīde apponeť poſtmodū vnitur & tā
dē aſſimilať: oſtēdūt aūt hę quę uitiligies appellātur īter aſſimilationē
& vnionē differētiā ſicut genus illud hydropū/quod ꝗdam anaſarce
nomināt appoſitionē ab unione manifeſte diſtiguit nō enim propter
humoris īfluētis defectū ſicuti quędā paſſiones quæ atrophie.i.alimē-
ti carentiæ & tabes nominanť talis hydropis generatio ꝑficiť: videtur
enim ſufficiētet in ipſis humida caro ac madida & vnaquęq; corporis
ſolida pars ſimiliter affecta ſed appoſitio ꝗdē fit alati nutrimēti: verū
vt quod adhuc aquoſius exiſtit & nō multū in humoris ſubſtātiā cōſi-
ſtit: neq; tenax illud & glutinoſum ꝗd natiui caloris aduenit miniſte-
rio adhuc poſſidet impoſibile eſt ꝑfici unionē multitudine tenuis &
crudę humiditatis fluēte & facile lubricāte a ſolidis partibꝰ alimēto in
vitiliginibus aūt vnio ꝗdē aliqua fit alimēti nō tamē aſſimilatio & ma
nifeſtū ī hoc quod pauloante a nobis recte dictū eſt: hoc aūt erat ap-
poſitionē: primū deinceps aūt unionem poſtmodū aſſimilationē fieri
corporis quod debet nutriri: ꝓprie igiť illud quod iā nutrit eſt nutri-
mētū: quod uero eſt ꝗdē nutrimētū: nōdū aūt nutriēs quale eſt unitū
vel appoſitū eſt ꝗdē nutrimētū nō proprie/ſed equiuoce nutrimētū:
quod uero in uenis adhuc continetur & adhuc magis hoc illud quod
in vētriculo & aliquādo nutriet ſi bene cōcoquatur uocatur nutrimē
tū eodē mō ſingula ędulia alimentū nominamus nō ꝗa iā nutriāt ani-
mal neq; quia ſint tale quod quale nutriēs/ſed quia poſſunt & debēt
nutrire ſi bene cōcoquātur hoc enim erat quod ab Hippoctate dice-
bať nutrimētū aūt eſt nutriēs nutrimētū & illud quod eſt ueluti nutri-
mētū & quod futurū eſt: nā quod iā aſſimilatū eſt nutrimētū nominat
quod uero tale eſt quale illud appoſitum autem uel vnitum eſt: ue-
luti nutrimentum: reliquum uero omne quod in uētriculo & in uenis
continetur eſt futurum nutrimentum: ꝙ igitur neceſſarium ſit aſſimi-
lationem quandam nutrientis ad nutritum eſſe nutritionem manife-
ſtum non tamen exiſtentem aſſimilationem ſed apparentem eſſe in-

quiunt qui neꝫ artificioſam eſſe naturā arbitrantur: neꝫ animali pro
uidentem neꝫ omnino proprias habere potentias: quibus utens hęc
quidē alterat: hæc uero attrahit: hęc uero excernit: & hæ duæ fuerūt
hereſes ſm genus in medicina & philoſophia: hereſis dico illoꝝ uiro=
rum qui aliquid de natura oſtenderunt: quicunꝫ autē iſtoꝝ propriam
uocem agnoſcunt & conſequentium ex his quę poſuere conſiderant/
ſimul & ſeruant: quicunꝫ uero neꝫ hoc ipſum ſeruant ueꝝ quicquid
in buccam uenerit ſimpliciter garriunt/in neutra hereſium exquiſite
permanentes uidentur: de his nulla eſt mentio a nobis habenda: quæ
igitur ſunt hę duę hereſes & quæ nā eſt earū quę in ipſis ſuppoſitionū
cōſequutio: alterū quidem hereſis genus ſubiectam ſubſtantiam om=
nem generationi & corruptioni in unum ſimul coactam & alterari po
tentem ſuppoſuit: reliquū uero genus intrāſmutabilem atꝫ inaltera
bilem & in tenuia diſectam ac ſpacijs quibuſdam uacuis interceptam
& qui quidem ſuppoſitionum conſequutionem animaduertunt iuxta
ſecundam quidem hereſim neꝫ naturæ neꝫ animę propriam eſſe ali
quam ſubſtantiam ſiue potentiam exiſtimant: ſed tali quodam illorū
primorum corpoꝝ impatibilium conſtare conuentu: ſecundum uero
priorem hereſim antea dictam non corporibus natura poſterior/ſed
longe prior atꝫ antiquior exiſtit: & quidem ſecundū hos ipſa eſt quæ
plantam atꝫ animalium corpora conſtituit/atꝫ nonnullas habet po
tentias: partim quidē attractiuas & familiarum ſibi aſſimilatiuas: par=
tim alienorum excretiuas: hęc eadem artificioſa afformat & generat
& generator prouidentiā habet. Rurſus alijs quibuſdā potētijs utens
vna qdē quę amplexatur & curā habet eorū quę procreauit & altera
quę cū his quę eiuſdem generis ſunt cōmertium habet & amorem ſed
rurſus ſm alios nihil horū naturis ineſt: neꝫ aliquis conceptus animę
a principio inſitus exiſtit/non cōſequutiōis uel pugnę/nō diuiſionis/
non cōpoſitionis/nō iuſtorū/non iniuſtorum/nō honeſtorū/non tur
pium uerū ſenſu atꝫ p ſenſum hęc omnia talia nobis ineſſe autumāt/
& fantaſijs quibuſdā atꝫ memorijs gubernari: nō nulli uero ipſorum
etiam uerbis ipſis oſtenderunt nullā eſſe animę potentiā qua ratioci
nemur verū nos a ſenſuū paſſionibus more pecudū duci nihil refuta
re uel contradicere potentes ſecundum quos ſcilicet & fortitudo &
prudētia & temperantia ac continentia nugę longe ſunt & neꝫ nos
mutuo amore proſequimur neꝫ illos qui a nobis geniti ſunt & dij nul
lā noſtri curā habent. hi quoꝫ ſomnia & auguria cōtemnunt & ſigna
atꝫ uniuerſam aſtrologiam de quibus nos alio uolumine plenius diſ=
ſeruimus. Vbi aſclepiadis medici dogmata examinamus licet aūt uni
cuiꝫ volenti idem uolumen lectitare: & nunc quoꝫ de his conſi=

derare ueluti duabus quibuſdā propoſitis uijs utram earū debeamus
ingredi Hippocrates quidē igitur ad eam quam priorē eſſe diximus
ſe conuertit/ ſm quam ſubſtantia collecta eſt in unum & alteratur &
totum corpus ſimul conſpirat ac confluit & natura artificioſe ac iu=
ſte omnia efficit utens potentijs quibus unūquodꝫ mēbrum propriū
ſibi trahit alimentum / & quum attraxerit ſingulis membri particulis
ipſum aglutinat atꝫ omnino aſſimilat. Quod vero nō obtinet ab ipſo
neꝫ integram poteſt partis nutritæ alterationē atꝫ aſſimilationem
recipere per alteram ipſius uirtutem excretoriā excernit diſcere au=
tem licet nō ſolū ex his in quibus contraria ſentientes manifeſte ap=
parentibus contradicunt quantū rectitudinis & ueritatis Hippocra=
tis dogmata cōplectantur. Verum ex illis etiam quæ particulatim in
naturali contēplatione quęruntur: tum alijs omnibus. Tum etiā ani=
malium operationibus. Quicunꝫ.n. nullam ineſſe alicui mēbro fami=
liaris qualitatis uirtutem attractiuā exiſtimant: coguntur hi ſępius ma
nifeſte apparentibus cōtradicere/quēadmodū Aſclepiades medicus
de renibus fecit quos nō ſolū Hippocrates uel Diocles uel Eraſiſtra=
tus uel Praxagoras uel qſpiā alius optimus medicus eſſe inſtrumentā
urinaꝝ diſcretiua exiſtimarūt/ſed & oēs fere coqui cognoſcūt quotti
die intuentes: & ſitum ipſoꝝ atꝫ meatū urinariū nominatum qui ab
vtroꝫ rene ad ueſicā pertingit ab ipſa fabrica & uſum & huius mēbri
potentiā ratione aſſequentes & ante coquos homines uniuerſi ſępius
vrinæ difficultatem atꝫ omnimodā retentionē patientes. Quando
lumboꝝ dolore moleſtantur atꝫ arenæ ſimilia corpuſcula per urinā
emittunt ſe ipſos nephreticos/arenū paſſione cognominā: puto au=
tem Aſclepiadē nunꝗ uidiſſe lapidem quem quiſpiā ita affectus min=
xiſſet/neꝫ animaduertiſſe ꝓ lapide porum ſiue meatū pertrāſeunte
Dolor acutus in loco inter renes atꝫ ueſicam antecedit / neꝫ ꝓ ubi
hic ſemel exierit/ceſſat continuo dolor & vrinæ retentio: quo nam
igitur modo urinā ad veſicam ratione perducat: operepretium eſt
intelligere atꝫ hominis ſapientiā admirari/ qui meatus adeo paten=
tes & uiſui ſubiectos prætermittens uias quaſdam occultas anguſtas
ſuppoſuit atꝫ omnino ſenſu imperceptibiles: vult enim epotum hu=
morem poſtquā in uapores fuerit reſolutus ad ueſicā tranſmitti: De=
inde rurſus eiſdem uaporibus in unum coactis hoc modo ipſum pri=
ſtinam formā recipere/ac rurſus fieri ſedulo ex uaporibus humorem
quaſi concipiens animo ueſicam eſſe/ueluti quandā ſpongiam uel la
nam & non corpus exquiſitam habēs denſitudinē ac ſoliditatē quod
Duas tunicas ualidiſſimas obtinet per quas ſi uapores tranſire dixe=
rimus: cur non etiam per peritoneum & renes pertranſeuntes totum

abdomen atq; etiam thoracem aqua impleuerunt / nunquid ſcilice t
craſſior eſt atq; ſolidior ueſica tunica peritonea/ atq; ideo ipſos qui-
dem vapores excludit/veſica vero eoſdem admittit verum ſi aſcle-
piades ſectionũ ſtudioſus fuiſſet forte nouiſſet exteriorem veſicæ tu-
nicã a peritoneo ortum habentem eandem cum ipſo habere naturã:
interiorem vero quæ ipſius propria eſt plus q̃ duplam ad illud habere
craſſitudinem / ſed forte non craſſitudo neq; tenuitas tunicarum: ue-
rum ueſicæ ſitus cauſa eſt / ut uapores ad ipſam deferantur / & qui-
dem ſi propter alia omnia quæ corporis ſunt perſuaſibile ipſi fuiſſet/
hoc in loco uapores colligi / ſaltem ſolus ſitus erat ſufficiens prohi-
bere. Nam ueſica quidem inferius ſita eſt: vapores autem ex natura
habent ut in ſublime ferrantur/quia multo plus omnia thoracis atq;
pulmonis loca replerent quam ad ueſicam peruenirent. Sed quid
ego ueſicæ & peritonei/atq; thoracis ſitus commemini ſiquidem ua-
pores & uentris / & inteſtinorum tunicas elabentes in ſpacio medio
inter hæc & peritoneum colligentur: atq; humorem hoc in loco ge-
nerabunt / ſicuti etiam in hydrope plurimum aquæ eodem in loco
congregatur/aut omnino ipſos progredi oportet per quaſcunq; pro
ximas partes neq; unq̃ conſiſtere: uerum ſi quis hoc ipſum ſuppoſue-
rit hoc modo excidentes non modo extra peritoneum ſed etiam epi
gaſtriũ ideſt abdomen in aerẽ ambientem diſſiparentur/ uel omnino
ſub cute colligerentur uerũ & ad hæc qui nũc ſunt aſclepiadis ſecta-
tores nituntur contradicere q̃uis ab omnibus in quos inciderint quã-
do de huiuſcemodi contentionẽ habuerint irrideantur uſq; adeo irre
mediabile atq; inabſterſibile malũ eſt ambitioſa hæreſum immitatio/
atq; in his maxime omni ſcabie ſanari difficilior/quidã igit̃ noſtræ ętta-
tis ſophiſta tum in alijs/tũ etiã in contentioſis ſermonibus ſatis glorio
ſus/& ſi quis alter lingua prõptiſſimus cũ ſemel mecũ in ſermonẽ de
his incidiſſet. Tantũ aberat ut uerecundaretur propter aliquid eorũ
quę dicta ſunt ut inſuper de me admirari diceret qui ea quę manifeſta
ſunt ſermonibus delirantibus conarer euertere qm̃ quottidie uidere-
mus ueſicas omnes ſi quis ipſas aqua uel aere impleret deinde collo
alligato undiq; premeret nullatenus quicquã emittere uerũ oĩa intra
ſe ipſas exquiſite retinere: at qui ſi aliq eſſent ex renibus ad ipſas ſen-
ſibiles magniq; meatus peruenıẽtes omnino inquit per illos quemad-
dum humor ipſas ingreditur eodem modo quando exprimuntur ex-
cerneretur cum hæc & talia cõſtanti & manifeſto ore continuatim di
xiſſet tandem exiliens abibat nobis relictis/ tanq̃ ſi nihil haberemus
quod poſſemus probabiliter ad illa reſpondere uſq; adeo non modo
nihil ſciunt qui huiuſcemodi hęreſibus ſeruiunt ſed neq; diſcere ſuſti-

nent. Quum enim oporteat ipſos audire cauſam ob quam ſit neceſſe
per urinarios meatus humore in ueſticã intrare: retro aũt rurſus exire
non poſſit eadẽ uia atq; mirari naturæ artificium neq; diſcere uolunt
quin inſuper cõuitiantur tã multa alia tum uero renes fruſtra ab ipſa
generatos inquientes ſunt uero qui & pręſentibus ipſis oſtendi urinæ
meatus qui a renibus deferuntur/ ſuſtinentes dicere auſi ſunt. Non-
nulli quidẽ ꝙ fruſtra facti ſunt: nonnulli uero ꝙ ſeminari quidam mea
tus exiſtant propterea ꝙ in collũ ueſicæ & in eius cauitatẽ inſerãtur.
Cum uero nos ipſis oſtendiſſemus eos: qui uere ſunt meatus ſemina-
rij qui infra urinarios in collũ ueſicę ingrediuntur/tunc ſaltem & ſi nõ
antea a falſa opinione in contrariũ poſſe traducere ſtatim exiſtimaui
mus uerũ & ad hoc ipſi contradicere audebant nihil eſſe admirabile
inquientes. In illis enim ut qui ſolidiores eſſent ſemẽ diutius ĩmorari:
per eos uero qui a renibus ueniunt ut qui ſufficienter ſint dilatati ce-
leriter excerni. Nos igitur coacti fuimus ipſis deinceps oſtendere ui-
uente adhuc animali illabẽtem in ueſicam per meatus urinarios uri-
nam uix quoq; ita ſperantes poſſe ipſorũ compeſcere garrulitatẽ. Eſt
autem oſtenſionis modus huiſucemodi id quod eſt ante meatus uri-
narios peritoneum ſcindere oportet deinde ipſos laqueis intercipere
dehinc illis alligatis dimittere animal neq; enim amplius urinã emit-
tet. Poſthac autem ſoluere quidem laqueos exteriores: uacuam autẽ
ueſicam oſtendere/ipſos uero meatus oppletos/ac ſufficienter extẽ-
tos periculo iminente ne diſrumpantur. Dehinc ablatis laqueis iam
ueſicam repletam manifeſte intueri: mox ubi hoc oculis ſubiectam
fuerit anteq̃ animal mingat laqueo circundare penem oportet: de-
inde undequaq; comprimere ueſicã: neq; enim adhuc poteſt aliquid
per meatus urinarios ad renes retrocedere: & ex hoc fit manifeſtum
ꝙ non ſolum in mortuo animali: ſed ſuperſtite etiam meatus urina-
ri rurſus a ueſica urinam recipere prohibentur: poſthæc omnia uiſui
ſubiecta ꝑmittere oportet animali ſoluto eo qui antea peni iniectus
erat laqueo ut mingat deinde rurſus alteri quidẽ meatui urinario inij
cere laqueum alterꝫ autem permittere ad ueſicam confluere & quo-
dam tempore intermiſſo oſtendere licet quomodo alter meatus alli-
gatus plenus atq; extẽtus uerſus partes quę ſunt ad renes apparet al-
ter uero ſolutus: laxus quidẽ eſt ueſicã aũt impleuit urina: deinde ru-
ſus primum qui plenus eſt ſecare opotet atq; oſtendere quomodo ex
ipſo urina iaculatur quẽadmodũ in uenæ ſectione ſanguis poſthęc &
alterũ rurſus ſecare. Deinde animal alligare extrinſecus utriſq; diui-
ſis/& quãdo ſufficiẽter ſe habere uidebitur uinculũ ſoluere: inuenie-
tur, n, ueſica uacua/plenũ autẽ urina totũ id ſpaciũ quod inteſtina ac

peritoneũ intercedit / ac ſi animal morbo qui aqua intercus nominaẗ
laboraret. Si quis igitur hæc per ſe ipſum examinare in ani mali uolue
rit maxime ut mihi uideẗ Aſclepiadis damnabit temeritatẽ: Si uero &
cauſam cognouerit ob quã nihil ex ueſica ad meatus urinarios poteſt
refluere mihi (ut arbitror) fidẽ adhibebit atq; propterea Hippocra-
tes primus omniũ quos ſcimus medicorum ac philoſophorum ut qui
primus omniũ naturę opera exquiſite perceperit naturę prouidentiã
circa animalia admiratur ſemperq; ipſam extollit / & ſolã ſufficere ad
omnia animalibus inquit ex ſe ipſa ſine doctrina quęcũq; ſunt oportu
na facientẽ cũq; talis ipſa foret ſtatim & potẽtias habere exiſtimauit /
attractiuã quidẽ eius quod eſt ipſi familiare expulſiuam autẽ alieni &
nutrire etiã & augere ipſam animalia hijſdẽ præterea potentijs finire
morbos ac propterea in noſtris corporibus unã ait eſſe conſpirationẽ
atq; cõfluxum eundẽq; paſſionis conſenſum: ſecundũ uero Aſclepia-
dem nullũ mẽbrũ alteri natura cõpatitur cum diuiſa ſit atq; cõfracta
in incõpacta elementa & deliros tumores uniuerſa ſubſtantia ex ne-
ceſſitate igitur tũ mille alia quæ manifeſte ſenſibus cõtradicũt Aſcle-
piades pronũciauit: tũ naturę potenitã ignorauit qua familiare attra-
hit & alienũ expellit. In ſanguinis igiẗ generatione & eiuſdẽ diſtribu-
tione quandã frigidã adinuenit garrulitatẽ / ad ſuperfluitatũ uero ex-
purgationẽ cũ nihil inueniret quod diceret non ueritus eſt ab his quæ
apparent abſcedere. In urinæ quidẽ excretione penes atq; urinarios
meatus propria priuãs operatione / quoſdam uero alios occultos ad
veſicã ſupponens pertingere / hoc.n.magnũ erat atq; uenuſtũ vʒ ap
parentibus fidem pernegare / & occultis adhibere. In flaua vero bile
maior etiam & iuuenilior eſt auſus. Nam ipſam in uaſis eandẽ bilem
recipientibus generari quidem nõ autem diſcretionẽ habere inquit.
Quomodo igitur in his qui regio morbo laborãt: utrũq; contingit ꝙ
vʒ excremẽta nihil bilis in ſe continẽt: per totũ uero ipſoꝝ diſpargi-
tur corpus. Hic quoq; rurſus eodẽ modo / ſicuti in his quæ de urinis di
ctum eſt garrire cogitur. Nihilominus etiã garritur / & de atra bile &
De ſplene / neq; id ipſum intelligẽs quod ab Hippocrate dicitur. Sed
ueluti attonito / & furibũdo ore contradicẽs. Quod uero lucrũ ex ta-
libus dogmatibus ad ſanandũ ægrotãtes aquiſiuit? Non aliud profe-
cto niſi ꝙ neq; renibus / neq; morbo regio / neq; atra bile laborãtibus
medendi habet facultatẽ. Sed & De illo quod non modo apud Hip-
pocratẽ. Sed omnes alios homines cõfeſſum eſt medicinas.ſ.purga-
te: nõnullas quidẽ flauã bilem. Nõnullas uero atram: quaſdã etiã pi-
tuitam. Et quaſdã tenuem & aquoſam ſuperfluitatẽ noluit cõſentire.
Quin potius ait unũquẽq; humorẽ talẽ ab ipſis medicinis / qualis ex-
purgatur

purgatur generari adeo vt ſecundum admirabilem aſclepiadem ni-
hil differat ſiue detur aquam intercutem patientibus medicina quæ
humorem aquoſum expurget ſiue quę bilioſum omnes enim ſimiliter
euacuat & corpus colliquat facitq; ut tale liquamẽ uideatur quale an
tea nõ fuerat non ne igitur uel furere ipſum eſt exiſtimandũ aut om-
nino eſſe artis operũ imperitũ. Quis enim non nouit / ꝙ ſi detur regio
morbo laborantibus medicina quæ pituitam trahere natura apta eſt
uix quattuor cyathos extrahet itidẽ ſi medicina exhibeatur quę aquã
expurget eueniet. Si uero medicina detur quę bilẽ ducit plurimũ qui
dem bilis euacuatur & ſtatim his qui ita purgati ſunt pura cutis efficiẗ
nos quidẽ ꝙ̃ plurimos curata ea quæ erat in epate diſpoſitione ſemel
tantũ purgantes a paſſione liberauimus nõ tamen ſi medicinam de-
deris / quę pituitam purgat plus aliquid efficies & hęc quidem ita fieri
Hippo. non ignorauit illis uero qui ſola ducũtur experientia aliter de
prhenſum eſt rem ſe habere uerũ & illis ſimiliter & omnibus medicis
quibus artis opera curæ ſunt ita uidetur pręterꝙ̃ aſclepiadi: hic.n.pro
dictionem quandã fore exiſtimauit eorũ quę ſuppoſuit elementorum
ſi uera ſuper his quę diximus confiteretur. Si enim omnino inueniret
medicina aliqua quę propriũ quẽdam humorem natura trhaere apta
eſſet & non alium periculũ imminere uidebat ne unicuiq; corpori uis
aliqua ineſſet proprie qualitatis attractiua propterea & cnicũ / & gra-
num cnidiũ & Hippophaes non trahere ex corpore pituitam ſed ge-
nerare potuis inquit æris uero florẽ & ſquamã ipſum es iſtum & cha-
medrym & chameleã ĩ aquam corpus reſoluere atq; illos qui aquam
intercutem patiuntur ab his medicinis nõ purgatione ſed euacuatio-
ne iuuari ab his vʒ quæ paſſionem augent. Si enim illũ qui in corpori-
bus continẽtur aquoſum humorẽ nõ euacuat ſed ipſum generat mor
bo auxiliatur & pręterea ſcamoniũ pręter id quod ex corporibꝰ regio
morbo laborantiũ bilẽ non educit ſanguinẽ adhuc optimũ in bilem
tranſmutat & corpus colliquans / totq; mala faciẽs & morbũ inſuper
augens ſecũdũ aſclepiadis ſermonẽ multos tamen uidetur iuuare ma
nifeſte / ita inquit ipſe iuuat quidẽ ſed ſola exinanitionis ratione / atq;
ſi quis eiſdẽ daret medicinã aptam pituitã educere nõ iuuabit & hoc
adeo manifeſtũ eſt vt etiã illi qui ſola ducũtur experientia non igno-
rent ꝙ̃ꝙ̃ hiſce hominibus hæc ſit philoſophandi ratio ut nulli credant
rationi ſed ſolam his quę ſenſibus ſubijciuntur uerũ iſti quidem uiden
tur ſapere aſclepiades aũt delirat iubens nos ſenſibus fidẽ nõ præſta
re ubi id quod oculis cerniẗ ipſius ſuppoſitiones aperte ſubuertit: atq;
multo melius erat apparẽtibus non repugnare: uerũ illis totum com-
mittere: nũquid igitur hæc ſolum aſclepiadis Dogmatibus aperte re-

pugnant vel & illud quod vere quidē flaua bilis ab eiſdem medicinis
plurima educitur : hyeme uero pituita/& iuueni quidē plurima bilis:
ſeni uero pituita uidetur.n.unūquodqꝫ illam quæ iam ineſt attrahere
non autē eā quæ nondū exiſtit generare: ſi igitur uolueris. Iuueni ali-
cui ex his qui tenue & calidū corpus habent tēpore æſtatis neqꝫ uitā
ocioſam agunt neqꝫ in crapula uerſantur dare medicinā aptā educe-
re pituitam paucíſſimū quidē humorem & uiolentiſſime euacuabis ho
mini autem mirabiliter nocebis: contra ſi medicinā dederis bilē edu-
cere aptam plurimā euacuabis/& nihil nocebis: nūquid igitur adhuc
non credimus unicuiqꝫ medicinæ eſſe uim quandā propriū humorem
attrahendi: fortaſſe inquient aſclepiadis ſectatores magis autem neqꝫ
fortaſſis/ſed omnino nō credere ne prodāt ſibi amiciſſima dogmata.
Iam igitur nos ad alterā garrulitatem ueniamus: neqꝫ.n.nobis ſophi-
ſtæ concedunt aliquā effatu dignā proponere inquiſitionem licet hæ
plurimę ſunt ſed magis nos cogunt circa ſophiſmatū quæ ipſi propo-
nunt ſolutionē tempus conterere quæ nā igitur eſt iſta garrulitas glo
rioſus & multo ſermone contritus lapis qui ferrū ad ſe trahit forte eni
hic erit qui eorū animum trahet ad credendū quaſdam eſſe in quoli-
bet corpore uirtutes propriaꝝ qualitatū attractiuas : epicurus quidē
igitur ꝙuis eiſdem quibus aſclepiades ad naturales inquiſitiones uta-
tur elementis fatetur tamē a lapide quidē Herculeo ferrū attrahi ab
electris uero feſtucas & conatur cauſam illius quod apparet aſſigna-
re defluentes ſiquidē Atomos a lapidis corpore his quæ uere a ferro
dillabunt eſſe inquit figuris affines ita ꝙ facile inuicē implicantur. Cū
igitur ipſe incidant in utranqꝫ cōcretionē & lapidis.ſ.& ferri/ ac dein
de in medium reſiliant hoc modo ait inuicē implicari & ſimul ferrum
attrahere quantū igitur huiſcemodi ſuppoſitiones paꝝ hēant ad aſſi-
gnādas cauſas probabilitatis neminē latere arbitror ipſe tamē nihilo
minus fatet attractionē atqꝫ eodē modo fieri inquit in corporibus ani-
malium diſtributiones & ſecretiones ſupfluitatum & medicinaꝝ pur
gantiū operationes. Aſclepiades uero cū dictæ cauſę inſuaſibilitatem
animaduerteret & nullā aliā his quę ſuppoſuit elemētis ſuaſibilē cau-
ſę aſſignationē adinueniret omni pudore ſepoſito ad id ſe cōuertit ut
diceret nihil eſſe omnino quod attrahatur cū tamen ipſum opotuerit
ſi placita epicuri repudiabat neqꝫ alia meliora dicere poſſet a ſuppo-
ſitionibus abſtinere & artificioſam eſſe naturā concedere & reꝝ ſub-
ſtantiam ad ſe ipſam uniri ſemp & alterari a ſuis partibus inuicē agen
tibus & patientibus. Si enim hęc ita ſuppoſuiſſet nihil difficile illi fuit
naturā artificioſam cōfiteri potētiaſqꝫ habere alterā quidem conue-
niētiū attractiuā: alterā uero alienorū expuiſiuā/ neqꝫ enim aliud ipſi

erat eſſe artificioſam atqꝫ animātis cōſeruatricē & morboꝝ expultri-
cem niſi eligere atqꝫ ſeruare quod ſibi cōuenit excernere autē alienū
uerum aſclepiades hac in parte id quod erat principijs quę ſuppoſue
rat cōſentaneum animaduertit: non tamē peruidit illam quæ ad ap-
parentia ſequitur repugnantiam: uerū longe abſcedit ab eo quod nō
modo apud omnes medicos ſed ēt alios homines in confeſſo eſt neqꝫ
criſim aliquā eſſe dicens neqꝫ diē criticū.i.iudicatorium: neqꝫ omnino
aliud agi a natura ad animalis cōſeruationē: ſemper.n.id quod ſequi
tur ſeruare nititur / uerū ea quę manifeſte apparēt euertit cōtra ꝗ fa-
ciat epicurus: Ille.n.ſemper ſupponens id quod apparet cauſam eius
frigidā aſſignat ſiqdem parua corpuſcula a lapide Herculeo reſilētia
talibꝰ alijs ferri particulis implicari: deinde ꝑ talē implicationem quę
nuſꝗ apparet grauē adeo attrahi ſubſtātiā neſcio quomodo qſpiā cre
deret: nā & ſi quis iſtud cōceſſerit alterū tamē eidē ferro appoſitū cō-
necti eādē cauſam nō amplius admittit/quid.n.dicemus/an.ſ.particu
larū a lapide defluētiū nōnullas qdē in ferrū ingruere/& rurſus reſili-
re atqꝫ has quidē eſſe per quas ferrū ſuſpēdi cōtingit: alias uero in ip-
ſum ſubeūtes celerrime ꝑmeare deinde ferro adiacēti ingruentes nō
etiā illud poſſe ꝑmeare ꝙuis primū ꝑmeauerint/rurſus aūt retrocedē
tes ad prius alteras ſimiles facere prioribus cōplicatiōes. Hic.n.mani
feſte cauſæ aſſignatæ deliramētū deprę̄henditur: ego quidē aliquādo
vidi quinqꝫ ſtylos ſcriptorios ferreos inuicē cōtinuatim cōnexos / pri-
mo quidē ſolo lapidem cōtingēte: ab illo uero alios potētia trāſmiſſa
neqꝫ poſſumus dicere ꝙ ſi inferiori qdē pēnæ termino alteri appoſue
ris hæret appoſitū/atqꝫ ſuſpēdit. Si uero alicui alteri parti laterali ap-
poſueris nō ānectit undequaqꝫ.n.ſimiliter uis lapidis diſtribuitur mo-
do primū attingerit pēnā tantūmodo & quidē ex hac rurſus ad ſecū-
dā uis eadē dicto citius dillabit & ex illa rurſus ad tertiā totā. Si uero
imaginaueris paruū quēdā lapidē Herculeū in domo ſuſpēſum: dein-
de circū circa multa ferra cōtingētē & rurſus iſta ab alijs attingi: & ab
illis alia & hoc uſqꝫ ad plīmū oīa tūc minima ferra corpuſclīs a lapide
defluētibꝰ īplerent/& piculū eēt ne puꝰ ille lapillꝰ exhalaret ī defluxꝰ
diſſolutꝰ & qdē ſi ēt nullū illi paruū ferrū adiaceret ī aerē ambiētē diſ-
ſiparet & maxime ſi ille calidus exiſteret. Ita inqt nā ipſa corpuſcula
ualde parua imaginari oportet adeo ꝙ nōnulla ex illis ſint ꝑs milleſi
ma eaꝝ quę ꝑ aerē ferunt corpuſculoꝝ ex adeo minimis itaqꝫ audetis
dicere tāta ferri pondera ſuſpendi/Nā ſi unūquodqꝫ ipſoꝝ milleſima
pars eſt eoꝝ ꝗ in aere appent/Corpuſculoꝝ ꝙtulā itelligere oportet
ipſoꝝ extremitatē ꝗ hami/Siſītudinē hēt quo inuicē pōdera illa cōpli
cantur: omnino enim pars illa extrema eſt perexigua ad totum cor-

puſculum cōparata deinde exiguum exiguo motū moto circumplici-
tum non ſtatim circunquatit/nā & alia quędā omnino ipſis partim ſu-
periora partim inferiora tū ante/ tū retro / & nonnulla a dextris non
nulla a ſiniſtris diſrupta cōquaſſantur: & nocent & conſiſtere nō per-
mittunt/& quidem multos oportet intelligere unūquodq; illorū cor
puſculorū ex neceſſitate habere hamos in ſui extremitate per unum
enim inuicē non cōnectuntur per unum alterum autē qui quidem ſu-
periacet lapidi ꝑ alterū uero qui ſubiacet ferro. Si enim deſuper qui-
dem lapidi coniungeretur inferuis aūt ferro non cōplicaretur nihilo
plus fieret adeo ꝙ eius quidem ſuperiacet partem ſuperiorē a lapide
ſuſpendi oportet eius autē quod ſubiacet inferiori termino ferrū eſſe
coniunctū quoniam autē & ex lateribus inuicem complicātur omni-
no neceſſarium ęſt & hæc habere hamos at præomnibus meminiſſe
oportet quomodo parua exiſtentia tantas ac tales ꝓpagines habeāt
& adhuc maxime illud meminiſſe quomodo vt ferrū minimum ſecun
dum primo coniungatur & ſecundo tertiū & illi quartū ſimul quidem
pertranſire meatus oportet parua iſta & delirij plena corpuſcula ſi-
mul aūt & reſilire ab eo quę poſt ipſum ordine collocatur: q̄uis omni
no ei ſimile ſit ſecundū naturam neq; talis adhuc ſuppoſitio temerita
te caret quin ſi uerū fateri uelimus longe pręcedētibus eſt impuden-
tior quinq; ſimilibus ferris deiceps ordine collocatis quę lapides par-
tes per primū facile ſubierunt a ſecundo reſilire/& nō etiam per hoc
eodem modo prōpte pertranſire & quidē utroq; modo ſequitur ab-
ſurdū. Si.n. reſilit quomodo ad tertium ociſſime percurrit / ſi autē nō
reſilit quomodo ſecundū ex primo ſuſpenditur. Siquidem reſilitionē
ipſe ſuppoſuit eſſe tractus effectricē/uerū ut dixi neceſſariū eſt in gar
rulitatē incidere ſi quis uelit talibus hominibus contradicere / cū igi-
tur ſummatim & breuē quendā ſermonem fecero uolo me ab ipſis li-
berare ſi quis.n. aſclepiadis ſcripta diligenter inſpiceret ut eā quę eſt
ad principia taliū dogmotū conſecutionem exquiſite perdiſceret &
illam quę eſt ad apparentia repugnantiā/epicurus igitur ſeruare vo-
lens apparētia turpiter agit oſtēdere affectans ipſa principijs cōſen-
tire. Aſclepiades autē ſeruat quidē ad principia cōſecutionem nulla
aūt ipſi cura eſt eius quod apparet. Quicūq; igitur vult ſuppoſitionū
abſurditatē redarguere ſiquidem aduerſus aſclepiadē ſermo habeat
ipſum meminiſſe oportet eius quę eſt ad apparētia repugnātię ſi aūt
contra Epicurum eius quę eſt ad principia diſcordiæ aliæ autem fere
hæreſes ipſorū ſimilibus principijs inhęrentes funditus extinctę ſunt
hę uero ſolę inſigniter pſeuerāt q̄uis menodotus empiricus aſclepia-
dē ineuitabiliter redarguat/tū de repugnantia ad apparētia tū ēt ad

inuicē faciens mentionē. Rurſus aūt epicurū repulit aſclepiades ſem-
per his quæ ſe conſequnt innitens/quā cōſecutionē uidetur epicurus
neglexiſſe: verū noſtrę ętatis homines anteq̄ has hæreſes & alias me-
liores ꝑdiſcant & mox lōgo tēpore iudicent/& diligēter examinent:
quid ueri aut falſi in ſingulis ipſis cōtineatur: nōnulli ꝗdē ſe medicos
nomināt: nōnulli uero philoſophos. Nihil igitur mirū ſi in eodē hono
re ſunt falſa cū ueris in quēcunq;.n. quiſpiā primū inciderit precepto-
rē talis efficit nō expectās aliquid aliud ab eo amplius adiſcere. Qui
dā uero ipſorū etiā ſi in plures inciderint ſunt tamen adeo obtuſi in-
genio: & inſipiētes ꝙ uſq; ad ſenectutē ꝑueniūt ſermonū cōſecutionē
nō intelligētes: ego uero tales homines dudū ad artes detruſi illibera
les: uerū hæc quorſum euadēt deus nouit: nos autē quoniā licet fugiē
tes his quę ſtatim circa principia aberrāt cōtradicere: coacti tamē ſu-
mus ab ipſa rerū cōſecutione dicere aliqua & cōtra ipſos diſputare:
addemus aūt & hoc ultra prędicta: ꝙ nō ſolū purgātes medicinæ na-
tura aptę ſunt attrahere proprias ſibi qualitates ſed etiā quę ligna in-
fixa educūt & ſagittarū cuſpides quę ad ꝓfunda penetrarūt aliquādo
& adhuc quęcūq; ſerpentiū uenena: uel quæ ſagittis ueneno illitis in-
hærent uim habent extrahēdi & hęc quoq; eādē oſtendūt quā lapide
herculei poteſtatē: ego igit uidi aliqn̄ infixū pedi cuiuſdā adoleſcen-
tis lignū q̄ nobis uiolenter cū digitis attrahentibus non ſequebat me-
dicina ſupimpoſita ſtatim ſine dolore exiſſe: & ꝗdē nōnuli ad hoc cō
tradicūt inquientes qn̄ inflāmatio mēbri ſoluta fuerit ſponte exire li-
gnū a nullo altero attractū: uerū hi primū ꝗdē uidentur ignorare ꝙ
aliæ ꝗdē ſunt inflāmatiōis medicinæ: aliæ uero eorū quę ita infixa ſūt
attractiuæ & quidem ſi amota inflāmatione excluderent: quæ pręter
naturā inhęrēt quæcūq; uim habent ſoluendi inflāmationē eadē ha-
berēt etiā illa attrahēdi facultatē: deinde ꝙ quiſpiā etiam magis ad-
miraretur nō modo aliæ medicinæ ligna: aliæ uenena educūt uerum
ex his ipſis quæ uenena trahunt nōnullæ quidem uiperæ. Nonnullæ
uero paſtinacæ aliæ aliud quodā uenenū poſſunt attrahere: & mani-
nifeſte uidere licet ipſum medicinis inhærētē: hic igitur epicurū qui-
dem probare oportet propter eū quē habuit cōtradicēdi apparenti-
bus pudorē improbare aūt cauſę quā attulit ratiocinationes: quod.n.
nos digitis trahentes educere lignū neqmus hoc a paruis illis corpu-
ſculis extrabi quomodo nō omnino foret abſurdū: nūquid igitur iam
ſumus ꝑſuaſi unicuiq; rei quādā ineſſe potētiā qua ꝓpriā attrahit q̄li-
tatē alteri ꝗdē magis: alteri uero minus an etiā de fermētis exēplū in
mediū ſermone adducimus: tunc.n. ēt agricolis circa naturales impe-
ritiores apparebūt q̄ nihil oīno ab aliquo attrahi cōcedūt: ſicuti ego

ꝗ primū audiui quod fit ſum admiratꝰ atq; ideo uolui ipſis oculis intue-
ri poſtmodū reſpōdēte expiētia cauſam tēpore lōgo ſecūdū oīa dog
mata pſcrutatus nullā aliā inuenire poterā quæ aliquid uel probabili-
tatis haberet ſed oēs alias derridiculas & manifeſte redargutas prę-
ter eā quę attractionē cōfirmat. Q đ āt diceꝛ uolumꝰ factū tale ē affer
rētes q ſunt apud nos agricolæ fermēta ex agris in curribus q̄do ſurri
pe uolūt ita ut nō depręhēdātur uaſa quędā fictilia implētes aqua me
dijs ipſis imponūt frumēta igitur attrahētia ad ſe ipſa ex uaſe fictili hu
morē tumorē & grauitatē accipiūt: neq; admodū ab inſpiciētibus co-
gnoſcunꝰ: niſi quiſpiā admonitꝰ diligentius intueatur: Si tamen uelis
idē uas ad ſolē q̄tū uis calidū expōere q̄ minimū oīo aquę cōſumptū
ſingulis diebus aīaduertes. Sic igitur etiā ſolis calore uęhemēti exiſtē
te fortiorē habēt frumēta poteſtatē trahēdi ad ſe proximā humidita-
tē. Hic igitur lōgū eſt nugamētū motus ad partē ſubtiliorē ambiētis
nos aeris & tunc pręſertim qñ ſufficiēter calidus fuerit & plus q̄ circa
frumēta partibus cōſtās tenuioribus ſuſcipiēs tamē decimā partē eiꝰ
quę a frumētis trāſumitur humiditatis: ſed poſtq̄ ſatis loquaces in re-
darguēdo fuimus coacti ſecūdū prouerbiū cū inſanis īſanire. Rurſus
ad urinarū ſecretionē redeamus in qua aſclepiadis deliramēta omit-
tamus & cū his q̄bus pſuaſum eſt trāſmitti ꝑ renes urinas quis nā mo-
dus ſit opatiōis cōſideremus: omnino. n. uel ex ſeipſis ad renes urinę
ferunꝰ: uel hoc forte melius exiſtimātes/ueluti nos cū in forū ꝓficiſci-
mur uel ſi hoc impoſſibile eſt alterā oportet cauſam inuenire ꝓgreſ-
ſus ipſaꝝ. Quid iā hęc eſt ſi. n. renibus uim aliquā attractiuā talis q̄lita-
tis nō tribuerimus quēadmodū Hippocrates cēſebāt nihili aliud pro
cauſa adinueniemus: quod. n. uel ipſis attrahere urinas cōuēit: uel ue-
nas trāſmittere ſi ex ſe ipſa urina nō fertur unicuiq; manifeſtū exiſtit:
uerū ſi uenæ ſe cōprimētes urinā ꝓpellerent nō ipſa tātū: ſed cum ea
& oīs ſanguis in uenis cōtētus ad renes exprimereꝰ: ſi uero hoc eſt im
poſſibile quēadmodū oſtendemus relinquitur renes attrahere. Quo-
modo aūt illud ſit impoſſibile ipſe renum ſitus manifeſtat: neq;. n. ita
cauæ uenæ ſubiacent: quēadmodū ex cerebro ueniētibus ſuperfluita-
tibus hi q in narre: atq; in palato collatorijs ſimiles meatus exiſtunt:
uerū ab utraq; parte ipſi adiacēt uenę & q̄dē ſi eodē mō quo collato-
ria quicq̄d tenuius eſt atq; oīo ſeroſum hoc q̄dē prōpte tranſmittunt
craſſius aūt retinēt oēm ad ipſos trāſire oportet ſanguinē in uena ca-
ua cōtentū quēadmodū in torcularia totū inijcitur uinū & q̄dē lactis
quod caſeus efficiꝰ exēplū manifeſte quod uolo dicere oſtēdet. Et. n.
hoc uniuerſum in calathos iniecū nō totū pcolaꝰ: ſed quicq̄d tenuius
eſt latitudine nexuū fertur in præceps & hoc ſeroſum nominaꝰ: pars
uero reliqua craſſior exiſtēs quæ debet fieri caſeus ut q̄ nō poſſint hi
qui in calathis ſunt meatus ſuſcipere neq; deorſum labitur & q̄dem ſi
ita pcolari debet in renibus pars ſeroſa ſanguinis oportet totu ad ip-
ſos ſanguinē puenire & nō unā q̄dē partē ita alterū uero nō quomo-
do igitur res ſe habet: quæ ex ſectione cōſpicitur: altera q̄dē pars ex
uena caua ſupra aſcēdit ad cor: reliqua uero ſpinā cōſcēdit & ꝑ totā
ipſam extēditur uſq; ad crura ita quod altera q̄dē pars neq; prope ac-
cedit ad renes reliqua uero appropinquat q̄dē nō tamē ī ipſos ſubin-
traꝰ: atq oportuerat ſi q̄dē debebat ſanguis ꝑ ipſos tanq̄ pcollatoria
expurgari totus in ipſos illabi deinceps inferius q̄dem deſcēdere qui
tenuior eſſet retineri āt ſupra q craſſior. Nūc uero nō ita res ſe habet
ad latera. n. ab utraq; pte uenę cauę renes iacēt: nō igitur ſicuti colla-
toria pcollāt illa q̄dē trāſmittēte ipſi uero nullā uim afferētes ſed ipſi
vȝ attrahūt: hoc. n. relinquiꝰ. Quomō igitur attrahūt ſi q̄dē quēadmo-
dum epicurus arbitratur omnes fieri attractiones ſecūdū atomorum
reſilitiōes & implicationes uere melius fuerit ipſos neq; omnino tra-
here aſſeuerare: ſic. n. ſermo ſubiectus examini molto his quæ antea
de lapide heracleo dicta ſunt rediculoſior inuenietur: ſed quēadmo
dum Hippocrates uolebat manifeſtius autem in proceſſu ſermonis a
nobis dicetur. Nunc enim non hoc docere propoſuimus: ſed potius
ꝙ nihil aliud poſſibile ſit dicere eſſe cauſam urinarū ſecretionis prę-
terq̄ renū attractionē neq; ita fieri attractionē quēadmodū hi qui nul
lam uim naturę tribuūt fieri arbitrātur. Hoc. n. confeſſo ꝙ ſit omnino
his quæ a natura regūtur uis aliqua attractiua delirus erit q̄cūq; aliud
q̄ppiā de alimēti diſtributiōe proferre tētauerit. Eraſiſtratus uero ne
ſcio quo pacto alijs q̄buſdā ſtultis opinionibus lōgo ſermone cōtradi
xit. Hippocrates uero opinionē omnino prętermiſit de qua neq; eate-
nus meminit/ut nomē tantū attractiōis exprimeret: ita quodā modo
ſcribēs: attractio q̄dē uentriculi nulla apparet eſſe. De diſtributiōe āt
uerba faciens/neq; uſq; ad unā ſyllabā Hippocratis meminit opinio-
nis: atqui nobis ſufficere potuit: ſi hoc tantū ſcripſiſſet quod Hippo-
crates inquiēs carnes attractiuę intra uentriculum & extra mētiatur.
Neq;. n. ex uētriculo/neq; ītra/neq; extra attrahere poſſunt: ſi etiā ꝙ
vteri collū debile exiſtēs male ꝓ cauſa afferat ita inquiēs: neq;. n. pōt
ipſius os attrahere ſemē/uel tale aliq̄d aliud Eraſiſtratus ſcribēdū pu-
taſſet/tunc & nos pro Hippocrate ad ipſum reſpondētes diceremus.
Noli o generoſe nobiſcū rhetorice ſine demonſtratione agere: ueꝝ
aliquā ꝓfer dogmatis accuſationē/ut uel tibi credamus antiquoꝝ ſer-
mōes refellēti/uel te ignorātē in cōtrariā ſentētiā ducamus: q̄q̄ q̄d di-
xi rhetorice: neq;. n. qm̄ rhetores quidā quæ maxime nequeūt diſſol-

uere hæc riſu proſequẽtes/neqꝫ cõtradicere tentãt/iam & hoc nos ar-
bitramur eſſe rhetorice factũ. Rhethoricũ.n.opus arbitramur ſermo-
nem afferre ꝑſuaſibilẽ:ubi autẽ deſit ꝑſuaſio ſcurrule non rhetoricũ.
Neqꝫ igitur rhetorice neqꝫ dialectice Eraſiſtratus cõtradixit ei qui ha
betur de deglutione ſermoni:quid.n.inquit attractio quidẽ nulla eſſe
in uẽtriculo apparet. Rurſus igitur cõtra ipſum a nobis idẽ ſermo te-
ſtificãs obijciatur. Nulla quidẽ igitur apparet cõpreſſio ſtomacho id
eſt ori uẽtriculi ineſſe. Et quomodo nõ apꝑet fortaſſis aliqs eraſiſtra-
ti ſectatorꝝ reſpõdebit : quũ.n.dicitꝰ ꝙ partibus ipſius ſuperioribus in
unum coactis inferiores expandũtur ſuꝑiores cõprimũtur quomodo
non eſt hoc attractiõis argumentũ. Rurſus igitur & nos/& quomodo
non apparet uẽtriculi attractio dicemus. Cũ.n.partes inferiores ſto-
machi expãdũtur ſemꝑ cõprimi ſuꝑiores qoomodo nõ eſt hoc attra-
ctionis indiciũ. Si uero Eraſiſtratus aliquando reſipiſceret/ atqꝫ aĩad-
uerteret hoc quod apparet nihilo magis alterã probare opinionẽ ſed
ambabus eſſe cõmune:ita demũ illi uerũ inuẽtionis ueritatis iter oſtẽ
deremus/ſed de uẽtriculo quidẽ poſtea alimẽti uero diſtributio nihil
eget ea quæ eſt ad uacuũ cõſecutiõe ubi ſemel cõfeſſa fuerit uirtus at-
tractiua in renibus eſſe quã licet verã eſſe noſſet: Eraſiſtratus nõ tamẽ
de ea aliqd meminit/neqꝫ cõtradixit/neqꝫ omnino mõſtrauit quã ha-
beat opinionẽ de urinarꝫ diſcretione/uel propter quid qum ſtatim ab
initio propoſuiſſet facturũ ſe ſermonẽ de naturalibus oꝑationibꝰ pri-
mum quę nam ipſe ſint & quomodo fiant/& ꝑ quę loca in ſecretione
quidẽ urinarꝫ ꝙ hæc fiat ꝑ renes declarauit. Quomodo autẽ hæc fiat
omnino ꝑ̃termiſit: fruſtra igitur nos & de alimẽti coctione quomodo
fiat:& de bilioſę ſuꝑfluitatis diſcretione ꝑdocuit cõterẽs tẽpus. Nam
hic quoqꝫ dicere ſufficiebat ꝑ quas nam partes quomodo aũt prętermittere.
Verũ de illis quidẽ non modo per quę fiãt inſtrumẽta. Sed ẽt
quo nã modo dicere potuit:qn̄ẽadmodũ ut arbitror/& de alimẽti di-
ſtributiõe. Neqꝫ.n.ſatis fuit id ſolũ dicere ꝙ per uenas ſed inſuꝑ ꝙ ꝑꝑ
eã/quę ad uacuũ cõſecutionẽ fieret expoſuit. De urinarꝫ uero diſcre-
tione: ſcribit quidẽ ꝙ ꝑ renes nõ tamẽ quõ fiat adiũgit. Neqꝫ.n.ut ar-
bitror inqt hãc quoqꝫ fieri ex ea quę eſt ad uacuũ cõſecutione. Sic.n.
nullus unq̃ ob iſcuriã id eſt urinę retẽtionẽ moreretꝰ quũ nõ poſſit plus
vnq̃ de urina defluere illo quod fuerit euacuatũ. Nulla.n.altera cauſa
ſuꝑaddita/ſed ſola ad uacuũ cõſecutione traducẽte continuũ plus eo
defluere quod fuerit euacuatũ nullo modo cõtingit/ſed neqꝫ aliã ali-
quã ſatis probabilẽ quã afferret habebat: ſicuti in alimẽti diſtributiõe
ventriculi cõpreſſionẽ:uerũ hæc cauſa in ſanguine q in uena caua cõ
tinetꝰ/omnino perierat nõ modo ob diſtãtię lõgitudinẽ diſſoluta / ſed

ob id etiã ꝙ cor ſuperiacẽs in unaquaqꝫ ſui expãſione ab ea uęhemẽ-
ter arripit nõ paruã ſanguinis quãtitatẽ. Quũ igitꝰ oĩa alia ſophiſmata
deficerẽt ſola una relinquebatꝰ in partibus uenæ cauæ inferioribus ea
quę fit ad uacuũ cõſecutio: uerũ hęc quoqꝫ ob illos/q ex iſcuria.i.urinę
retẽtione moriũtur ſuaſibilitatẽ amiſerat/neqꝫ minimis etiã ꝑꝑ ſitũ re
nũ. Si.n.totus ad ipſos ſanguis deferretꝰ cõuenĩẽter & totũ ipm̄ expur
gari diceretꝰ. Nũc autẽ neqꝫ.n.totus ſed tanta ipſius pars q̃tã ille quæ
uſqꝫ ad renes ꝑtingũt accipiũt ad eoſdẽ ꝑuenit renes. Solũ igitꝰ ille ex
purgabitꝰ/& pars quidẽ ipſius ſeroſa ac tenuis ꝑ renes ueluti ꝑ collato
ria quędã ꝑmeabit. Pars uero ſanguinea & craſſa in uenis reſidẽs ob-
ſtabit illi quæ poſtea fluere debet recurrere igitur oportet ipſum ad
cauã uenã: atqꝫ hoc modo uacuas reddere eas quę ad renes uenas ꝑ-
tingũt/uel ſecũdo ad ipſos nõ amplius afferẽt ſanguinẽ impurꝫ. Nam
quũ prior ipſas occupauerit trãſitus nullus relinquetꝰ. Quæ nã igitꝰ uis
rurſus ſanguinẽ purũ retro a renibus abducet: quę uero etiã iſtũ ſuſci
piẽs vt ad partẽ inferiorẽ cauę uenę deſcẽdat impabit. Alteri uero qui
ſupra fertꝰ/ne ad inferiora deſcẽdat anteq̃ ad renes abeat ẽt iubebit.
Hęc oĩa cũ Eraſiſtratus aĩaduerteret plena dubitationũ & unã tantũ
opinionẽ expeditã adinueniret quę eſt attractiõis/neqꝫ dubitare uo-
lens/neqꝫ ẽt Hippocratis placita dicere melius oĩno iudicauit de mo-
do diſcretiõis reticere: verꝫ ſi ipſe tacuit nos haud quaq̃ tacebimꝰ/ſci
mus.n.ꝙ niſi Hippo.opinionẽ ſequamur: verꝫ aliud qcq̃ de renũ oꝑa
tione aſſeramus fugere nõ poſſumus qn ab alijs derrideamur. Ob hãc
igitꝰ cãm Eraſiſtratus qdẽ ſilẽtio uſus ẽ. Aſclepiades uero mẽtitus quẽ-
admodũ ſerui nõnulli qdẽ q in tota uita priore ſua crimina abundãti
quadã aſtutia excuſarũt. Demũ aliquãdo in ipſo furto deꝑheſi/nullã
deinceps inueniũt ſimulatã excuſatione: vnde q plus pudoris habet
mutus ac ueluti attonitus apparet. Si qs uero eſt impudentior ſub ala
id quod ab ipſo exigit occultat & nũq̃ ſe id uidiſſe ꝑiurat: ſic & Aſcle-
piades deficiẽtibus ipſi aſtutię/ſophiſmatibꝰ quũ neqꝫ ẽt hac in parte
poſſit qcq̃ de ea quę fit ad partẽ ſubtiliorẽ latiõe delirare/neqꝫ etiã ꝙ
hmõi ſuꝑfluitas a renibꝰ generatꝰ: quẽadmodũ in meatibꝰ epatis bilis
poſſit ſine maxĩo deriſu aſſeuerare ꝑiurat/& mãifeſte mẽtitꝰ ꝙ nõ ꝑue
nit ingẽs ad renes urina uerũ ab his quę in uẽtre ſunt ꝑtibꝰ ad ueſicã
ſtatĩ ꝑ modũ uaporꝫ cõgregat. Hi qdẽ igitꝰ eodẽ mõ quo ſerui in ipſo
furto depręhẽſi ꝑterrefacti: Eraſiſtratus qdẽ obticuit: alter uero ipu-
dẽter mẽtitꝰ. Iuniores uero qcũqꝫ ſe talibꝰ noibꝰ inſignierũt: Eraſiſtra
tios atqꝫ Aſclepiadios ſe ipſos cognominãtes ſimiles ſeruis q ab optĩo
Menãdro in comœdijs introducũtur Dacis.ſ.qbuſdã ac Getis nihil ſe
generoſum feciſſe exiſtimãtibus niſi ter herũ circũuenerint non aliter

& ipſi ꝑ multũ ociũ impudẽtia ſophiſmata excogitarũt: alij ne Aſcle-
piades aliquo mõ ꝓ mẽdaci redarguat̃. Alij uero ut eoꝝ mali inuẽto-
res exiſtãt: quæ bene aſclepiades ſilẽtio p̃termiſit/ſed de aſclepiadis
q̃dẽ ſatis eraſiſtrati uero ſectatores dũ modũ dicere tẽtãt quo aqua ꝑ
renes colet̃ oĩa faciũt ac patiũtur atqꝫ in oẽs uias ſe cõuertũt cauſam
ꝓbabilẽ quæ attractiõe nõ egeat inuenire ſatagẽtes. Nã q̃ ꝓximi ętа-
te eraſiſtrato fuerũt ꝑtes q̃dẽ ſupra renes exiſtẽtes purũ ſanguinẽ ſu-
ſcipere īquiunt aquoſam aũt ſupfluitatẽ grauitatẽ hẽre ac ſuo põdere
ad inferiora delabi: hic.n.renibꝰ ipſis ꝑcollatã/atqꝫ ita ſanguinẽ opti-
mũ factã ad oẽs ꝑtes quę ſunt infra renes trãſmitti. Et hęc q̃dẽ opinio
vſqꝫ ad aliquod tẽpus cõprobata plurimũ uiguit/ac ꝓ uera fuit iudica-
ta: veꝝ in ꝓceſſu tp̃is & ipſis eraſiſtrati ſectatoribꝰ ſuſpecta fuit: tan-
demqꝫ ab ipſa diſceſſerũt. Hęc.n.duo uidebant̃ petere/ quę neqꝫ aliq̃s
vnq̃ cõceſſit. Neqꝫ ẽt poſſunt demõſtrari primũ q̃dẽ q̃ ſeroſus humor
in caua uena p̃ria grauitatẽ acceperit/quaſi nõ ẽt ab initio talis extite-
rit quãdo a porta ad epar aſcẽdebat. Cur igitur nõ ſtatim in illis exñs
locis ad inferiora defluebat. Quõ p̃terea rationabiliter diceret̃ cõfer-
re ad diſtributionẽ aquoſus humor/ſiq̃dẽ adeo grauis exiſtit. Secũdũ
incõueniẽs ꝙ ſi etiã cõcedat̃ ferri totus ad inferiora/ & nõ ſm̃ aliũ lo-
cum quã cauã uenã quo nã modo ad renes ꝑueniat difficile eſt: magis
aũt impoſſibile dicere quũ neqꝫ ipſi renes in ꝑtibꝰ infra uenã exiſtẽti-
bus ſiti ſint ſed potius ad latera/neqꝫ ẽt caua uena in ipſos ſubintret:
ſed quãdã tm̃ ueluti ꝓpaginẽ in utrũqꝫ trãſmittat: queadmodũ & ad
alias oẽs corp̃is ꝑtes. Quę nã igit̃ eſt quę iſti ſucceſſit opinio poſtq̃ hęc
fuit ĩprobata mihi q̃dẽ uidet̃ multo priore inſulſior: viguit aũt & hæc
aliq̃ñ: aiũt.n.ꝙ ſi oleũ aquæ cõmiſtũ ſup terrã infundat̃ diuerſum iter
utrũqꝫ ſecuturũ & hoc q̃dẽ ad unã partẽ: alterũ uero ad alterã deflu-
xurã. Quare nihil mirũ uideri debere inq̃ũt: ſi humor q̃dẽ aquoſus ad
renes labit̃: ſanguis uero ꝑ cauã uenã ad inferiora defert̃: verũ & hæc
quoqꝫ opinio iã exploſa eſt. Cur.n.quũ tam multę nũero uenę a caua
vena oriãtur: ſanguis q̃dẽ ad alias oẽs. Seroſus aũt humor ad eas quę
ad renes tẽdũt tãtũmodo diuertit. De hac ipſa q̃dẽ quęſtiõe illi nullã
fecere mẽtionẽ/ſed quũ id ſolũ q̃d fit expoſuerũt: cauſam ſe hoc pa-
cto aſſignaſſe arbitrãtur. Rurſus ãt Ioui/ſaluatori deteriorẽ oĩbꝰ alijs
opinionẽ nũc aũt inuẽtã a Lyco macedone atqꝫ approbatã ꝑꝑ noui-
tatẽ enarramus. Oſtẽdit.n.Lycus iſte tãq̃ ex adyto quodã oraculũ ꝓ-
mẽs eſſe urinã nutritiõis renũ ſupfluitatẽ. Quot q̃dẽ igit̃ id quod bibit̃
in urinã cõuertat̃ p̃terq̃ ſi q̃d cũ excremẽtis ꝑ ſedẽ exeat/uel in ſudo-
rem abeat/aut in occultã trãſpirationẽ manifeſte oſtẽditur ex urinis/
quæ ſingulis diebꝰ mingunt̃: maxĩe uero hyberno tẽpore hoc intueri

licet ĩ his/qui uitã deſidẽ agũt/& abũdãti potu utunt̃: p̃ſertim ſi uino
vtuntur tenui atqꝫ ad ꝑmeãdũ apto/hi.n.celeriter mingũt/ & fere tã-
tum quantũ in potu hauſerint. Quot aũt & Eraſiſtratus ita ſenſerit: q̃
primũ librũ ſermonũ uniuerſaliũ ipſius legerit facile ĩtelligũt. Quare
Lycus neqꝫ uera uidet̃ dicere/neqꝫ Eraſiſtrato cõueniẽtia: liquet ãt ꝙ
neqꝫ Aſclepiadi multo ãt magis neqꝫ Hippo. Quare albo ut in ꝓuer-
bio dr̃ coruo aſſimilat̃: q̃ neqꝫ alijs coruis põt admiſceri ꝑꝑ colorẽ/neqꝫ
colũbis ꝑꝑ magnitudinẽ: verũ nõ ꝑꝑ hãc cãm eſt oĩno cõtẽnẽdus: for-
te.n.mirabile aliq̃d dicit quod nullus nouit antiquoꝝ. Nos q̃dẽ igitur
in oĩbꝰ mẽbris quę nutriunt̃ fieri aliquã ſupfluitatẽ nõ negamus: quot
aũt ſoli renes corpa adeo parua quatuor integros choas / uel ẽt plu-
res ſupfluitatũ cõtineãt neqꝫ cõfeſſum eſt: neqꝫ rationabile. Nã in ſin-
gulis uiſceribꝰ quę maiora ſunt renibꝰ plus oporteret ſupfluitatũ cõ-
tineri ueluti ſtatim in pulmõe: ſi.n.magnitudini uiſceris ꝓportiõe re-
ſpõderẽt eſſent ad eas quę in renibꝰ fiũt ſane multiplices: unde & to-
tum thoracẽ repleri cõtigeret atqꝫ aĩal e ueſtigio ſtrãgulari/uel ſi fieri
inq̃t in ſingulis alijs mẽbris ſupfluitates ꝑ quas nã ueſicas excernunt̃
ſi.n.renes in ebrioſis tres aut quatuor faciũt choas ſupfluitatũ multo
plures in oĩbus alijs mẽbris generabuntur: atqꝫ ita magno aliquo uaſe
opus erit: q̃d oĩum mẽbroꝝ ſupfluitates excipiet. Et q̃dẽ ſępius quãtũ
q̃ſpiã potauit fere totũ id mingit̃: q̃d argumẽto eſſe põt potũ uniuer-
ſum ad renes deferri. Videt̃ igit̃ hic tertio decipiẽs nihil ꝓficere: uerũ
ſtatĩ eſſe depręhẽſus/atqꝫ adhuc dubitatio prior eraſiſtrato: atqꝫ alijs
oĩbꝰ inexplicata remanere ſolo Hippo. excepto. Ego uero hoc in lo-
co libẽter hęreo cũ certiſſime ſciã nihil oĩno aliud de renũ opatione
poſſe ab aliquo dici: veꝝ oportere illos q̃ nolũt fateri urinas ꝑ renes
colari ẽt coqꝫ uideri impitiores/uel ſi hoc ẽt cõceſſerint nullã aliã ha-
bere quã poſſint afferre cãm diſcretiõis p̃ter attractionẽ: verũ ſi uri-
naꝝ delatio nõ fit ꝑꝑ ad uacuũ cõſecutionẽ manifeſtũ eſt ꝙ neqꝫ ſan-
guinis/neqꝫ bilis/uel ſi illaꝝ ẽt huius. Omnia.n.eodẽ modo ꝑfici etiã
ipſo Eraſiſtrato idẽ fatẽte eſt neceſſariũ: verũ de his libro ſequẽti la-
tius a nobis diſſeretur.

EINIS GALENI DE PO-
TENTIIS NATVRA-
LIBVS LIBRI
PRIMI.

## Capita Secundi Libri.

QVot attractiuā uirtutem cui maxima operum naturalium aſſignat Hippocrates non nouit Eraſiſtratus.

Quot ſine hac non eſt poſſibile de bilis diſcretione / & urinarū loqui/ ſicuti neq; de alimenti diſtributione & nutritione.

Quot de quatuor iſtis opationibus male ab Eraſiſtrato dictū eſt.

Quot de cauſis ſimpliciter ac primis Eraſiſtratus loquens ſponte obſcuritatē affectauit/& indiſtincte locutus eſt.

Quot & Eraſiſtratus & eius ſectatores inuicē diſcordarūt.

Quot omnibus modis dubia eſt de nutritione tractatio apud Eraſiſtratum.

Quot de ſanguinis generatione & omnino de humoribus nihil dicit Eraſiſtratus/quæ nam cauſa ſit ob quā id fecerit Eraſiſtratus.

Quot de humorum generatione atq; potentia : ſcientia medicis utiliſſima ſit.

# GALENI DE POTENTIIS NATVRALIBVS LIBER SECVNDVS INTERPRETE NICOLAO LEONICENO.

QVOD qdē neceſſariū ſit nō Eraſiſtrato ſoli. Verū alijs oībus qui de vrinarū diſcretione optimū aliqd dicturi ſunt fateri quādā in renibus virtutē ſiue potentiā quæ talē ad ſe trahit qualitatē qualis ī urinis exiſtit: priore libro a nobis eſt demonſtratū: ubi & hoc ſimul cōmemorauimus/ꝙ non aliter ad ueſicā per renes urinę. Aliter aūt ad omnes animalis partes ſanguis deferatur/aut ſm aliquē aliū modū flaua bilis ſecernatur. Nā quū manifeſte oſtenſum ſit in unoquoq; inſtrumēto naturali eſſe virtutē quā attractiuā & euulſiuā nominamus/nihil amplius difficile eſt ad reliqua ipſam transferre. Neq;.n. renibus quidē natura uirtutē talem aliquā indidit: nō autē & uaſis quæ bilioſum humorē ad ſe trahunt. Neq; his quidē: non autē & aliorū membrorū ſingulis & quidē ſi hoc uerū eſt mirari de eraſiſtrato oportet / qui ſermones adeo falſos de alimenti diſtributione protulit/ut neq; ipſum latuerit Aſclepiadē. At qui omni alio uero hoc uerius exiſtimat: quot ſi ex uenis aliquid defluit ex duobus alterū eueniet: uel.ſ. totus locus ſimul uacuus erit/uel quod cōtinuabitur influet ut baſim repleat eius quod euacuatur: verum Aſclepiades non duorū alterum inquit: ſed trium potius unum aliquod dicere oportere in uaſis euacuatis ſecuturū uel uacuum uniuerſum fore locum uel continuū cōſecuturū uel uas ipſum compreſſum iri: in calamis.n. ac fiſtulis quæ in aquā demittūtur: uerum eſt dicere ꝙ euacuato aere qui in ipſorū amplitudine cōtinetur: uel uacuus totus ſimul locus exiſtet/uel continuū conſequetur. In uenis autem non æque cōtingit quum ipſarū tunica in ſe ipſam poſſit reſidere: atq; omnino interioris ſpacij amplitudinē occupare. Ita quidem igitur falſa eſt ea quæ ad uacuū fieri dicitur cōſecutio non per Iouē demōſtratio ſed ſuppoſitio potius eraſiſtratia nūcupanda. Secundū alterū autem modū etiam ſi uera foret ſuperflua tamen exiſtit/quum etiā uentriculus poſſit uenas cōprimere: ſicuti ipſe ſuppoſuit/ac rurſus ipſe uenæ ſe circa illud quod inexiſtit colligere/ atq; ulterius propellere: nā tum alia tum etiā multitudo humorū in corpore nō generaretur/ſi ſola ad uacuū conſecutione alimēti diſtributio perficeretur. Si quidem

igitur compreſſio uentriculi in progreſſu diſſoluitur/neq; in totū pro
gredi poteſt/atq; omnino alio ingenio opus eſt/ut ſanguis ad totum
corpus deferatur neceſſario quidē ea quæ eſt ad uacuū cōſecutio eſt
adiuncta:multitudo uero in nulla earū partiū quæ poſt epar ſunt fie
ri poterit/uel ſi aliquo modo facta fuerit circa cor atq; pulmonē:hoc
.n.ſolū mēbrum ex his quæ poſt epar ſunt in dextrū ſui uentriculū tra
hit alimentū:Deinde per uenā arterialē ad pulmonē trāſmittit. Neq;
.n.aliquod aliud mēbrum/neq; Eraſiſtratus ipſe vult ex corde nutriri
propter mēbranas quæ ſupnaſcūtur.Si uero ut multitudo genetetur
ſeruabimus ad totū uſq; uim vētriculi cōpreſſionis: iā nihil aliud ege-
bimus ea quæ fit ad vacuū cōſecutione: pręcipue ſi etiā uenaꝝ com-
preſſiōes ſuppoſuerimus:quēadmodū neq; ipſi eraſiſtrato diſplicet.
Verū rurſus ipſi etiam ſi nolit in memoriā de renibus eſt reuocandū
atq; dicendū ꝙ hæc eſt manifeſtiſſima omniū illoꝝ redargutio qui ab
attractione diſcedūt.Nemo.n.ipſoꝝ neq; aliquid ꝑſuaſibile dixit:ſed
neq; etiā quouis modo : quēadmodū antea mōſtrauimus poteſt cau-
ſam alium urinaꝝ diſcretionis inuenire/ſed uel uideri inſanire eſt ne
ceſſariū ſi dixerint urinā ad ueſicā inſtar quorundā uapoꝝ ire uel tur
piter agere de ea quæ ad uacuū fit conſecutione mentionē facientes
quū hęc ſit in ſanguine plena delirij impoſſibilis autē : ac fatua omni-
no in urinis.Hoc quidē unum eſt erratū illoꝝ qui ab attractione diſce
dunt:alteram uero circa flauæ bilis diſcretionem. Neq; .n. & ibi præ-
terfluente ſanguine ſm ora uaſorum quę ſunt bilis receptacula bilio-
ſa ſuperfluitas exquiſitā habebit diſcretionē: & non habeat inquiēt/
ſed ſimul cum ſanguine per totū corpus deferatur: uerum o ſapiētiſſi
mi prouidā eſſe circa animalia atq; artificioſam Eraſiſtratus naturam
ſuppoſuit/ſed & bilioſam ſuperfluitatē omnino inutilem animalibus
eſſe aſſeuerauit:non autē hæc ambo inuicem conueniūt. Quomodo
enim animalis prouidentiā habere natura uideretur/ſi humorē adeo
malū una cum ſanguine deferri permitteret:ſed hæc quidē parua ma
ximum aūt & manifeſtiſſimū hic peccatū iam enarrabo.Si.n.propter
nihil aliud q̄ quia ſanguis quidē craſſus eſt . Tenuior uero flaua bilis
exiſtit:& uenaꝝ quidem ore latiora ſunt : vaſoꝝ autem bilem ſuſci-
pientiū anguſtiora propter hoc bilis quidem anguſtiſſimis uaſis / atq;
orificis accōmodatur.Sanguis uero latioribus manifeſtū ꝙ hęc aquo-
ſa/atq; ſeroſa: ſuperfluitas tanto prius in uaſa influet bilem ſuſcipiē-
tia quanto bile tenuior exiſtit.Quomodo igitur nō influit? an craſſior
per Iouem urina ipſa bile? Hoc.n.auſus eſt dicere quidā ætate noſtra
ex eraſiſtrati ſectatoribus ſenſibus.ſ.deſtitutis / quibus in bile & ſan-
guine credidit. Siue.n.ꝙ bilis plus ſanguine fluat : iccirco ꝙ ſubtilior

exiſtat a nobis eſt exiſtimandū/ſiue ꝙ per linteum uel pannū tritum/
vel aliquod colatoriū facilius permeet/& hac ſeroſa ſuperfluitas etiā
ſm hęc iudicia craſſior aquoſa ſupfluitate eadē bilis exiſtet.Rurſus.n.
neq; hic ratio aliqua afferri poteſt/quæ bilē aquoſa ſupfluitate tenuio
rem eſſe demōſtret.Sed quādo qſpiā etiā poſt caſum impudentiā ſer
uauerit/& nōdū etiā ſe cecidiſſe cōceſſerit quoſdā vulgares luctato-
res immitabiẗ qui ad terrā deiecti a ualētibus paleſtritis q̄q̄ ſupini iace
ant ſupra terrā tātū abſunt/ut ſuū caſum agnoſcāt/ut ipſis illis a qbus
fuere proſtrati collū appręhendāt/neq; a ſe amoueri ꝑmittāt/ atq; in
hoc ſe uictores eſſe arbitrātur.Nugę igitur longę ſunt omnis de poris
ſiue paruis meatibus ſuppoſitio quātū ad naturalē attinet opationē.
Niſi.n.natiua quędā uirtus unicuiq; organo ſtatim ab initio donetur/
non poterūt aīalia ſufficere:non dico tantū numerū annoꝝ/ſed neq;
pauciſſimos dies.Hæc.n.ſine tutella relinquētes omni arte ac ꝓuidē-
tia deſtituta ſolis materieꝝ motib⁹ gubernata nuſq̄ aliqua uirtute exi
ſtēte uel quæ trahat id quod ſibi cōueniēs exiſtit:aut quod alienū ex-
pellat/uel quę alteret/atq; aglutinet futurū alimentū neſcio quo nam
modo deriſum poſſimus effugere de naturalib⁹ opationib⁹ differētes
ac multo magis de aīalib⁹ atq; uniuerſa uita:neq;.n.uiuere/neq; ꝑma
nere uel minimū tēpus aliquod animal poterit ſi tot in ſe ipſo cōtinēs
mēbra atq; adeo differentia/neq; attractiua utaẗ uirtute eoꝝ quæ ipſi
affinia ſunt/neq; expulſiua illoꝝ quę ſunt aliena / neq; alteratiua eoꝝ
quę ſunt futura alimēta/atq ſi has uirtutes obtineamus nihil amplius
paruis meatib⁹ aut magnis ex indemōſtrabili ſūptis ſuppoſitione ad
urinę ac bilis diſcretionē indigeremus/& oportuno ſitu in qua ſola ſa
pere uideẗ eraſiſtratus oīa bene gigni/ atq; afformari a natura corpis
mēbra arbitratus: veꝝ ſi ſibi in oībus cōſentiret naturā artificioſā no-
mināti illā oīa aīalis mēbra ſtatī ab initio formātē/ac bene diſponētē
inueniret.Poſt talē autē opationē ubi iā nihil āplius uideẗ deficere in
lucē idē aīal ꝓferētē cū qbuſdā uirtutib⁹ ſine qbus nō poterat uiuere
deiceps ipſum augētē vſq; ad cōuenietē magnitudinē. Quare neſcio
quo pacto tolerabit ꝑuis meatib⁹ uel magnirudinib⁹/uel qbuſdā alijs
adeo deliris ſuppoſitionib⁹ naturales cōmittere opatiōes.Illa.n.quæ
aīalis mēbra natura format & paulatī auget oīo ēt ꝑ tota ipſa extēta
eſt&.n.tota ꝑ tota nō ſolū extrīſecus afformat/nutrit & auget.Praxi
teles.n.uel phidias/uel qs alius ſtatuari⁹ tm̄ extrīſecus materias exor
nabāt ubi & ipſas cōtigere poterāt ꝓfunditatē āt īcultā ocioſā ſine ar
te & ꝓuidētia reliquebāt ut q nō poſſent ſubire ac penetrare atq; oēs
ꝑtes materię ꝑtigere/natura uero nō ita ſed oſſis qdē ꝑtē uniuerſam
os ꝑficit.Carnis uero carnē adipis autē adipē/ atq; alioꝝ unūquodq;.

Nulla.n.pars eſt quæ eius tactũ effugiat / ac non ab ipſa elaboretur:
atq; exornetur:uerum cærã quidẽ non poterat Phidias facere elephã
tem & aurum/ſed neq; aurũ:cærã hoꝝ.n.ſingulũ permanẽs tale qua
le erat ab initio ſolum extrinſecus formã quandã atq; figurã artificio⸗
ſam circũ inducẽs ſtatua perfecta facta eſt . Natura autẽ nullius am⸗
plius materiæ formã ſeruat antiquã . Sic.n.ſanguis eſſent omnes ani⸗
malis particulæ qui a fœta influit ad ſemen inſtar cærę cuiuſdam atq;
unius & uniformis materiæ artifici ſubiectę. Nulla autẽ animalis par⸗
ticula neq; rubida ita exiſtit/neq; humida.Os ſi quidẽ/& uena/& ner
uus/& cartilago/& adeps/& glandula/atq; mẽbrana/ medullaq; ſan
guine quidẽ carẽtia / ex ſanguine tamẽ ſunt generata quo nam alte⸗
rante & quo coagulãte: & quo nam afformãte rogarẽ ut mihi Eraſi⸗
ſtratus reſpõderet:omnino.n.uel naturã diceret / uel ſemen idẽ qui⸗
dem utroq; uocabulo dicẽs:Diuerſis autẽ conceptibus interpretans.
Quod.n.prius ſemen erat hoc quãdo incipit gignere / atq; formare
animal natura quædã fit:quẽadmodũ.n.Phidias habebat quidẽ & ar
tis facultates anteq̃ materiã attingeret:ipſis autẽ circa materiã ope⸗
rabatur.Omnis.n.facultas ſiue potẽtia improprię materię defectu eſt
ocioſa:ſic & ſemen potẽtias quidẽ ex ſe ipſo habet. Operationes au⸗
tem non a materia accepit/ſed circa materiã manifeſtauit.Et quidẽ ſi
multo ſanguine ſemen obrueretur ſane corrũperetur. Si uero indige
ret omnino ocioſum exiſtẽs nunq̃ natura fieret. Ne igitur corrũpa⸗
tur & ut pro ſemine natura fiat paululũ ipſi influere ſanguinis eſt ne
ceſſariũ:magis autẽ non paululũ dicere oportet/ ſed multitudine ſe⸗
mini.Quis nam igitur quantitatẽ ſanguinis ad ſemen influẽtis mentie
tur? Quis adhortabitur ne minus influat q̃ oporteat? Quẽ nam hoc
in loco tertiũ generationis animalis præſidẽ perquiremus/qui ſemini
moderatũ ſanguinẽ ſubminiſtret? Quid ad hæc Eraſiſtratus ſi forte
interrogetur reſponderet? An v3 ſemẽ ipſum eſſe diceret? Hoc.n.eſt
quod artifici phidiæ proportione reſpõdet.Sanguis uero cærę aſſimi
latur/unde non conuenit ut cæra ipſa ſibi ipſi modũ adinueniat / ſed
phidias. Tantũ autẽ ſanguinis ad ſe ipſum artifex attrahet quãto in⸗
digebit:uerum hic mentẽ oportet adhibere/& diligẽtius cõſiderare
ne forte nos lateamus ſemini rationẽ atq; intellectũ largiẽtes. Sic.n.
neq; ſemẽ faceremus/neq; naturã ipſum ſed animal/atq; ſi utraq; ſer⸗
uaremus & moderati attractionem/ & ſine ratione potentiã quandã
attrahẽdi ſanguinẽ ſicuti magneti ferrũ ineſſe ſemini diceremus.Coa
cti itaq; fuimus hic quoq; ſicuti & antea ſępius quandã uim attractiuã
in ſemine cõfiteri . Quid nam igitur erat ſemen? principiũ quoddã.ſ.
animalis effectiuum . Nam materiale principium menſtruum exiſtit.



deinde ipſo pricipio hac primũ utẽte potẽtia:ut natura fiat ea quoꝝ
opifex fuit ac generator mẽbra eandẽ potentiã non participare nõ
contingit.Quomodo igitur illã Eraſiſtratus ignorauit? Si autẽ prima
hæc ſeminis opatio moderatũ ſanguinẽ ad ſe ipſum attrahere:mode
ratus uero foret q tenuis atq; ita uaporoſus ut ſtatim ad omnẽ partẽ
ſeminis ueluti Ros qdã attractus nulilibi ſuiipſius formã prę ſe ferret.
Sic enim ipſum facile ſuparet & ſtatim in ſui ſimilitudinẽ ſemen con⸗
uerteret:ſibiq; pro alimẽto apponeret deinde ſecũdo (ut arbiror at⸗
traheret) & tertio donec tumorẽ & multitudinẽ effatu dignã ſibi nu
trito operaretur.Et quidẽ iam uirtus alteratrix eſt adinuẽta neq; ipſa
ab Eraſiſtrato tacta. Tertia ãt uirtus quædã afformatrix appareret p
quã primũ quidem ueluti quandam cõcretam iuſculi ſuperficiem: &
tenuẽ membranã ſemen ſibi circũponit ab Hippocrate in ſexte diei
genitura quã excidiſſe illi mulieri muſice dixit ouorũ tunicę aſſimila⸗
tam.Poſt hãc autẽ iam & quæcũq; alia ab Hippocrate in libro de na
tura infantis cõſcribuntur uerũ ſi unumquodq; membrũ afformatum
ita paruũ remaneret:quẽadmodũ ab initio factum eſt: quid amplius
inde foret:augeri igitur illa oportet quomodo aũt augebũtur omni⸗
no quidẽ extenta ſimul atq; enutrita . Iam uero in memoriã reuocãs
ea quę a me antea dicta ſunt de ueſica quã pueri inflantes cõterebãt
magis itaq; adiſces:& ex his etiã quę a nobis deinceps dicentur:con
cipe animo cor adeo exiguum ab initio ut nihil a milio differat:uel ſi
libet a faba. Deinde perquire quomodo aliter magnum effici poſſet
niſi undequaq; extentũ per totũ ſe ipſum nutriretur ſicuti paulante
ſemen nutriri oſtendebatur. Sed neq; hoc eraſiſtratus nouit qui artẽ
naturę ita laudibus effert:uerũ animalia eodem modo nutriri putat:
ſicuti cophini opculũ catenam:uel ſaccũ/uel calathum. Quibus ſin⸗
gulis ad ipſorũ extremitatẽ quibuſdam alijs applicatis ſimilibus his a
quibus primũ fuere cõpoſiti:poſtea fit appoſitio. Veꝝ hoc modo nõ
eſt augumẽtũ:ſed generatio o ſapiẽtiſſime.Fit.n.& calathus/& ſac⸗
cus/& ueſtis/& domus & nauis:& alia ſingula quãdo nõ dum forma
cõueniẽs:cuius gratia ab artifice fabricatur.Cõplementũ acceperit.
Quãdo igitur augetur quando iã calathus pfectus exiſtens ita ꝙ ha⸗
beat & fundũ/& os/& ueluti uẽtrem:& quæ inter hæc media ſunt in
omnib⁹ iſtis maius fuerit factũ. Et quomodo hoc erit inquiet aliquis?
Quomodo aũt aliter q̃ ſi animal ſtatim uel planta q nũc calathus eſt
nobis fiat. Nã uiuẽtiũ tãtũmodo eſt augumẽtũ:tu uero forte arbitra
ris domũ dũ edificatur augeri & calathũ dũ cõplicatur:& ueſtẽ dum
texitur:uerũ res nõ ita ſe habet . Nã eius quod iã cõpletũ eſt ſecũdũ
formã eſt augumẽtũ,Ei⁹ uero quod adhuc fit uia quę ad formã exiſtit

non augumẽtũ ſed generatio nominatur. Augetur.n.quod eſt fit aũt
quod nõ eſt. Et hęc qdẽ non nouit eraſiſtratus quẽ nihil latet. Si oĩo
ueridici ſunt eius ſectatores ingentes ipſum fuiſſe uerſatũ cũ philoſo
phis peripateticis. Et quatenus quidẽ ipſe naturã ueluti artificioſam
prędicat: noſco eqdẽ placita ſcholæ pipateticę: nihil vero aliud/neqꝫ
huic proximũ animaduerto. Si quis enim Ariſtotelis ac Theophraſti
dogmatibus familiarem ſe fecerit/ eadẽ nihil aliud eſſe iudicabit/ niſi
phiſiologiæ Hippocratis monumẽta: calidũ & frigidũ / & ſiccũ & hu
midũ inuicẽ agentia/& patiẽtia & horũ alterũ calidũ.ſ.eſſe efficaciſ-
ſimũ. Secũdo autem loco frigidũ/hæc omnia primi Hippocratis ſunt
inuentiones: poſt ipſum aũt Atiſtotelis ꝑ tota ſe ipſa animata nutriri
inquientis/ & tẽperari ꝑ ſe tota / quæ tẽperantur ſimiliter per ſe tota
alterari quęcũqꝫ ex ipſis alterant/& hęc Hippocratica ſunt ſimul atqꝫ
Ariſtotelica/ſicuti & coctionẽ quãdã eſſe alterationẽ/ac trãſmutatio
nem eius quod nutrit inpropriã illius quod nutritur qualitatẽ: ſangui
nis autẽ generationẽ eſſe alterationẽ/& nutritionem ſimiliter/& au-
ctionẽ ex diſtinctione & nutritiõe fieri/alterationem uero maxime a
calido perfici: & ꝑꝑ hoc etiã coctionẽ/& nutritionẽ & omniũ humo-
rũ generationẽ. Simul aũt & ſupfluitatib⁹ qualitates a calore natiuo
generari. Hæc uniuerſa/& præter ipſa alia multa quæ ſunt nuper di-
ctarũ potentiarũ opera/& ad morborũ attinent generationẽ nec nõ
ad remedioꝝ inuẽtionẽ Hippocrates primus omniũ quos nouimus
recte eſt executus/& Ariſtoteles ab ipſo ſecũdus recte etiã expoſuit.
Atqui ſi hęc oĩa peripateticis placẽt quẽadmodũ ſane placent. Nihil
aũt ex his ipſi Eraſiſtrato placet q d ſibi uolũt eraſiſtrati ſectatores ꝑ
hãc quã ſuo Principi tribuũt cũ philoſophis illis cõuerſationẽ/ eundẽ
enim ſuę ſectę principẽ tanq̃ deũ admirantur & in omnibus ueridicũ
eſſe arbitrant/quod ſi ita ſit/ philoſophos peripateticos multũ aber-
rare a ueritate eſt exiſtimandũ. Siquidẽ eorũ placita ſunt omnino ab
eraſiſtrati opinionibus aliena/q̃q̃ eiuſdẽ eraſiſtrati ſectatores quãdã
ipſi uendicãt phiſiologiæ generoſitatẽ ex ea quã habuiſſe ferũt cum
viris illis cõmunicationẽ. Rurſus igit ſermonẽ cõuertamus modo di-
uerſo ab illo quo prius a nobis proferebat. Si.n.philoſophi pipateti-
ci de rebus naturalib⁹ recte tractauerũt nihil eſt eraſiſtrato delirati⁹/
damus aũt eraſiſtrati ſectatoribus ut hunc uel priorẽ ſermonẽ admit-
tãt: dicit aũt ſermo prior pipateticos nihil ſanũ de natura ſenſiſſe. Se
cundus aũt eraſiſtratum: meũ aũt eſt de dogmatũ contrarietate me-
miniſſe. Illoꝝ uero intereſt quodlibet elligere: ſed nunq̃ poſſent abſi
ſtere qn eraſiſtratũ admirarent. Taceant igitur de philoſophis pipa-
teticis: nã cũ multa ſint dogmata naturalia de generatione & corru-

ptione aĩaliũ de ſanitate & morbo/ & de ipſorum curatura unũ tãtũ-
modo inuenietur uiris illis eraſiſtrato quæ cõmune naturã.ſ.oĩa face-
re gratia alicuius & nihil fruſtra q̃q̃ & hoc ipſum ſit uſqꝫ ad uerba cõ-
mune. Re aũt ipſa millies ab eraſiſtrato deprauatũ: fruſtra.n.ſplẽ ge-
nitus eſt: fruſtra etiã omẽtũ: fruſtra quoqꝫ adrenes ad naſcunt arteriæ
fere omninũ quę a magna arteria deriuãtur ampliſſime: fruſtra aũt &
mille alia ſecũdũ eraſiſtrati opinionẽ eſſe dicẽtur/quę ſi ipſe oĩo igno
rat paululũ eſt coquo in ſectionibus ſapiẽtior. Si uero agnoſcẽs/illo-
rũ reticet uſum fruſtra quoqꝫ eſſe genita quẽadmodũ & ſplenẽ arbi-
tratur. Sed qd iſta cõmemoro quæ tractatus de utilitate partiũ ſeor-
ſum a nobis trãſigẽdi peculiaria exiſtũt/rurſus igitur eũdẽ ſermonem
reſumamus & ubi breue aliqd prius ad eraſiſtrati ſectatores dixerim⁹
his quæ cõſequnt incũbamus. Mihi.n.uident nullũ iſti legiſſe Ariſtote
lis uolumẽ/ſed ab alijs audiuiſſe hominis hui⁹ circa naturã reꝝ doctri
nã excellẽtẽ & ꝙ philoſophi ſtoici illius phiſiologię ueſtigia ſeqũtur:
deĩde quũ unũ aliqd ex his quę circũferũt dogmatib⁹ ĩueniſſet cõe eẽ
eraſiſtrato finxiſſe quãdã fuiſſe hoĩ huic cũ ills cõuerſationẽ: uerũ qd
nullo mõ Eraſiſtra.ꝑticeps ſit Ariſt.phiſiologię eoꝝ q̃ ãtea ſcripſimus
dogmatũ ĩdicat cõnumeratio quę primi qdẽ fuere Hippo.ſecũdi aũt
Ariſto. Et tertio ſtoicoꝝ ĩ hoc uno facta a Stoicis uariatiõe ꝙ q̃litates
corpa exiſtãt/ forte aũt gratia logicę cõtẽplatiõis dicerẽt: Eraſiſtratũ
cũ pipateticis phis habuiſſe cõuerſationẽ neſciẽtes ꝙ illi qdẽ neqꝫ fal
ſos/neqꝫ uanos & nihil cõcludẽtes ſcripſere ſermões quoꝝ plena ſũt
eraſiſtrati volumina. Forte igit qſpiã admiraret: ac dubitaret qd paſ-
ſus eraſiſtratus uſqꝫadeo ab Hippocratis dogmatib⁹ deuiauit/& ꝑꝑ
qd in meatibus illis q ſunt in epate flauę bilis receptacula: nã ſatis de
renib⁹ iã dictũ ẽ uirtutẽ auferẽs attractiuã pro cauſa affert ipſoꝝ ſitũ
opportunũ & orificioꝝ anguſtias: & ſpaciũ quoddã uacuũ ad qd ue-
nę quę a portis oriunt nõdũ expurgatũ ſanguine ꝑducũt. Recipiũt ãt
primũ qdẽ dicti meatus bilẽ. Secũdo aũt quę a caua uena oriunt ſan-
guinẽ iã expurgatũ. Nã ꝑter quod nulla alia exĩde offenſio cõtigiſſet
ſi attractionẽ mõ dixiſſet ſe a mille alijs dubitationib⁹ poterat liberare
vnde nõ parua diſcordia Eraſiſtrati ſectatorib⁹ nõ ad alios tm̃/ ſed ẽt
ad ſe ipſos/nũc quoqꝫ relinqtur cũ nõ habeãt q poſſint exponere uer
ba illa quæ ſcripſit Eraſiſtratus in primo libro uniuerſaliũ ſermonũ iꝫ
hũc modũ. Quũ aũt in idẽ aperiãtur duoꝝ uaſoꝝ ora hoc eſt & eoꝝ
quę ad bilis receptaculũ tẽdũt & eoꝝ q̃ ad cauã uenã accidit ꝙ ei⁹ qd
effert ex uẽtriculo alimẽti illa q̃ utriqꝫ ori coaptant ad utrũqꝫ uas reci-
piũt: & pars vna qdẽ ad receptaculũ bilis defert. Pars vero altera ad
cauã venã ꝑtrãſit uerba illa ĩ idẽ ora aperiunt: quæ ĩ prĩcipio ſermõis

ſcripta ſunt quid nã ſignificẽt difficile eſt dicere uel.n.ſic in idẽ intel-
ligitur.Ita ꝙ ad terminũ exiſtẽtẽ in uenæ cauitate cõiungant duo alij
termini & ille q eſt in gibbis & alter qui meatus eſt bilẽ recipiẽtis:uel
ſi nõ ita ſpaciũ aliquod cõmune oportet imagiari ueluti labrũ quod-
dã quod ab inferiori quidẽ impletur uena:in meatus aũt bilẽ recipiẽ-
tes:& uenæ cauæ ꝓpagines euacuatur.Secũdũ utrãq; aũt expoſitio
nẽ multa ſunt abſurda de qbus omnibus ſi uelim uerba facere laterẽ
me ipſum nõ quod ab initio ꝓpoſui nũc exequi.Sed potius eraſiſtra-
ti ſcribere expoſitiões.Cõmune aũt utriq; expoſitioni eſt illud abſur
dũ ꝙ nõ totus ſanguis expurgat:Oportet enim ueluti in colatorium
quoddã in uas quod eſt bilis receptaculũ incidere nõ ꝑtrãſire & cele
riter defluere ad maius os impetu diſtributionis allatũ.Nunquid igit
in his tantũ dubitationibus inexplicabilibus eraſiſtrati ſermo detinet
nolẽtis uti ad aliquid uirtutibus attractiuis? An uehemẽtiſſime quidẽ
in his/atq; adeo manifeſte ut neq; puerũ latere poſſit. Si quis uero di
ligẽtius inſpiciat neq; eius de nutritione ſermo quẽ in ſecũdo ſermo-
nũ uniuerſaliũ ꝑtractauit eaſdẽ fugit dubitationes.Nã ſimul cũ con-
ſecutione ad uacuũ una cõceſſa aſſumptione ſicuti prius oſtẽdebam⁹
de uenis ſolis:& ſanguine in ipſis cõtẽto aliquid cõcludebat. Quodã
enim effluẽte ſecũdũ ipſarũ ora / atq; diſperſo neq; loco potẽte ſubi-
to fieri uacuo neq; uenis in unũ coire.Hoc enim relinquebat neceſſa-
riũ erat cõſequi quod cõtinuũ & uacui locũ adimplere. Venæ quidẽ
igitur ita nobis nutrirẽtur illũ qui in ipſis cõtinetur ſanguinẽ partici-
pantes:nerui aũt quomodo.Neq;.n.& in iſtis ſanguis exiſtit: prõptũ
enim fuerat dicere eos a uenis attrahere/uerũ non vult.Quid igitur
& hoc in loco machinatur: an uernũ in ſe ipſo habere uenas & arte-
rias quãdã ueluti catenã ex tribus loris differentibus a natura cõtex-
tũ.Ex hac.n.ſuppoſitione arbitratus eſt attractionẽ in ſermone euita
re.Neq;.n.amplius futura erat neruo neceſſaria habẽti in ſe ipſo ſan-
guinis uas influẽte quodam altero extrinſecus ex uera adiacẽte:ſed
ſufficere ipſi debebat ad nutritionem uas illud cõmẽticiũ ſola ratiõe
cõpręhẽſibile.Verũ & hic rurſus ſimilis quędã dubitatio ẽ ſubſecuta.
Hoc.n.paruũ uas ipſum qdẽ ſe ipſum enutriet:ſed ſimplex ille adia-
cẽs neruus uel atreria nutriri ab illo nõ poterit:ſi ipſis nõ affuerit quę
dã alimẽti naturalis attractio.Quomodo.n.ex ea quę fit ad uacuũ cõ
ſecutione poſſet ſimplex neruus alimẽtũ attrahere quẽadmodũ ue-
næ cõpoſitę.Habet.n.ipſi in ſe ipſo q̃dã cauitatẽ:uerũ hęc nõ eſt ſan
guine plena:ſed ſpiritu animali. Nobis aũt eſt neceſſariũ nõ ad caui
tatẽ hãc introducere ratione alimẽtũ : uerũ ad uas illud quod ipſum
cõtinet:ſiue ſolũ nutriri:ſiue etiã augeri oporteat. Quomodo igitur

introducemus uſq; adeo.n.paruũ eſt uas illud ſimplex.Et quidẽ alio-
rũ utrũq; ꝙ ſi ſubtiliſſima acu partẽ aliquã pũgeres tria ſimul ſecabis:
Locus igitur ſenſibilis ſubito totus in ipſo uacuus nũq̃ redderet/qua-
re ratiõe cõtẽplabilis locus euacuatus cogere nõ poterat ad cõtinui
tatis cõſecutionẽ.Vellẽ aũt rurſus hoc in loco eraſiſtratũ reſpondere
de elemẽtali illo neruo ꝑexiguo. Nũquid unum eſt & exquiſite cõti-
nuũ/uel ex multis & paruis corpuſculis quæ Epicurus Leucibus / atq;
Democrit⁹ ſuppoſuerũt cõſtituatur:nã & de hoc ipſo uideo eraſiſtra
ti ſectatores inuicẽ differẽtes qa ex ipſis quidã vnũ aliquod atq; con-
tinuũ illũ arbitrãtur qui haud quaq̃ ſimplicẽ ab ipſo dictũ fuiſſe inqui
unt.Quidã uero & hoc ipſum diſſoluere in utraq; elemẽtalia audent:
Verũ ſi unũ aliquid atq; cõtinuũ eſt quod ex ipſo euacuatur in ea vʒ
quæ a medicis occulta trãſpiratio nominatur nullũ in ipſo ſpaciũ ua-
cuũ derelinquet.Sic.n.nõ unũ ſed multa fiet/ quæ uacuis ſpacijs diri-
mũtur.Si aũt ex multis conſtat iã laqueo hortẽſi quẽadmodũ in pro-
uerbio dicitur : ſeceſſimus ad aſclepiadẽ quędam incõpacta elemẽta
ponẽtẽ.Rurſus igitur natura inartificioſa a nobis ſupponetur ad ta-
lia.n.elemẽta hoc ſeqtur neceſſario. Quare mihi ualde ruditer uidẽ-
tur ad talia elemẽta ſimpliciũ uaſorũ inducere diſſolutionem nõnulli
eraſiſtrati ſectatores.Mihi igitur nihil uidetur differre: nã ſm utroſq;
dubius eſt ſermo de nutritiõe & illis ſimplicibus uaſis exiguis quæ ner
uos magnos ſenſibileſq; cõponũt/ ſm illos qdẽ qui ipſorũ ſeruãt con
tinuitatẽ nõ potẽte fieri ad uacuũ cõſecutione/ & quia nullũ in conti
nuo fit uacuum etiã ſi aliquid defluxerit ſemꝑ enim partes derelictæ
inuicẽ cõiũgũtur quẽadmodum in aqua uidemus accidere : & rurſus
vnũ oĩa fiunt ſpaciũ illius quod diſſolutũ fuerit ipſa occupãtia ſecun-
dũ alios aũt qm̃ illorũ elemẽtoꝝ neq; unũ indiget ea quæ ad uacuum
cõſecutione.In his.n.tãtũmodo quę ſenſibilia ſunt nõ in illis quæ ſola
ratione cõpræhẽdũtur habet facultatẽ ſicuti & ipſe eraſiſtratus apte
fatetur/cũ inqat nõ de tali uacuo unq̃ uerba ſe facere/qđ ꝑ minimas
partes in corporibus ſparſum eſt / ſed de illo quod manifeſtũ eſt atq;
ſenſibile/& totũ ſimul/ac magnũ/& euidẽs ſiue quouis nomine mal-
lis appellare eraſiſtratus ſiqdẽ ipſe uacuũ ſenſile ſimus totũ fieri non
poſſe aſſeuerat/ego uero ex ſupabũdãtia cũ nominũ copiã haberem
idẽ oſtẽdere in ꝓpoſito ſermone potẽtiũ etiã alia appoſui:meli⁹ itaq;
uidetur/vt nos quoq; aliquid cõferam⁹ eraſiſtrati ſectatoribus poſtq̃
huc loci ꝑuenimus:atq; illis conſulamus q primũ illud & ſimplex uas
ab eraſiſtrato nominatũ in quędã alia corpora elemẽtalia diſſoluunt
vt ab hac deſiſtãt opinione quæ præter id ꝙ nihil plus habeat etiam
eraſiſtrato nõ cõſentit ꝙ quidem enim nihil plus habeat iã manifeſte

monſtrauimus. Neq;.n.potuit eã quæ cõtingit de nutritione dubita-
tionem ſuppoſitio euitare: ꝙ autẽ neq; eraſiſtrato conſentiat quum
quod ille nominat ſimplex & primũ ipſa cõpoſitũ enuntiet & natu-
ræ artificiũ penitus auferat. Hoc etiam mihi uidetur eẽ manifeſtũ niſi
enim ſimplicibus iſtis unionẽ aliquam ſubſtantiæ relinquamus ſed ad
incompacta & indiuiſibilia elemẽta deſcendamus/naturæ artificium
penitus auferemus quẽadmodũ omnes qui ex hac ſuppoſitione mo-
ti ſunt medici atq; philoſophi: ſecũda.n.partium animalis iuxta hanc
ſuppoſitionẽ natura fit & non prima uerũ afformandi/& fabricandi
opus non poſterius geniti ſed preſiſtentis eſt propriũ. Quare neceſſa
rium eſt/ ſtatim ex ſeminibus naturę potentias ſupponere quibus af-
format: Auget/& nutrit animal: At ex illis ſingulis ĩcõpactis atq; indi
uiſibilibus corporibus nullũ in ſe ipſo uim habet aliquã afformandi/
uel augendi uel nutriẽdi/uel omnino artificioſam. Impatibile.n.atq;
intranſmutabile ſupponitur: ſingula uero quę diximus non ſine trãſ-
mutatione/atq; alteratione/& ꝑ tota fiunt tẽperatura quẽadmodũ
& per illa quæ antea dicta ſunt demonſtrauimus. Atq; ob hãc neceſ-
ſitatẽ cũ non haberẽt taliũ hæreſeum preſides his quæ ſuppoſuerant
elementis cõſequentia ſeruare coacti ſunt omnes naturã inartificio-
ſam oſtẽdere: uerũ hæc non a nobis diſcere oportuit eraſiſtrati ſecta
tores: ſed ab ipſis philoſophis quorũ maxime intereſt omniũ entium
elementa conſiderare. Nemo igitur recte Eraſiſtratum uſq; ad tantã
ignorantiã perueniſſe arbitraretur/ut neq; hanc conſecutionem poſ-
ſet agnoſcere: Sed & una naturã artificioſam ſupponeret una in im-
patibilia & incõpacta/atq; intrãſmutabilia elementa ſubſtantiã con-
fingeret/at qui ſi aliquã eſſe in elementis alterationem & tranſmuta-
tionẽ/atq; unionem concederet ac continuitatẽ unũ incompoſitum
ipſum uas illud ſimplex quẽadmodũ & ipſe nominat fiet: uerum ſim
plex quidẽ uena ex ſe ipſa nutrietur. Neruus autẽ & arteria quomõ
a uena alimentũ ſuſcipient: nam & antea quũ in hunc incidimus ſer
monẽ de ea quæ eſt inter eraſiſtrati ſectatores meminimus diſſenſio
ne. Oſtendimus aũt ſecundũ nonnullos quidem dubiam eſſe ſimpli-
cium uaſorũ nutritionem: ſed neq; ueriti ſumus illorũ diſcordiã diiu-
dicare/& honorare Eraſiſtratũ ad meliorem hæreſim transferentes.
Rurſus igitur ad eã quæ ſimplicem & ſibi ipſi unitum omnino elemẽ
talẽ illũ neruũ ſupponit hęreſim ſermo trãſgrediens diligenter conſi-
deret quomõ nutrietur: quod enim inuentum fuerit cõmune iam hę
reſi hippocraticæ foret: Operepræciũ autẽ mihi facturus uideor ſi id
quod quæritur in his qui ęgrotarũt & ſunt uehemẽter extenuati exa-
minauero. Omnes.n.in iſtis corporis partes manifeſte uidẽtur maci-

lẽte multaq; adiectione ac nutritione indigentes & quidẽ & hic ipſe
neruus ſenſibilis in quo ab initio ſermonẽ fecimus tenuis ꝗdẽ ſufficiẽ
ter factus eſt/Eget aũt nutritione & habet in ſe ipſo plurimos quidẽ
illos primos atq; inuiſibiles neruos & exiguos/& quaſdã paucas ſim-
plices arterias/uenaſq; ſimiliter: Oẽs igiẽ nerui elemẽtales extenuati
v3 & ipſi ſunt/uel ſi neq; illi neq; totũ & ꝗdem hoc modo nutritione
totus indiget neruus ſinguli aũt illorũ nõ indigent & ſiquidem nutri-
tione indigẽt nihil aũt ipſis cõferre poteſt ea quę fit ad uacuũ cõſecu
tio tũ pp eas quæ antedicta ſunt dubitationes. Tũ propter pręſentẽ
tenuitatẽ quẽadmodum oſtendi. Quærẽda eſt a nobis alia cauſa nu-
tritiõis & quonã igiẽ mõ ea quę fit ad uacuũ cõſecutio nõ põt ita affe
ctũ neruũ enutrire: Q m̃ ex ea cogiẽ tãtũ inſeꝗ ex his quæ cõtinuãtur:
ꝗtũ defluxerit hoc uero ĩ his quę bono ꝗdẽ habitu ſunt corpa ſufficit
ad nutritionẽ/æqualia.n.ĩ ipſis eẽ oportet defluẽtibꝰ addita: at uero
in illis quæ ad extremã tenuitatẽ ꝑuenerit/& multa ĩdigẽt nutritiõe:
niſi additũ ſimile fuerit ex ianito nũꝗ priſtinus hĩtus reſtituet: Liquet
igiẽ ꝙ tãto amplius ipſa attrahere oportebit ꝗto pluri indigẽt alimẽ-
to. Eraſiſtratus aũt & hic neſcio quomõ nõ animaduertit ſe ꝙ primũ
eſt ſm facere. Quoniã.n.inquit multa fit appoſitio his ꝗ antea ægro-
tauerit ad nutritionẽ pp hoc & quę ad hãc cõſecutio pluria: uerꝫ quõ
multa fieret appoſitio nõ ꝓcedẽte abũdãti diſtributiõe. Si uero eã ꝗ
fit ꝑ uenas alimẽti delationẽ noiat diſtributionẽ: alterã ãt ĩ unũquẽq;
illorꝫ ſimpliciũ atq; inuiſibiliũ neruorꝫ atq; arteriarꝫ trãſumptionẽ nõ
diſtributionẽ ſed traditionẽ potius more quorũdã vult nominare: de-
inde ꝑ uenas ex ſola ea quę fit ad uacuũ cõſecutiõe fieri inquit eã quę
ad ptes ratiõe cõtẽplabiles trãſumptionẽ nobis declarẽt. Quot.n.&
in his ea quę ad uacuũ cõſecutio nõ poſſit aſſignari præſertim quę ad
extremã tenuitatẽ ꝑuenerũt iã oſtẽſum eſt. Quid aũt dicat ſup his in
ſecũdo ſermonũ uniuerſaliũ Eraſiſtratus opepreciũ eſt ex uerbis eius
intelligere quæ ita ſe hñt: Extremis aũt atq; ſimplicibus/& tenuibus/
ac anguſtis exiſtẽtibus/ex adiacẽtibus uaſis adiecto cõtingit in mani-
feſta diſpoſitione ad euacuatiões oblatorꝫ ſm latera uaſorꝫ attracto
alimento atq; diuiſo ex his quidẽ uerbis primũ admitto atq; ſuſcipio.
Quod dicitur ſm latera: nam ſecundũ os ipſum non poſſet ſimplex
neruus ſuſcipiens alimentũ: ita ipſum in totum ſe ipſum diſtribuere.
Adiacet.n.illud aĩali ſpiritui: Secũdũ ãt maiorẽ partẽ ex iuxta poſita
ſimplici uena cõtingit accipere. Secundo autem ſuſcipio ex nomini-
bus ſermonis Eraſiſtrati quod deinceps ſcriptum eſt.ſ.poſt ſecundũ
latera. Quid.n.inquit ſecundũ latera uaſorũ attracto alimento. Nam
quod attrahatur/nos etiã concedimus: quot autẽ non ex ea quæ fit

ad vacuũ conſecutione prius oſtẽſum eſt. Quomodo igitur cõmuniter attrahat inueniamus: quomõ aũt aliter q̃ ſicuti ferrũ quod ab Herculeo lapide attrahit uirtutẽ habẽre attractiuã huiuſcemodi q̃litatis: verũ ſi principiũ quidẽ diſtributionis alimẽti expreſſio affert vẽtriculi omnẽ autẽ quę poſtea fit delationẽ uenæ ipſe dum cũ cõſtringuntur: atq; propellũt & ſingulũ ex his quę nutriũtur attrahẽs ad ſe illã quę fit ad uacuũ cõſecutionẽ relinquẽtes ut quę nõ cõuenit homini artificioſam eſſe naturã ſupponẽti hoc modo iam Aſclepiadis contradictionẽ euitaſſemus quã non poteſt Eraſiſtratus ſoluere. Quę.n.ad demõſtrationẽ ſumitur propoſitio diſiũcta non ex duobus cõſtat/ſed ex tribus uere diſiuncta conſiſtit. Si igitur ea tanq̃ ex duobus cõpoſita utemur falſum erit aliquid ex his quæ ad demonſtrationẽ aſſumũtur. Si uero tanq̃ ex tribus nihil oratio cõcludet/& hæc nõ oportuit ignorare Eraſiſtratũ: ſi uel per inſomniũ cum peripateticis unq̃ uerſatus eſſet. Sicuti igitur/neq; cum his qui de humorꝝ generatione de quibus quum non habeat aliq̃d aliud/uel parũ uerisimile dicere putat a ſe opus repellere fingẽs ꝙ de iſtis cõſideratio nullam habeat utilitatẽ. Itaq; per deos quõ quidẽ cibi in uẽtriculo concoquãtur ſcire cõducit. Quõ aũt in uenis bilis generet̃ ſupfluũ eſt quęrere & de ſola ipſius euacuatiõe cura habẽda eſt negligẽda aũt generatio tanq̃ nõ multo melius exiſtat ne plus de ipſa generet̃ ſtatim ab initio prohibere / q̃ in eius euacuatione ſollicitari. Mirũ autẽ & dubitare nũquid eius generationẽ in corpore debeamus ſupponere/uel potius dicẽdũ ſit ſtatim extrĩſecus in cibis cõtineri: nã ſi hoc recte ſit dubitatũ. Cur nõ etiã de ſanguine cõſiderabimus: nũquid in corpore generationẽ ſuſcipiat/uel ſi per cibos diſpſus: quẽadmodũ iquiũt ij qui omiomerias.i.particulas ſimilares ſupponũt. Atqui multo utilius erat inquirere quęnã ciborꝝ genera plus cõueniant operationi qua fit ſanguis & quæ nam differãt q̃ illud perquirere quęnã ipſorꝝ a uẽtriculi operatione facile conuincũtur: & quęnã aduerſentur atq; reſiſtãt. Horũ.n.electio tãtũmodo ad coctionem cõfert: illorꝝ uero ad optimi ſanguinis generationẽ/neq; ęquale eſt uel nõ bene in uẽtriculo alimentũ in chilũ cõuerti / uel nõ optimũ ſanguinẽ generari. Quõ autẽ nõ erubeſcit illa quidẽ diuidẽs quæ ſunt coctionis ꝙ.ſ.multa ſint: & multis fiãt occaſionibus de illis autẽ / quæ in ſanguinis generatione cõtingũt: neq; unũ faciat uerbũ uel minimã proferat ſyllabã. Atqui inuenitur/& craſſus/& tenuis in uenis ſanguis & quibuſdã quidẽ rubidior. Quibuſdã uero flauior: quibuſdã nigrior & alijs pituitoſior. Si uero etiã ꝙ male olẽs nõ uno modo: ſed in multis cõtingat differẽtijs quæ ſermone q̃dẽ explicari nõ poſſuut: ſenſui aũt manifeſtiſſime ſunt fieri uideatur q̃ſpiã agnouerit nõ parũ ut arbitror damnabit Eraſiſtrati negligẽtiã qui ad artis opera tam neceſſariam prætermiſerit cõtẽplationẽ. Manifeſta.n.ſunt & quæ de aqua intercute errata ad hanc negligẽtiã rationabiliter cõſequũtur. Nam ꝙ ob uiarũ anguſtiã prohiberi exiſtimat ſanguinẽ ne ulterius progrediatur. & nõ aliter aquã intercutẽ poſſe generari. Quõ hoc nõ eſt extremæ negligentiæ ſignũ ſi neq; propter lienẽ neq; pp aliã aliquã partẽ: ſed ſemper propter tumorẽ induratũ in epate aquã intercutẽ fieri arbitratur. Hoc.n.eſt hominis omnino hebetis ſignũ: atq; eius qui neq; illa/quæ quottidie fiũt aſſeq intelligẽtia poſſit/ ueluti in diuturnis ſanguinis profuſionibus quas græci hęmorroidas uocãt: ſi uel ſupprimãtur: uel ſupra modũ euacuẽt: atq; ob id hominẽ ad extremã frigiditatem perducant non ſemel/uel bis: ſed iam ſępius uidimus aquã intercutem generari/ueluti & in mulieribus quãdo mẽſtrua purgatio omnino intercipit aut immoderata fit euacuatio. Si quãdo profluuio ſanguinis uteri laborauerint ſæpius aquã intercutẽ exinde fieri cõtingit/ & quibuſdã earꝝ is qui muliebris fluxus appellatur in hunc morbũ deſijt ut alios eiuſdẽ generis morbos prętermittã qui uel ab ilijs ortũ habuerũt/uel ab alia aliqua corporis parte oportuna q̃ & ipſi eraſiſtrati opinionẽ redarguũt: uerũ non ita manifeſte ſicuti qui propter uehementẽ totius corporis fiunt frigiditatẽ. Prima.n.hæc cauſa eſt aquę intercutis generationis quũ circa ſanguinẽ defectus cõtingit mõ ſimillimo his quę fiũt ob ciborꝝ cruditatẽ ex uẽtre ꝓfluuijs non tamẽ in his aquę intercutis ſpecieb⁹/aut epar/aut aliq̃d aliud ex uiſceribus tumorem prędurꝝ habet: uerꝝ ſapiẽs noſter Eraſiſtratus illa cõtẽnẽs ac pro nihilo habẽs quę neq; Hippocr. neq; Diocles/neq; Praxagoras/neq; Philiſtiõ: neq; aliq̃s pliorꝝ optimorꝝ unq̃ neglexit/ neq; Plato v3 neq; Ariſto. neq; Theophraſtus uniuerſas pręteŕmittit operationes ueluti paruã aliquã atq; vulgarẽ artis partẽ derelĩquẽs nec dignũ putãs cõtradictione: ſiue hi omnes recte: aut ꝑperã calido & ſicco/& frigido/ ac humido his quidẽ ut efficiẽtibus: his uero ut patiẽtibus omnia quæ in animaliũ corpibus fiunt gubernari aſſeuerãt: & ꝙ calidũ in ipſis: & ad alias opationes: ſed maxime ad humorꝝ generationẽ plurimũ ualet: verum non caret odio ꝙ talibus uiris: ac tantis non credit & plus etiã q̃ ipſi ſcire ſe arbitratur. Quot uero neq; cõtradictione/ neq; ulla mẽtione dignũ tam illuſtre dogma opinat̃ mirabilẽ quandã hominis arrogantiã oſtẽdit. In oĩbus autẽ cõtradictionibus puſillanimis ac ſupra modũ humilis exiſtẽs: in his tamẽ qui habẽtur de coctione ſermonibus in quibus nõnulli putreſcere cibum opinãtur ambitioſe cõtradicens. In alijs aũt de alimẽti diſtributione in q̃bus etiã pp iuxta poſitionẽ arteriarꝝ diſtribui per uenas ſanguinẽ arbitrant̃: in quibus pa

riter de reſpiratione loqũtur:& aerẽ inquiũt circũpelli. Neq; aũt ueri-
tus eſt dicẽtibus urinã inſtar uapoꝝ tendere ad ueſicam cõtradicere:
neq; etiã illis qui aiũt potũ ad pulmonẽ delabi uſq;adeo ex oibus de-
teriores ſemp elligẽs opiniones exultat : & plurimũ in cõtradictioni-
bus immoratur. In generatiõe aũt ſanguinis quę nihilo ignobilior exi
ſtit/ea quę fit in uẽtriculo ciboꝝ cõuerſione:neq; alicui ex uetuſtiori-
bus cõtradicendũ putauit/neq; ipſe aliquã afferre ſententiã eſt auſus
q̃uis in principio ſermonũ uniuerſaliũ de oibus opationibus naturali-
bus quomõ fiant & per quas aĩalis partes dicere polliceatur : an uir-
tute quidẽ quę natura apta eſt cibos cõcoquere imbecilli exiſtẽte ani-
mal cruditatẽ patietur. Ea uero quę coctos cibos in ſanguinẽ uertit ſi-
militer laborãte nulla ex inde omnino accidet paſſio : verũ ſola ipſa
nobis erit adamãtina/atq; impaſſibilis uel alia paſſio : non autẽ aqua
intercus ad hanc imbecillitatẽ cõſequetur . Palã igitur facit Eraſiſtra-
tus ex his quę in alijs quidẽ neq; vulgaribus etiã opinionibus cõtradi-
cere minime dubitauit:hic autẽ neq; cõtradicere antiquioribus / neq;
ipſe aliquid noui adducere in mediũ auſus eſt ſuæ hæreſis errorẽ ani-
maduertere. Quid.n.potuit hic homo de ſanguine dicere/q neq; na-
tiuo calore ad aliquid utitur:quid etiã de flaua bile uel atra/uel pitui
ta:an per Iouẽ poſſibile eſt cibis intermixtã ſtatim extrinſecus bilem
adeſſe. Ita.n.de hoc ſcribit his uerbis: vtrũ autẽ in ea qua cibus in uẽ-
triculo coquitur operatione talis humor generatur uel mixtus his quę
extrinſecus aſſumũtur aſſiſtit:neq; utile eſt ad medicinę ſcientiã cõſi-
derare:tAqui o generoſe euacuari oportere ex animali ĩquis huiuſce
modi humorẽ & plurimũ obeſſe niſi euacuetur . Quõ igitur nihil bo-
num ex ipſo exiſtimans fieri dicere audes inutilẽ eſſe ad medicinã de
eius generatione cõſiderationẽ. Supponaĩ.n.in cibis quidẽ ipſum cõ-
tineri non tamẽ in epate exquiſite ſecerni. Putas.n.horũ utrũq; poſſe
cõtingere:atqui nõ parua hic eſt differẽtia : ſi cibi aſſumãtur in quibꝰ
vel mininia bilis/uel plurima cõtineaĩ. Illa q̃dẽ.n.omni piculo uacãt.
Quę uero multã cõtinẽt bilẽ cũ tota ipſa nõ poſſit in epate bene ex-
purgari cauſam afferẽt: tum multoꝝ alioꝝ morboꝝ quos ipſe Eraſi-
ſtratus ex bilis abũdãtia inquit generari: tum maxĩe illius qui icterus
nominaĩ. Quomõ igitur nõ maxime cognitu neceſſariũ eſt : Medico
quidẽ primũ ꝙ in cibis exterioribus bilis cõtineĩ. Secũdo autẽ ꝙ beta
quidẽ ſi ita contigerit plurimam in ſe gerat . Panis autem minimũ &
oleũ quidem q̃ multã: vinum uero pauciſſimã atq; aliorũ ſingula inę-
qualẽ multitudine bilem contineãt. Quomdo.n.nõ multo riſu dignus
uideatur qui ſponte elligeret cibos plurimã in ſe bilem continentes:
cõtrarios autem omitteret: quid uero ſi nequaq̃ in cibis bilis cõtinea-

tur: verum in aĩaliũ corporibus generatur: an non & ob hoc ſcire uti
le eſt ad quẽ habitũ corporis plurima eius humoris generatio cõſe-
quitur ad quẽ uero minor. Alterare enim & cõmutare & in melius uer
tere poſſumus ſemper malas corporis cõſtitutiones : at niſi noueri-
mus quę prauę ſint:& quo nam modo ab eo quod rectũ eſt deuiaue-
rint:qui fieri poterit ut ad melius ipſas trãſmutemus . Nõ igiĩ inutile
eſt ad curatiões:quẽadmodũ Eraſiſtratus opinaĩ de bilis generatiõe
ipſam noſcere ueritatẽ neq; hoc etiã eſt impoſſibile: neq; difficile in-
uentu ꝙ non ob id ꝙ mel plurimã in ſe flauã bilẽ cõtineat ſed potius
q̃a in corpe in illã cõuertiĩ ita mutaĩ atq; alteraĩ. Amara.n.utiq; guſtã-
tibus uidereĩ/ſi bilẽ extrinſecus ſtatim in ſe ipſa cõtineret. In oĩbus.n.
hominibus eodẽ mõ æqualis eius multitudo gignereĩ : at res nõ ita ſe
hẽt. In his.n.q in ætatis uigore cõſiſtũt/ & maxĩe q naturã habẽt cali-
diorẽ/ac uitã degũt laborioſam totũ in bilẽ mel trãſmutaĩ. Senibꝰ ue-
ro cõuenit ſufficiẽter:ut q̃bus nõ ad bilẽ ſed ad ſanguinẽ aſſumiĩ alte-
randũ. Eraſiſtratus uero quia nihil hoꝝ nouit neq; etiã in ſermone di-
ſtinguẽdo ſapit: nũquid bilis ſtatim ab initio in cibis cõtineaĩ/uel per
coctionẽ quæ fit in uẽtriculo genereĩ:cũ nihil hãc cõferre ad medici-
nam afferat cõtẽplationẽ:oportebat.n.& aliq̃d addere de ipſius ſan
guinis quæ fit ĩ epate/ac uenis generatione: Cũ veteres medici/atq;
phĩ in hiſce inſtrumẽtis bilẽ una cum ſanguine oſtenderint generari:
verũ q ſtatim ab initio a recto tramite deuiarũt talia coguntĩ delirare
ac prius etiã eoꝝ quę ad artẽ ſunt maxĩe neceſſaria relinquere . Hoc
uero in loco cõſtitutus libẽter illos interogarẽ q aiũt Eraſiſtratũ cum
phĩs pipateticis fuiſſe uerſatũ ſi norũt ea quę de tẽperatura calidi/fri-
gidi/humidi & ſicci: ex qua noſtra corpa cõſtãt ab Ariſtotele tradita
ſunt ac demõſtrata:& quo mõ calidũ in ipſis eſt efficaciſſimũ : & ani-
maliũ quæcũq; quidẽ ſunt calidiora: eadẽ ſunt ſanguine prædita: quæ
vero frigidiora omnino ſanguine carẽt propter quod hyeme ocioſa/
atq; immobilia in latibulis quaſi mortua iacẽt. Dictũ autẽ eſt & de co-
lore ſanguinis non ab Ariſtotele tantũ: verum etiã a Platone: & nos
in præſentiaꝝ quod etiã pauloante diximus non ea quæ bene ab an-
tiquis ſunt demõſtrata proponimus dicere : ut qui neq; mente / neq;
verbis uiros illos poſſumus exuperare. Verum quę ſine demõſtratio-
ne:ut quæ manifeſta uiderẽtur dicta ſunt ab ipſis/ quoniã neq; ſuſpi-
cari potuerũt fore aliquos Sophiſtas adeo malignos / qui ueritatem
ipſam eſſent deſpecturi / uel quæ omnino ab eiſdẽ uiris ſunt/uel pro-
pter breuitatẽ/uel ꝑꝑ claritatẽ derelicta nũc inueniẽda a nobis ac de
monſtrãda exiſtimamus. De humoꝝ aũt generatiõe neſcio ſi quiſpiã
poſſit aliquid aliud ſapiẽtius inuenire his quę Hippocrates dixit: atq;

Ariſtoteles Praxagoras : Philotinus ac multi alij ueteres medici tra-
diderũt/ ab his ſiqdẽ uiris eſt demõſtratũ alterato in uenis alimẽto a
natiuo calore ſanguinẽ quidem ab eius tẽperie / alios uero humores
ab intẽperie generari/& huic qdẽ rationi oĩa cõſonãt/quæ etiã appa
rẽt:&.n.cibi oẽs q habẽt caliditatẽ natura ſunt bilioſiores. Qui uero
frigiditatẽ pituitoſiores. Et ætatũ ſimiliter bilioſiores qdẽ natura cali
diores: pituitoſiores uero quæ ſunt frigidiores. Exercitia pręterea/&
regiones/& tẽpora ãni/& multo prius ipſorũ natura quę quidẽ frigi-
diora ſunt pituitã generãt. Calidiora ãt bilẽ/& morbi pariter frigidi a
pituita ortũ habẽt: calidi uero a flaua bile & uniuerſaliter ex omnib⁹
nihil eſt inuenire/ quod huic rationi nõ cõſentiat/ & cur non ita eſſe
debeat. Cũ.n.pp talem ex quatuor qualitatibus primis tẽperaturam
vnũquodq; mẽbrũ talimodo operetur neceſſariũ omnino eſt & pro
pter ipſarũ intẽperiem/uel omnino deſtrui/uel impediri opationem
atq; ita animal ęgrotare/uel totũ / uel ſm partes/& primas/ac gene-
raliſſimas ægritudines quatuor eſſe numero caliditatẽ/frigiditatem/
ſiccitatẽ/& humiditatem inuicẽ differentes. Hoc autem & eraſiſtra-
tus ipſe etiã nolens confitetur: cũ enim inquit in febribus fieri ciboꝝ
coctiones deteriores neq; id accidere qa natiuj caloris temperies ſit
deprauata quẽadmodum uetuſtiores arbitrant̃: ſed quia uentriculus
in ſua lęſus operatiõe nõ poteſt ſimiliter circũplecti/& terere cibum
iuſtũ eſt/ut ipſum interrogemus a quonã uentriculi operatio lęſa ſit:
facto.n.ſi ita cõtigerit ob caſum tumore in inguine priuſq̃ febris ad-
ueniat uẽtriculus haud quaq̃ deterius cibũ cõquoqueret / neq; enim
ſufficiebat alterũ ipſorũ neq;.ſ.inguinis tumor: neq; ulcus impedire/
aut offendere uentriculi operationem: ſi uero adſit febris ſtatim co-
ctiões fiũt deteriores: ſtatim uero & uẽtriculi opationẽ offenſam ſo-
lemus dicere recte dicẽtes ueꝝ a quonã offenſa ſit. Sermoni addere
oportet. Neq;.n. vulcus ſufficiebat ipſam offendere ſicuti neq; ingui
nis tumor: &.n.ẽt ante febrẽ offendiſſet/ꝙ ſi hæc non ſufficiunt ma-
nifeſtum eſt ꝙ in cauſa ſit caloris ſuperabundãtia. Hæc.n.dico ingui-
nis tumori acceſſerunt / & motus arteriarum/ ac cordis alteratio/&
caloris naturalis ſuperabundantia: uerum illorum quidem motus al-
teratio non ſolum nihil offendet uentriculi opationẽ ueꝝ inſup iuua
bit in his p̃ſertim animalibus in quibus ſuppoſuit plurimum poſſe ad
coctionem pp ſpiritũ qui per arterias in uentriculum incidit propter
reliquum igitur & ſolum immoderatum calorem lęſio operationis uẽ-
triculo aduenit. Spiritus enim uehemẽter & crebrior nunc plus inci-
dit quam prius. Quare hæc animalia magis conquoquent quæ pro-
pter ſpiritum bene poſſunt cõquoquere pp reliquam aũt præter na-
turam caliditatẽ deterius cõcoquẽt. Nam ſi dicatur ſpiritui quãdam
ineſſe proprietatẽ ſm quã cõcoquit. Deinceps hanc in febricitãtibus
corrumpi eſt ſecundũ alterũ modũ fateri abſurditatẽ. Rurſus.n.inte-
rogati a quo ſpiritus ſit alteratus ſolã poterũt rñdere illã/quæ eſt p̃ter
naturã caliditatẽ & maxime in ſpiritu qui in uẽtriculo exiſtit. Neq;.n.
aliquo modo hic ſpiritus tumori inguinis appropinquat : at qui illoꝝ
animaliũ in quibus ſpiritus proprietas plurimũ poteſt. Nunc ipſe me-
mini homines prętermittẽs in quibus uel nihil/uel debile quodã / atq;
pauſillũ confert ſermonẽ facere : verũ ꝙ in febribus iſti male conco-
quant fatetur & ipſe cauſamq; adiũgẽs offenſam eſſe inquit uẽtriculi
operationẽ nõ tamẽ poteſt aliã afferre offenſionis occaſionẽ niſi eã
quæ eſt pręter naturã caliditatẽ: at ſi operationẽ offendit pręter na-
turam caliditas non ſm aliquod accidẽs/ſed propter ipſius ſubſtãtiã
atq; potentiã ex primis utiq; ęgritudinibus foret: non autẽ cõtingit ex
primis eſſe ægritudinibus intẽperiẽ caliditatis/operationẽ uero nõ fie
ri a tẽperie. Neq;.n. propter aliud aliquod poſſibile eſt intẽperiẽ cau-
ſam eſſe primarũ ægritudinũ niſi quia tẽperies eſt uiciata. Quia.n.ab
hac fiũt operatiões neceſſariũ eſt & primas ipſaꝝ offenſiões propter
corruptã tẽperiẽ accidere: quot quidẽ igitur etiã ſm ipſum eraſiſtra-
tum caloris tẽperies cauſa eſt operationũ his qui poſſunt uim cõſecu
tionis intelligere ſufficiẽter puto demõſtratũ. Hoc aũt exiſtente nihil
iam amplius difficile eſt nobis affirmare in unaquaq; opatiõe optimũ
quidẽ ad temperiẽ ſequi. Peiora autẽ ad intẽperiẽ & ſane ſi hæc ita ſe
habẽt: ſanguinẽ quidẽ a calore moderato : flauã uero bilẽ ab ĩmode-
rato generari eſt exiſtimãdũ. Sic.n.nobis in calidis ætatib⁹/ & calidis
locis & anni tẽporib⁹ calidis/& cõſtitutionib⁹. Similiter aũt & in ca-
lidis hominũ tẽperaturis/& exercitijs/uictibus morbiſq; calidis ratio-
nabiliter uidetur plurimũ flauę bilis generari. Dubitare aũt nũquid in
humanis corporibus humor iſte habeat generationẽ: an potius in ci-
bis cõtineatur/hominis eſt: qui nũq̃ aĩaduerterit/quõ in hominib⁹ in-
tegra ſanitate fruẽtibus quãdo pręter cõſuetudinẽ aliqua urgẽte mo-
leſtia inediã patiũtur. Os quidẽ amarũ reddit: vrinæ aũt bilioſæ ſunt:
vẽtriculus uero morſu tẽtatur/ſed qui quaſi nup in mundũ deuenerit
& nondũ quæ in ipſo apparent agnoſcat. Quis.n.eſt quẽ lateat unũ-
quẽq; cibũ quando ſupra modũ elixat̃. Primũ qdẽ ſalſiorẽ fieri: poſtea
uero amariorẽ etiã ſi uelis mel ipm̃ quod oĩum dulciſſimũ exiſtit plus
modico elixare amariſſimũ uideri facies. Quod.n.in alijs quæcũq; nõ
ſunt natura calida ab elixatiõe cõtingit hoc ex natura aduenit melli.
Propterea igit̃ cũ elixatur nõ reddit̃ dulcius: quãtum.n.caloris ineſſe
oportuerat ad dulcedinis generationẽ hoc ipſi exquiſite aduenit ex

propria natura. Quod igitur extrinſecus his quæ parũ calida erãt cõ
ferebat/hoc illi detrimẽto eſt:& ad immoderãtiã perducit. Quã ob
cauſam cum elixatur citius alijs amaritudinẽ præ ſe fert. Propterea
autẽ & his qui natura calidi ſunt: & his qui in ætatis uigore cõſiſtunt
prompte trãſmutatur in bilẽ:nam calidũ calido appropinquãs facile
labitur ad intemperiẽ:& bilis fieri anticipat/ ac non ſanguis. Exigit
igitur hominẽ frigide tẽperature:& frigidæ ætatis ut ad ſanguinis na
turam ꝑducatur nõ ab re itaqꝫ cõſulebat Hippocrates his qui natura
habẽt bilis amaræ abũdantiã/ne mel aſſumerẽt ut qui tẽperaturã ha
berent calidiorẽ:ſic autẽ & morbis ex amara bile cõſiſtẽtibus inimi
cum eſſe mel. Senũ uero naturæ amicũ non modo Hippocrates/ſed
omnes medici inquiũt:hi quidẽ ex natura ipſius vim propriã indicãte
iſtud cognoſcẽtes. Alij uero ſola ducti experiẽtia: neqꝫ.n.medicis qui
ab experiẽtia nomẽ habẽt aliud quicq̃ præter hęc fieri eſt obſeruatũ:
ſed optimũ quidẽ eſſe mel ſenibus cõtrariũ autẽ iuuenibus:& homini
quidẽ qui bile amara abũdat inutile. Pituita autẽ abundãti utile:& ex
morbis ſimiliter illi quidẽ qui ex bile amara fit inimicũ: alijs uero qui
ex pituita ortũ habẽt amicũ: ut autẽ uno ſermone cõplectar calidis
quidẽ corporibus uel propter morbũ/uel propter naturã/uel ꝑꝑ æta
tem/uel propter anni tẽpus/uel ꝑꝑ exercitiũ aptũ eſt mel bilẽ gene
rare:ſanguinẽ uero his qui contrariã naturã habẽt: neqꝫ cõtingit eũ
dem cibũ nõnullis quidẽ ſanguinẽ. Nõnullis uero bilem generare niſi
eorũ generatio in corpore ꝑficiatur. Si.n.ꝓpria natura atqꝫ ex ſe ipſo
quilibet cibus bilem cõtineret:neqꝫ in animaliũ corporibus trãſmuta
tus:hanc gigneret in omnibus ſimiliter corporibus gigneret/& quod
amarũ extra guſtãtibus ſentiretur. Hoc idem ut arbitror bilem gene
raret:ſi quid uero dulce atqꝫ optimũ foret:nec minimũ quidem ex eo
bilis crearetur:at qui non modo mel/ſed ſingula alia edulia dulcedi
nem habẽtia prædictis corporibus:quę propter quãuis cauſam ex his
quæ tactæ fuerũt calida ſunt prõpte ad bilem trãſmutãtur. Neſcio au
tem quo pacto ad hæc dicẽda perueni: quæ nõ propoſuerã/ſed ipſa
quodãmodo ſermonis cõſecutione cogente: Dictũ eſt de ipſis pluri
mum ab Ariſtotele:Praxagora mentẽ Hippocratis atqꝫ Platonis re
cte exponẽtibus. Nemo igitur nunc a uobis demõſtrationes in his di
ci magis arbitretur q̃ de aliter cognoſcẽtium hebetudine oſtẽſiones
qui neqꝫ ea quæ apud omnes cõfeſſa ſunt & quotidie cernũtur agno
ſcunt. Ipſoꝝ autem ſm certitudinẽ demõſtrationes ex illis principijs
quę pauloante diximus ſunt accipiẽdæ/ꝙ vꝫ agere ac pati inuicẽ cor
poribus ineſt ſecundũ calidũ frigidũ/& ſiccum/& humidũ. Et ſi quis
aut uenas/aut epar/aut arteriã/aut cor/aut uẽtriculũ: ſiue quodcũqꝫ

aliquod mẽbrũ quiſpiã opus aliquod facere dixerit ineuitabilibus ne
ceſſitatibus fateri cogetur propter certã ex quatuor qualitatibus tẽ
peraturã talem ipſi ineſſe operationẽ. Cur.n.uẽtriculus circa cibum
conſtringitur quare uenæ ſanguinẽ generant uellẽ ab Eraſiſtrati ſecta
toribus audire:nã ꝙ ſolũ ipſum per ſe ipſum conſtringitur intelligere
nondũ ſufficit/niſi & cauſam cognoſcamus. Sic.n.ut arbitror recte de
fectus curaremus:at inquiũt nobis curæ non eſt neqꝫ de cauſis multũ
ſolliciti ſumus. Sunt.n.ſupra medici facultatẽ & philoſopho naturali
earum cõuenit perſcrutatio. Nũquid igitur neqꝫ cõtradicetis dicẽti
bus temperiẽ quidẽ naturalẽ cauſam eſſe unicuiqꝫ organo operandi.
Intemperiẽ uero iam ægritudinẽ nominari/atqꝫ omnino ab ipſa lædi
operationẽ uel antiquoꝝ demõſtrationibus fidẽ præſtabitis/uel ter
tium aliquid mediũqꝫ inter hæc utraqꝫ elligetis:neqꝫ tanq̃ omnino ue
ris ſermonibus ex neceſſitate perſuaſi/neqꝫ tanq̃ falſis contradicẽtes:
uerũ ambigui quidã atqꝫ pironij ſubito euadetis: atqui ſi hoc feceritis
neceſſariũ eſt nobis ad empiricoꝝ Dogma deficere: quonã modo me
dicinaꝝ habebitis copiã ſi vniuſcuiuſqꝫ morbi eſſentiã ignorau eritis.
Cur igitur ſtatim ab initio uos empiricos non nominaſtis:cur autẽ &
nobis negociũ faceſſitis oꝑationes naturales ob modũ curationis in
quirere profitẽtes. Si.n.nõ poteſt uẽtriculus aliquid arcte circũplecti
atqꝫ cõterere:quõ ipſum ad naturalẽ habitũ reſtituetis: ſi cãm imbe
cillitatis neſcieritis. Ego q̈dẽ inquiã ſuꝑcalefactũ uẽtriculũ eẽ a nobis
refrigerandũ:refrigeratũ uero cõcalefaciẽdũ. Sic aũt & exiccatũ hu
mectandũ:humectatũ uero exiccandũ/ſed & ſm cõiugationẽ: ſi cali
dior q̃ naturæ cõueniat/& ſiccior ſimul extiterit eſſe curatiõis caput
ſimul humectare & frigefacere. Si uero frigidior/& humidior calefa
cere/atqꝫ exiccare:& in alijs eodẽ modo. Eraſiſtrati uero ſectatores
quid unq̃ faciẽt? qui neqꝫ omnino operationum cauſas inquirere cõ
fitentur. Hic ſiquidẽ fructus exiſtit eius quę eſt circa oꝑationes inquiſi
tionis homini intemperieꝝ cauſas cognoſcẽti poſſe ipſas ad naturalẽ
temperiẽ reducere. Quoniã ſi quis hoc ſolũ nouerit/quę nã ſit vniuſ
cuiuſqꝫ organi oꝑatio nõdum propterea in curãdis morbis proficiet.
Mihi aũt uidetur Eraſiſtratus hoc ipſum ignorare ꝙ ſi qua diſpoſitio
in corꝑe lędit oꝑationẽ nõ ex accidẽti quodã/ſed primũ ac ꝑ ſe ipſam
eadẽ diſpoſitio eſt ipſa ęgritudo. Quõ igiť aut inueſtigãdi/aut curãdi
ęgritudines hẽbit facultatẽ:ſi quę nã ſint illę/aut quot/aut quales oĩo
ignorauerit. Circa uẽtriculũ q̈dẽ tantũ utiqꝫ Eraſiſtratus ingrẽdũ eſſe
putauit quo modo cibi cõcoquantur. Quæ uero prima ac principalis
cauſa huius exiſtat nõ cõſiderauit:circa uenas aũt & ſanguinẽ & hoc
ipſum.ſ.quomõ inquirere ꝑtermiſit:at neqꝫ Hippocrates/neqꝫ aliqs

alius eoꝝ quoꝝ antea cõmemini phoꝝ/ac medicoꝝ eſſe prętermittē-
dum iudicauit: verũ eam quæ eſt in unoquoq; aiali caliditatē tēpera-
tam & modice ad humiditatē declinātē aiunt eſſe ſanguinis genera-
tricē/atq; ob id aiũt ſanguinē eſſe hùmorē potētia calidũ / & humidũ
ſicuti flauā bilē calidā eſſe & ſiccā/& ſi maxime humida uideat̃. Putāt
.n. viri iſti differre id quod humidũ eſt ſm fantaſiā ab eo qđ tale exi-
ſtit ſm potētiā/uel quis nõ nouit ꝙ muria quidē/ ac mare carnē exic-
cat/& a putrefatiõe pręſeruat: alia aũt aqua potabilis prõpte corrũ-
pit/ac putrefacit. Quis aũt nõ nouit ꝙ flaua bile cõtenta in uētriculo
plurima cõtinua affligimur ſiti quā ſi euomuerimus ſtatim a ſiti libe-
ramur/ac magis q̄ ſi multũ potũ ingurgitaremus. Calidus igitur ratio
nabiliter hic humor/& ſiccus ſm potentiā dictus eſt/ ſicuti & pituita
frigida/& humida. De hoc.n. Hippocrates/atq; alij antiqui māifeſtũ
teſtimoniũ prębuerũt: Prodicus aũt in cõmētarijs de natura hominis
cum nominat phlegma id qđ in humoribꝰ eſt ſupaſſatũ a uerbo græ-
co quod idē ſignificat uocabulo quidē aliter utitur. Seruat tamē rem
ipſam una cum alijs: uerũ huius hominis innouādis nominibꝰ affecta-
tionē. Plato quoq; ſufficiēter oſtēdit: verũ hic humor qui nũc ab oibꝰ
hominibꝰ phlegma uel pituita nominatur colore albus quē prodicus
blenā appellat frigidus/atq; humidus exiſtit qui plurimus in ſenibus/
atq; alijs quõcũq; frigefactis coaceruat̃: neq; ullus unq̄ /uel etiā inſa-
nus diceret hunc humorē non eſſe frigidũ & humidũ. Nũquid igitur
calidus qdē atq; humidus humor aliquis eſt. Alter uero calidus & ſic-
cus/atq; alius frigidus & humidus: nullus uero ſiccus ac frigidus potē
tia exiſtit. Sed quarta cõiugatio tēperaturaꝝ/quæ oībus alijs ineſt ſo
lis humoribus deeſt: atq; atra bilis talis eſt humor/ quā ſane mētis me
dici atq; phi ſupabũdare dixerũt. Ex anni quidē tēporibus in autũno
plurimũ. Ex ætatibꝰ uero in ea quæ ſeqtur cõſiſtētē: ſic aũt & uictus/
& loca/& ſtatus tēpoꝝ/& morbos quoſdā frigidos eſſe inquiũt & ſic-
cos: neq;.n. mancā in hac ſola cõiugatiõe naturā eſſe: ſed quēadmo-
dum alias tris: ita & hāc p oīa extēdi arbitrātur. Equidē optarē poſſe
hac in parte eraſiſtratũ īterrogare ſi nullũ organũ natura cõdidit ar-
tificioſa quod talē expurget humorē: ſed urinaꝝ qdē diſcretiõis duo
ſunt organa & flauę bilis alterũ haud ſane paruũ. Hic uero humor cæ
teris malignior in uenis ſanguini mixtus ubiq; uagatur: atqui dyſinte
ria ut quodā in loco inquit Hippo. ſi a bile nigra īceperit mortale: nõ
tamē quæ a flaua bile incipit eſt oīno exitialis/ſed plurimi ex ipſa ſer
uantur uſq; adeo nigra bilis eſt flaua acutior atq; malignior. Nunquid
igitur neq; ullũ aliquē ex libris Hippocratis legit: Eraſiſtratus neq; il-
lum qui de natura hominis īſcribitur / ut tam ocioſus ſit circa humoꝝ



conſideratione/uel nouit quidem ſponte uero totius artis pulcherri-
mam contemplationē pręternittit. Oportuit igitur eraſiſtratũ neq;
de ſplene dixiſſe quicq̄/ neq; tam indecēter agere dum putat fruſtra
tantum organũ fuiſſe a natura fabricatũ: atqui non Hippocrates tan
tum & Plato uiri in nullo ſane circa naturę contēplationē eraſiſtrato
inferiores aiunt & hoc quoq; uiſcus unũ eſſe ex illis quæ ſanguinē ex-
purgāt. Sed & mille alij cũ ipſis ex antiquis medicis/atq; philoſophis
quos omnes generoſus eraſiſtratus temnere ſimulās/ neq; cõtradixit
neq; omnino de ipſorũ opinione cõmeminit: atq quibuſcũq; corpus
floreſcit his ſplen decreſcit inquit Hippocrates/ & omnes qui nitunt̃
experientia medici hoc idē confitentur. Quibuſcũq; uero magnus &
tumidus augetur his corpora deſtruit/& malis humoribus afficit quē-
admodũ hoc rurſus nõ tantũ Hippocrates/uerũ & Plato alijq; mul-
ti qui empirici nominant̃ medici confitentur & regio morbo laboran
tes fiunt nigriores ſicuti ulcerum cicatrices etiā nigræ uidentur: uni-
uerſaliter aũt quando minus q̄ oporteat trahit ad ſe ipſum ſplen me
lancholicũ humorē ſanguis quidem impurus: totum uero corpus ma
le coloratũ efficitur. Quando autem deficit in attrahēdo: an uideli-
cet quando male affectus eſt. Sicuti igitur renibus quarum officiũ eſt
urinas attrahere ut male trahant cõtingit quando laborāt ſic & ſple-
ni qui naturalē habet potentiam melancholici humoris attractiuam
ſi quando ęgrotare contigerit neceſſarium eſt/ut male trahat atq; in
hoc craſſiorem iam & nigriorem ſanguinem reddi. Hæc igitur omnia
quæ ad morboꝝ cognitiones curationes ue maximā præbent utilita-
tem eraſiſtratus omnino tranſilijt/ac tātos uiros finxit ſe nihili facere
qui neq; minima cõtemnere eſt aſſuetus. Sed etiā fatuis opinionibus
ambicioſe cõtradicere: quare manifeſtũ eſt ꝙ cũ nihil haberet quod
poſſet antiqoribus cõtradicere ſuper his quę illi de ſplenis opatione/
atq; utilitate ſcripſerũt / neq; ex ſe ipſo aliquid potens adinuenire ad
hoc ſolũ uenit ut nihil diceret. Nos vero primũ quidē ex cauſis qbus
oīa gubernant̃ quæ ſm naturam fiunt calido dico & frigido/& ſicco/
& humido: ſecundo aũt ex his quæ apparēt eſſe aliquē frigidũ & ſic-
cum in corpore humorē oſtēdimus/ deinceps aũt ꝙ & iſte melācho-
licus exiſtit: & uiſcus illi deputatũ ſplē eſt q̄ breuiſſime fieri poteſt eo
rũ quę ab antiqs ſunt demõſtrata facta mētione: deīceps ad id quod
in pręſentia dicēdũ ſupeſt ueniemus: qd uero aliud ſupeſt q̄ māifeſte
declarare qdnā antiq uoluerũt ac demõſtrarint circa humorũ gene-
rationē cõtingere: manifeſtius aũt p exēplũ dicent̃ uelutiiā mihi ani-
mo cõcipe muſtũ nõ multo antea ex vuis ferueſcēs / atq; alteratũ ab
ea quę eſt in ipſo caliditate. Deinde dũ trāſmutat̃ duas generari ſup-

fluitates alterã quidẽ leuiorẽ ac magis aeream. Alteram uero grauio
rem/ac terreſtriorẽ quarũ alterã plurimi florem. Alterã uero fecem
appellãt. Alteri quidẽ ex his flauã bilem: alteri uero nigram ſi aſſimi
laueris nõ procul a uero deuiabis/his ꝗdẽ humoribus haud quaq̃ eã-
dem formam habẽtibus dũ animal ſm naturam diſponitur quam ha
bent/quũ pręter naturã afficitur: flaua. n. bilis uitellina fit & eni tali-
ipſam nuncupant nomine qm̃ uitellis ouorum colore & craſſitudine
aſſimilatur. Atra uero bilis multo ꝗdẽ malignior eſt/& ipſa ea quæ eſt
ſm naturam. Propriũ uero nomen huic humori impoſitũ non eſt/niſi
ꝙ quidã ipſum abraſiuũ uel acidum nominarunt quoniam acutius eſt
queadmodũ acetum/& corpus animalis/ac terrã ſi ſuper ipſam ſpar-
gitur abradit & quãdã efficit cũ ueſicis ueluti fermẽtationẽ atq; ebu-
litionẽ quędã extranea putredine accedẽte humori illi nigro ſm na-
turã ſe habẽti & mihi quidẽ uidentur medici plurimi hunc eundẽ hu-
morem cũ ſm naturam ſe habet/& inferius emittitur & ſæpe ſuper-
fluitat nigrũ appellare humorẽ: non autem nigram bilem. Qui uero
ex exuſtione quadã atq; putredine ad acidã qualitatẽ tranſmutatur.
Hic nigra bilis ab eiſdẽ medicis appellatur: ſed de nominibus quidẽ
nõ oportet diſceptare. Veritatẽ aũt ita ſe habere in ſanguinis gene-
ratione intelligere cõuenit. Quodcũq; quidẽ ſufficiẽter craſſum/atq;
terreſtre ex ciborũ natura infertur alimẽto neq; bene poteſt ſuſcipe-
re eã quę fit a calore naturali alterationẽ id ſplen ad ſe ipſum trahit.
Quod uero ex eodẽ alimẽto aſſatũ eſt ut quiſpiã dixerit atq; cõbuſtũ.
Eſt autẽ hoc quod calidiſſimũ atq; dulciſſimũ exiſtit ueluti mel/atq;
adeps in flauã bilem conuerſum per uaſa quę bilẽ excipiũt expurga-
tur: Eſt aũt humor huiuſcemodi tenuis atq; humidus fluxibiliſq; non
talis qualis exiſtit quãdo ſuperaſſatus flauũ atq; igneũ calorem ſuſce
petit/ſimiliſq; ouorũ uitellis apparet. Hic quidem humor pręter natu
ram eſt. Alter uero de quo antea diximus ſecũdũ naturã ſicuti ex ni-
gro humore qui quidẽ nondũ ebulitionẽ ac fermentationem in terra
opatur ſecũdũ naturã eſt. Qui uero ad talẽ formã atq; potentiam eſt
trãſmutatus iã præter naturã exiſtit/ut q iã ex exuſtione caloris præ-
ter naturã ſuſceperit acrimoniã & iam quidẽ veluti cinis effectus eſt.
Quomodo etiã fex cõbuſta ab ea differt: quę cõbuſtionis eſt expers.
Eſt enim res ſufficiẽter calida adeo ꝙ & cõburendi & colliquandi ac
carnẽ deſtruendi habet facultatẽ: Altera uero quæ nõdũ exuſta eſt:
Ad eadem opera medici utuntur ad quæ etiã terra quæ figularis no-
minat/alijſq; medicamẽtis quęcũq; exiccãdi: ac ſimul refrigerãdi hñt
poteſtatẽ: Ad formã ꝗdẽ bilis nigrę hoc mõ cõbuſtę etiã illa uitellina
pſępe tranſfertur. Si quando & ipſa ab igneo calore fuerit quodãmõ

ſuperaſſata. Vniuerſę aũt alioꝝ humoꝝ ſpecies/partim ex hoꝝ quos
diximus fiunt teperatura/partim quædã ueluti uiæ ſunt hoꝝ genera-
tionis: atq; inuicẽ tranſmutationis. Differunt autẽ qm̃ nõnullę quidẽ
ſinceræ ſunt ac ſolę: Nonnullæ uero ueluti quadã ſeroſa humiditate
madefacte. Verũ omnis ſeroſa humoꝝ ſubſtantia ſupfluitas eſt/qua
uacare oportet animalis corpus. Eoꝝ aũt quos diximus/humoꝝ ali-
quis eſt naturæ uſus & eius qui craſſus eſt & alterius tenuis expurga-
turq; ſanguis/tũ a ſplene/tũ a ueſica quę epati eſt ſupaddita/tantũq;
ac tale ex utroq; reponitur: quantũ ac quale ſi per totũ animalis cor-
pus deferetur damnũ aliquod eidẽ afferret. Quod enim ſufficienter
craſſum eſt: atq; terreſtre/ac eã quæ fit in epate trãſmutationẽ omni-
no ſubterfugit ſplen ad ſe rapit. Aliud uero quod modice craſſum eſt
cũ alio quod eſt a natura elaboratũ defert. In multis. n. animalis par-
tibus craſſicie aliqua indiget ſanguis/ſicuti & illis ut arbitror quæ ue-
luti filla ſeu fibrę ſubinferunt. De quorũ utilitate a Platone dictũ eſt/
diceturq; nihilominus a nobis in libris in ꝗbus de particularũ utilita-
te ptractatur. Indiget. n. nõ minimũ ſanguis: & eo humore qui flauus
eſt/& nõdũ igneus ad ſummũ factus eſt & ꝗs nã ſit ab eo uſus in eiſ-
dem libris a nobis explanabit. Pituitæ aũt expurgãdę nullũ natura or
ganũ delegauit qm̃ frigida eſt/& humida ac ueluti incoctũ alimẽtũ.
Hanc igitur nõ oportet euacuari/ſed in corpore pmanentẽ alterari.
At quæ ex cerebro ſupfluitas defluit forte quiſpiã neq; recte pituitã
nominaret/ſed blenã atq; coryzam quibus etiã uocabulis a græcis nũ
cupatur: ſi uero non. At ꝙ ut euacuetur natura prouidit/& hoc quo-
que in libris de utilitate particulaꝝ a nobis dicetur. Siquidẽ & quicꝗd
in uentre/atq; inteſtinis pituitæ conſiſtit ut etiã id ipſum citiſſime/ac
maxime euacuetur naturę magiſteriũ etiã in illis cõmentarijs a nobis
explicabitur. Quæcũq; igitur uenis infertur pituita animalibus utilis
nulla indiget euacuatione. Oportet aũt & hic diligẽtius animaduer-
tere. Atq; cognoſcere ꝙ ueluti ex utraq; bile una ꝗdem utilis exiſtit/
& ſecundũ naturã in animalibus. Altera uero inutilis & pręter natu-
rã. Sic & pituitæ quodcũq; dulce exiſtit: utile eſt animali ac ſecundũ
naturã. Quod uero ſalſum/atq; acidum ſalſum quidem eſſe putrefa-
ctum: acidum uero incoctum: perfectam autem pituitæ cruditatem
intelligere oportet/eam quæ in uenis in ſecunda videlicet coctione
contingit. Neq; enim in prima quæ in ventriculo accidit vel neq; ab
initio humor facta eſſet. Si hanc etiam ſubterfugiſſet. Hæc mihi ſuf-
ficere videntur/de humorum generatione/ac corruptione quæ ſunt
quidam veluti commentarij eorum/quæ ab Hippocrate/atq; Pla-
tone/& Ariſtotele/Praxagora/Diocles/ac multis alijs antiquis

dicta ſunt. Neq;.n.oīa in hunc ſermonē quæ ab illis ſcripta ſunt tranſ-
ferenda exiſtimaui. Hoc unū tātū de ſingulis dixi q̄tum ſufficeret eos
qui nō omnino hebetes ſunt ad legēda ueterū ſcripta excitare & ad
faciliorē eorū ītelligētiā poſſet auxiliari: ſcriptū aūt eſt & in alio libro
a nobis de humoribꝰ ſm Praxagore atq; Nicharci opinionē. Etenim
ſi q̄maxime decē humores ſine ſanguine ſtatuat. Nā ſanguis undeci-
mus eſt nō tamē ab Hippocra. doctrina recedit: ueꝝ in ſpecies quaſ-
dā ac differētias eos ſecat humores q ab illo primo omniū ꝓprijs de-
mōſtrationibus ſunt explanati. Laudare igiť oportet eos q quæ bene
dicta ſunt expoſuerūt & illos qui ſi q̄d prætermiſſum fuerat addide-
rūt. Neq;.n. fieri poteſt ut idē incipiat/atq; ꝑficiat. Illos uero accuſa-
re oportet/tāq̄ oīno ſegnes q neq; aliquid eoꝝ quę recte tradita ſunt
diſcere ſuſtinēt/& q adeo ambitioni uacāt/ꝙ ſemꝑ nouoꝝ dogmatū
cupiditate maligne agūt/& ſophiſmata fabricāt. Nō nulla q̄dē ſpon-
te prætermittētes. Sicuti eraſiſtratus in humoribus fecit: in q̄buſdam
uero uerſute cōtradicētes ſicuti hic idē eraſiſtratus & multi alij recē-
tiorum uerum liber iſte hic finem accipiat. Quod autem dicēdum ſu-
pereſt in tertio libro tranſigemus.

FINIS LIBRI SECVNDI GALENI DE
POTENTIIS NATVRALIBVS IN-
TERPRETE NICOLAO
LEONICENO.

**Capita eorum quæ continentur in Tertio Libro.**

Q Vot ſicuti potētia attractiua propriorum vnicuiq; membro
inexiſtit ita eorundem retentiua.

Quot ſecundum uentrem /& vterum potentia retentiua manifeſte
uidetur.

Quot conſtrictis organis circa ea quæ in ipſis ſunt uirtus contenti-
ua operatur.

# GALENI DE POTENTIIS NATVRA-
LIBVS LIBER TERTIVS IN-
TERPRETE NICOLAO
LEONICENO.

QVOD quidē nutritio fiat alterato/ atq; aſſimilato
alimento ei quod nutritur /& ꝙ unicuiq; animalis
particulę potentia quædā ineſt quam ab eius ope-
ratione: alteratiu am quidem ſecundum genus aſſi
milatiuam/& nutritiuam ſecundum ſpeciem nomi
namus in priore oſtendimus libro. Materiæ uero
copiam qua pro alimento utitur id quod nutritur
ex altera haberi potentia oſtēdebatur quæ familiarem humorem at-
trahere natura apta eſt. Eſſe autem familiarem unicuiq; particulę hu-
morem qui ad ſimilitudinē idoneus exiſtit attrahentem autem ipſum
potentiam ab operatione attractiuam quandam nominamus. Oſten-
ſum autem eſt ꝙ ante aſſimilationem quidem unio fit ante hanc au-
tem oppoſitio finis quidam ut quiſpiam dixerit exiſtens eius quæ eſt
ſecundum potentiam attractiuam operationis. Quot enim ex uenis
ad unamquanq; particulam trahatur alimentum potentia attractiua
fit operante: quot autem adducatur/& membro apponatur eſt ipſe
finis ob quē tali eguimus operatione: vt.n. apponatur: idcirco attra-
hitur. Poſt hac autem ad animalis nutritionē longiori opus eſt tempo
re: trahi ſiquidem aliquid celeriter poteſt. Vniri autē & alterari / atq;
omnino nutrito aſſimilari/atq; eius partem fieri ſtatim quidē impoſſi-
bile. In longiori autem tempore bene contingit: verum niſi in parte
hæreat: hic humor appoſitus tranſfertur ad alteram/atq; omnino de
fluit loca permutans & nullibi unitur/ neq; aſſimilatur. Quare & hic
neceſſaria eſt potentia altera ad hoc ut humor appoſitus longiori tē-
pore particulę inhæreat: & hanc quidem potentiam non extrinſecus
fluere: ſed in ipſo membro quod nutriri debet inſitam eſſe oportet.
Quam quidem potentiam hi qui nos ætate anteceſſerunt coacti ſunt
ab eius operatione retentiuam nominare. Ratio quidem iam mani-
feſte monſtrauit talis potentię generationis neceſſitatem & qui con-
ſecutionis habet intellectum / ex his quæ diximus firmiter eſt perſua-
ſus ꝙ ſuppoſito / atq; antea oſtenſo naturam eſſe artificioſam & ha-
bere animalis prouidētiam: neceſſariū eſt talem ipſi adeſſe potentiā:

verũ nos nõ hoc genere demõſtrationis tantũmõ vti cõſueti. Ipſi aũt
adiũgẽtes/& ea quæ ex manifeſte apparẽtibꝰ ſumpta neceſſaria ſunt.
Et maxĩe cogũt argumẽta ad talia nũc ꝑueniemus/oſtẽdemuſqꝫ in q-
buſdã corpis partibus adeo eſſe euidẽtẽ potẽtiã retentiuã ꝙ ſenſibus
ipſis eiuſdẽ opationẽ agnoſcere poſſumus. In quibuſdã uero & ſi non
adeo manifeſte cõprẽhẽdi ſenſibus poſſit. In his tñ põt ratiõe depræ-
hendi. Principiũ igit̃ doctrinæ ab ipſo fine faciemus: Primũ uia quadã
atqꝫ ordine partes nõnullas corpis proponẽtes ĩ qbus licet accurate
examinare & quęnã ſit retẽtiua uirtus inueſtigare. Nũquid igitur me-
lius quiſpiam aliunde q̃ a maximis/atqꝫ maxime cauis huiuſcemodi in-
ueſtigationẽ incoharet. Mihi quidem nequaq̃ aliũde uidetur melius:
Siquidem in his ob magnitudinem manifeſtius apparent opationes.
In paruis aũt & ſi fortaſſis potentiam huiuſcemodi ualidam habeãt.
Non tamen earum operatio æque ꝓpꝫ cognoſcitur. Sunt autẽ ex
omnibꝰ animalis partibꝰ cauitate & magnitudine inſignes uentricu-
lus & qui uteri ſeu vuluæ nominant̃. Quid igitur prohibet has primũ
in mediũ adducentes earundẽ operationes conſiderare earum qui-
dem quæ ante ſectionem ſunt manifeſtę inueſtigationẽ in nobis ipſis
facientes. Quęcunqꝫ uero ſunt debiliores ſimilia hominibus animalia
ſecantes non tanq̃ id quod cõmune eſt de quęſita potentia etiã diſſi-
milia non oſtendant ſed ut cõmunem ſimul & propriam in nobis co-
gnitionem poſſidentes: & ad morboꝝ dignotiones eorũdemqꝫ cura-
tiones maiorẽ habeamus facilitatẽ. De duobus igitur inſtrumentis ſi-
mul dicere eſt impoſſibile particulatim aũt de utroqꝫ ſeorſum mentio-
nem faciemus ab illo exordientes/quod retentiuam potẽtiam euidẽ-
tius poſſet oſtendere. Retinet.n. & uentriculus cibos donec illos cõ-
quat/vuluæ pariter retinẽt fœtum donec ipſum perfecerint: Verũ id
tempus quo fœtus perficiunt̃ multiplex eſt ad id quo cibi cõcoquunt̃
quare fit ueriſimile/ut tanto euidentiorẽ in vuluis potentiam retenti-
uam deprẽhendamus q̃to diuturniorem ea quę uentriculi eſt habent
opationem. Quamplurimis.n.mulieribus nono menſe in ipſis fœtus
cõplentur: & collũ toto eo tempore clauſum habẽt/ac fœtus una cũ
locis undiqꝫ cõplectũtur. Et terminus quidẽ temporis quo claudetur
os/& fœtus in vuluis retinetur utilitas eſt opationis. Neqꝫ.n.temere
aut ſine ulla ratione natura vuluas ita fabricauit: ut ſint ad circũple-
ctendũ ac retinendũ fœtum idoneæ: uerũ ut conceptus ipſe ad con-
uenientem ueniat magnitudinẽ. Quando igitur iam complectum id
erit cuius gratia uirtute retentiua operabant̃ tunc iſta quieſcũt/ & ui-
ce eius altera utũtur quæ in interim ociabat̃ expulſiua. Erat autem &
eius quietis terminus utilitas atqꝫ operationis itidem utilitas. Hac.n.

uocante operatur /& non uocante quieſcit. Atqꝫ hic rurſus diſcere
oportet naturę artificiũ quæ nõ modo utilium operationum unicuiqꝫ
membro potentias indidit ſed quietum/ac motuum temporis habuit
prouidentiam: Quũ.n.omnia quæ ad conceptum attinent recte gerũ-
tur tunc potentia expulſiua omnino quieſcit/ac ſi non ineſſet. Si quid
uero mali accidat uel circa locos / uel aliquam aliam mẽbranam/ uel
circa fœtũ ipſum & eius perfectione omnino deſperata non amplius
vteri expectant nouem menſium ſpacium. Sed retentiua quidẽ po-
tentia ſtatim quieſcit/& alteri quæ prius ociabatur moueri permittit.
Agit autem & iã bonũ quoddã operatur expulſiua uirtus/& propul-
ſiua. Etenim ita nũcuparũt ab ipſis operationibus nomina imponen-
tes quẽadmodũ & reliquis: & iam ſermo uidetur de utriſqꝫ ſimul oſtẽ-
ſurus. Nam cum ſibi uiciſſim ſuccedãt / & quantũ utilitas exigit ſem-
per altera alteri cedat non abſqꝫ ratione cõmunẽ de ipſis doctrinam
ſumus tradituri potentiæ retentiuæ opus eſt/ cũ vuluæ undequaqꝫ cõ-
ceptum circũplectuntur. Quare rationabiliter tangentibus nutrici-
bus eorũ os clauſum apparet. Ipſis uero pręgnãtibus in primis diebus:
& maxime die illa in qua fit genituræ cõceptio vuluarũ motarũ/ atqꝫ
in ſe ipſas recurrentiũ aduenit ſenſus. Et ſi hæc ambo pariter contin-
gunt ꝙ uidelicet os ſine inflãmatione uel aliqua paſſione claudat̃/ &
ſenſus motus vuluaꝝ cõſequatur. Tũc iam ſemen a uiro ſucepiſſe/ac
cõtinere mulieres arbitrant̃. Hæc ãt nõ nũc nobis ipſis effingimus/ue-
rũ ex lõga experiẽtia cõprobata ab omnibꝰ q de huiuſcemodi tracta-
uere ſcribunt̃ Erophilus qdẽ ꝙ neqꝫ acinus ſpecilli inſtrumẽti chyrur-
gici os vuluę reciperet anteq̃ fœmina pariat & ꝙ nec minimũ qdem
diſtat ſi pręgnãs eſſe ceperit & ꝙ lõge magis idẽ os adaperit̃ cũ men-
ſtrua ferunt̃ ſcribere nõ dubitauit. Cõueniũt aũt cũ eo & alij oẽs qui
de huiuſcemodi tractauerũt: & primus utiqꝫ oĩum pħioꝝ ac medico-
rum Hippocrates vuluaꝝ os claudi ſignificauit/& cũ cõcipiũt/& qñ
inflãmationẽ patiunt̃. Sed in cõceptionibꝰ qdẽ a natura non receſſit
in inflãmatiõibꝰ aũt os duꝝ efficit̃. In cõtraria uero expulſiua os qdẽ
aperit̃. Procedit aũt fundũ omne q̃ ꝓxime fieri põt ad os fœtũ expel-
lẽs. Simul aũt cũ ipſo ad oẽs ptes cõtinuę quę ſunt ueluti latera totius
inſtrumẽti coadiuuãtes ad opus ꝑmũt ac circũpellũt totũ fœtũ ad ex-
teriora & in q̃pluribus mulieribus uiolẽti ex partu dolores totas acci-
dere vuluas coegerũt dum tali potentia ĩmodice utuntur tali quodã
caſu interueniente qualis ſæpe in paleſtris quibuſdam certaminibus
ue contingit quando alios euertere atqꝫ ad terram deijcere ſatagen-
tes cõcidimus & ipſi. Sic enim & vuluæ fœtum expellentes: nõnun-
quã ſimul excidere/ & maxime quando ipſorum ligamenta ad ſpinã

annexa natura fuerint laxiora. Eſt autē & hoc mirabile naturæ artifi-
cium quod uiuente cōceptu ualde exquiſite vuluarum clauditur os/
eo uero mortuo ſtatim adaperit. Quantū ad exitum ſufficiat. Et qui
dem nutrices non ſtatim patiētes attollūt neqꝫ in ſede collocant. Sed
prius quidem os tangunt. Quod paulatim aperitur/& ſtatim cum
paruū digitum intromiſcere apertum os eſſe inquiūt. Deinde autem
& maiorē inſerunt. Sicqꝫ pedetentim nobis interrogantibus reſpon-
dent adauctam eſſe diſtantię magnitudinem & cum iam tanta fuerit
ꝙ poſſit fœtus exire attollunt eas atqꝫ in ſede collocant iubentqꝫ ut
prompte infantem expellere tētent. Eſt autē iam hoc opus quod ex
ſe ipſis pręgnantes adijciunt non quidem vuluarū ſed potius muſcu
lorum uentrem tegentiū/qui etiam ad excrementa alui inferioris/&
urinam emittendā coadiuuant. Sic quidē in vuluis duę potentię ma-
nifeſtę cognoſcunt. In uentriculo uero ſic primū quidem ex fluctua-
tionibus quę credunt a medicis eſſe imbecillis uentriculi caſus & re-
cte quidē creduntur. Nā aliquādo etiā ſi parū cibi aſſumpſerimus nō
contingunt circūplectente ipſum exquiſite atqꝫ undequaqꝫ aſtringē-
te uētriculo. Nonnūꝗ uero uentriculus quidem plenus eſt: fluctuatio
nes uero tanꝗ ipſo uacuo exaudiūtur. Nā cum ſm naturam ſe habet/
& bene utitur circumplectente potentia ꝗꝗ parū fuerit id quod con
tinetur totum ipſum circumappręhendens nullū ſpacium uacuū de-
relinquit. Cum uero debilis eſt/ubicunqꝫ non poteſt exquiſite cir-
cumpręhendere hic laxius ſpacium efficiens permittit ea quæ in ipſo
humida continentur ſm figurarū permutationes alias alio defluere:
& fluctuationes operari. Rationabiliter igitur qui in tali caſu fuerint
cōſtituti debilē expectant ciborū concoctionē. Neqꝫ.n. poteſt uētri-
culus imbecillis bene concoquere. Talibus aūt uidetur uſqꝫ ad longū
tempus in ipſo grauiter permanere/quanto tardius concoqūt cibū.
Quiſpiam tamē in his ipſis maxime miraretur more in uētriculo diu
turnitatē non ciborū tantum. Sed etiam potus. Neqꝫ.n. quod aliquis
forte exiſtimaret uentriculi os/quod inferius ſufficiēter anguſtū exi-
ſtit uera cauſa eſt/ut nihil emittat anteꝗ exqſite conterat. Sæpius.n.
permulti fructuū oſſa maxima deuorāt/& qdā quū annulū aureū in
ore ſeruaret inuitus abſorpſit. Et qdam alius numiſma/& alius aliud
qd durū difficile cōfici. Hi tamē oēs facile oīa quę deuorarūt deiece-
rūt nullo ipſis caſu ſupueniēte. Si uero āguſtia uētriculi meatus cauſa
exiſteret/ut cibi incōtriti lōgiori tempore retinerent nihil unꝗ ex his
deiceret ſed & hoc ipſum ꝙ potus ēt in uētriculo lōgū tēpus cōmora
tur ſufficiēs eſt ad remouendā illā quę habet de anguſtia meatus opi-
nionē debuit ſiqdē meatus totus humidis ſaltē eſſe peruius ēt ſi cibis

nō poſſet/vniuerſaliter.n. ſi uelox exitus ex eo pēderet ꝙ cib⁹ in chy-
lum cōuertatur/tūc ſorbitiones & lac/& Ptiſanæ ſuccus ſtatim oībus
exirent/verum res non ita ſe habet. Debilibus enim hæc plurimum
innatant/& permanētia faciunt fluctuationes præmūtqꝫ/atqꝫ aggra-
uant uentriculum ſuperiorem. Fortius uero non modo nihil horum
contingit ſed plurima/& panis/& carnis multitudo celeriter ſecedit.
Non modo autem ex eo ꝙ uentriculus circūtenditur/atqꝫ aggraua-
tur: aliudqꝫ ad alias partes cnm fluctuatione defluit longo tempore
cibos in ipſo morari in omnibus ita ſe habentibus quiſpiam coniectu-
raretur: verum etiam ex uomitibus. Quidam enim non poſt tres ho-
ras/uel quatuor/ſed medijs iam noctibus longo iam tempore inter-
ueniente poſt cibos aſſumptos quicquid aſſumpſerant exquiſite euo
muerunt/& quidem animal quod uis cibo implēs humido: quod nos
ſæpius in ſuibus tentauimus ex farina/& aqua/quandam ueluti potio
nem ipſis præbentes. Deinde poſt tres/aut quatuor horas diſſecan-
tes. Situ quoqꝫ feceris idem cibos aſſumptos adhuc in uentriculo in-
uenies terminus ſiquidē in ipſo more non eſt chyli factio quam poſſu
mus etiam cibis nondum aſſumptis præparare: verum ipſa coctio po
tius quæ eſt a chyli factione diuerſa/ſicuti ſanguinis factio/atqꝫ nutri
tio: quemadmodum enim oſtendimus fieri illa qualitatum tranſmu-
tatione eodem modo/& in uentriculo ciborum coctio ad conueniē-
tem ei quod nutritur qualitatem eſt trāſmutatio: & cum integra co-
ctio facta fuerit aperitur quidē eo tempore inferius os. Excidunt au-
tem per ipſum faciliter cibi ac ſi multitudo aliqua in ipſis/uel lapidū
uel oſſium/uel acinoꝝ/uel alicuius alterius quod nō haberet habilita
tem: ut chylus fiat contineretur. Et hoc tibi licet in animali contēpla-
ri ſi per coniecturā inueneris tempus huiuſcemodi exitus: & quidē ſi
etiam aliquādo contigerit in tali tēpore aberrare in quo nondū ali-
quid ad inferiora ex cibis cōcoctis in uētriculo pertrāſierit. Neqꝫ hoc
modo inutilis erit hæc ſectio. Videbis.n. in eius quod pauloāte dice-
bamus exquiſite clauſum ianitorē & totum uentriculū circūplecti ci-
bos nō diſſimili modo ab illo quo uteri fœtus circūplectūtur. Nūꝗ.n.
contingit inſpicere aliquod ſpaciū inane/ſiue in uentriculis/ſiue in
uentre/ſiue in ambabus ueſicis & illa quę receptaculū bilis nominat/
& in altera ſed ſiue parū aliquid in ipſis cōtineatur/ſiue plurimū ple-
ne atqꝫ replete ipſis cauitates apparēt cum iugiter tunicæ circūple-
ctātur ea quę in ipſis cōtinētur: ſi modo animal ſm naturā ſe habeat.
Eraſiſtratus autē neſcio quo pacto circūaſtrictionē uētris omniū cau-
ſam eſſe demōſtrat & ciboꝝ cōtritionis & ſuperfluitatū exitus per in
feriora & eoꝝ quę in chylū cōuerſa ſunt diſtributiōes. Equidē millies

ego in uiuente adhuc animali diuidens peritoneū inueni ſemp inte-
ſtina quidē omnia arcte circūplectētia ea quę intus continebātur: uē-
triculū autē nō ſimpliciter: ſed poſt cibū aſſumptū ſupra & infra ipſa
undequaq; exquiſite cōprehēdere immobilē exiſtentē adeo q̄ uide-
batur unitus & circū natus eſſe cibis aſſumptis: in quo tēpore etiā in-
ueni Ianitorē ſemp coniuētē & exqſite præcluſum eodē quo vuluaꝝ
os in pręgnātibus: vbi uero coctiones eſſent manifeſte Ianitor adap-
tus uidebatur: vētriculus autē circūapprehendēs mouebatur nō alio
modo q̄ fit in inteſtinis: omnia igitur inuicem cōcordāt & uentriculo
& vuluis. Et ueſicis ineſſe quaſdā potētias agnatas quę ſunt cōtentiuę
qualitatū ſibi conuenientiū. Expulſiuas autē earum quæ ſunt alienæ:
quot. n. ueſica quæ in epate ſita eſt trahat ad ſe bilem antea dictū eſt.
Quot uero etiam ſingulis diebus in uentrē excernat: hoc quoq; ſuffi-
cienter demonſtratū. Et quidem niſi uis expulſiua ſuccederet attra-
ctiuæ: & niſi media eſſet altera cōtentiua oporteret ſemper in ſectio-
nibus animaliū æqualē multitudinē bilis in ueſica reperiri. Non tamē
ſemp repitur: nā aliquādo maxie plena inuenit: aliquādo maxime ua
cua. Nōnunq̄ uero medias ſeruare differētias cōſpicitur: eodē modo
quo altera ueſica quę urinā ſuſcipit. Hanc quidē & ante ſectionē ſen-
ſimus niſi a multitudine prius aggrauetur vel acute mordeatur adhuc
urinā aggregare: quod indiciū eſt aliquā potentiā ei ineſſe cōtentiuā.
Eodē modo & uētriculus ab acutie demorſus ſæpius ante tēpus opor
tunū cibum excernit. Rurſus uero aliquādo multitudine aggrauatus
vel ābobus malis cōuenietibus male affectus ꝓfluijs capitur. Et quidē
uomitus ubi multitudine aggrauat̃ / uel qualitate ciboꝝ q in ipſo ſunt
ac ſupfluitatū cum nō poteſt tolerare: paſſio quędā eſt ſuperioris uen
triculi profluuijs proportionalis: quādo. n. in partibus ipſius uētriculi
inferioribus talis diſpoſitio facta fuerit ualētibus ptibus ſtomachi ad
profluuiū terminatur. Quādo uero in his quę ad os pertinēt alijs for-
tibus exiſtētibus ad uomitus terminatur. Licet autē & hoc manifeſte
intueri in his qui faſtidiū patiūtur: quādo. n. cogūtur comedere tunc
neq; poſſunt deglutire: neq; ſi cogātur cōtinere / ſed ſtatim coguntur
euomere: ſic & qcūq; alij cibū aliquē abhorrēt: ſi neceſſitas urgeat ali
quādo ut eum aſſumāt ſtatim euomūt / uel ſi cum uiolētia ipſum reti-
nent nauſea cōtinua laborāt & uētriculū ſupinū ſentiūt / & deponere
properāt id quod infeſtat: atq; hoc modo ex omnibus apparētibus id
quod ab initio dictū eſt indicatur. Hoc autē erat q̄ omnibus fere ani-
malis particulis deſideriū quoddā eſt cōuenietis qualitatis / & auerſio
quędā ueluti odiū alienę: ſed quādo deſiderāt rationabile eſt ut attra-
hant. Cum uero abhorrent ut excernāt. Et ex his ruſus attractiuam

ipſis ineſſe: quēadmodū & propulſiua verū ſi deſideriū quodā ineſt
etiā attractio ineſt & ſimul aliqua fruitio adeſt. Nullū enim entiū eſt
quod attrahat quicq̄ ꝓpter ipſum attrahere: Sed potius ut illo quod
attraxerit pfruat̃: ſed pfrui non pōt niſi retinuerit vnde & in hoc rur-
ſus retentiua: potentia neceſſariā habere generationē liquido demō-
ſtratur. Siquidem ſupior uentriculus cōuenientes appetit qualitates:
abhorret aūt alienas. Sed ſiqdē appetit / atq; pfruit̃ retinendo: & cir-
cūplectendo hēbit utiq; & aliquē finē talis pfruitionis: Deinceps aūt
iam tēpus erit ut uirtus expulſiua operet̃. At ſi continet / atq; pfruitur
utitur illo ad quod ꝓpria fertur natura: fertur aūt ad id quod ſibi cō-
ueniens ſ̄m qualitatē ac propriū exiſtit apprę hendendū. Quare ex ci
bis attrahit quicqd optimū eſt p modū uapoꝝ ac pedetētim: & hoc
idē ī ſuis tunicis reponit & apponit: vbi uero ſufficiēter impletus fue-
rit iā ueluti quoddā onus reliquum alimentū deponit: quod & ipſum iā
boni aliquid accepit ex ea quā habuit cū ueutriculo cōmunicatione:
Neq;. n. fieri poteſt / ut duo corpora quæ ad agendū & patiendū ido
nea ſunt quū in unū conuenerint / nō agant inuicē ac patiant̃: aut alte
rum quidē ipſoꝝ agat: alteꝝ uero patiatur. Nam ſi æqualē habuerint
ptātē ęqualr̃ agent / ac patient̃. Si uero alteꝝ multū excedat / ac ſupet
circa patiēs opabit̃. Itaq; faciet qdē aliqd magnū atq; ſenſibile. Ipſum
uero pauſillū quoddā neq; ſenſibile uel oīno nihilū patiet̃. Et qdē in
hoc maxie differt alimentū a medicina uenenata. Hęc. n. quæ ſunt in
corpore uincit: Illud uero uincit̃: nō igit̃ fieri pōt / ut qcq̄ ſit cōueniens
aīali alimētū & nō ſilr̃ ab his quæ ſunt ī aīali q̄litatib⁹ ſupet̃: hoc āt qđ
dicimus ſupari alterari ē: Sed qm̄ nōnullę qdē ptes potētijs ſunt robu
ſtiores: quędā uero debiliores / oēs qdē ꝓpriū ſibi alimētū ſupabūt nō
tn̄ ęque oēs: ſiqdē ſupior uētriculus ſupabit atq; alterabit alimētū: nō
tn̄ ęque atq; epar & uenę & arterię & cor. Quātū igit̃ eſt qđ alterat̃ / &
hoc inſpiciam⁹. Plus qdē q̄ qđ ī ore fit: minus uero q̄ ī epate ac uenis.
Hęc. n. alteratio ad ſubſtātiā ſāguīs ducit alimētū: in ore āt trāſmutat
qdē ipm̄ manifeſte in alterā ſpēm / nō tn̄ uſq; ad finē trāſformat qđ di-
ſcere poſſis ex cibis qui interuallis dentiū intercipiuntur / & tota iſtic
pmanent nocte. Neq;. n. panis exquiſite eſt qui panis erat: neq; caro
exquiſite quæ caro erat: verū tale qd olet quale & aīalis os: nā diſſo-
luta eſt / atq; cōtabuit. Et illas quæ ſunt in carne animalis hauſit qua-
litates: tibi uero inſpicere licet eius quæ fit in ore animalis circa cibos
alterationē / ſi frumenta cōmanducata furunculis crudis impoſueris /
ſtatim. n. uidebis ipſos tranſmutare / atq; cōcoquere / quod facere ne-
queūt. Si cū aqua cōmiſceantur / neq; hoc tibi ſit admirationi. Nā hęc
ipſa pituita quæ in ore eſt lychenas ſanat / & ſcorpiones: multaq; alia

animalia uenenata partim quidem ſtatim exanimat. Partim uero ſe-
quenti tempore. Omnibus igitur plurimum obeſt: verum cibi mandu
cati primum quidem hac pituita madefacti ſunt/atq; cõmixti: Deinde
toti oris ſuperficiei adheſerunt: unde maiorẽ tranſmutationẽ aſſum-
pſerunt his qui in uacuis dentium ſpacijs ſunt intercepti. Verũ quan-
tum plus his ſunt alterata quæ manducata tantum illis ea quæ deuo-
ratam. Neq; enim uidebitur utiq; cõparabilis exceſſus ſi / & eam quæ
eſt in uentriculo ſuperiore pituitam & bilem ſpiritũq; atq; calorem:
& totam ipſius uentriculi ſubſtantiam conſideraueris. Quot ſi ſimul
etiam animo concipiamus ea quæ ipſi ueluti cuidã magno lebeti ui-
ſcera ſunt adiacẽtia inſtar focorum quorundã a dextris quidem epar
a ſiniſtris uero ſplen. Cor autẽ a parte ſuperiori atq; cum ipſo ſeptũ
quod ſemper ipſum attollit & mouet: ac præter hęc omnia omentũ
quod tegit immenſam quandã fieri in uentriculo ciborum aſſumpto-
rum alterationẽ opinaberis. Quomodo autem poſſint facile in ſangui
nem conuerti niſi hæc tranſmutatio præparans anteceſſerit. Oſten-
ſum ſiquidem & prius eſt ꝙ nihil ſubito in contrariam uertitur quali-
tatem. Quomodo igitur panis fit ſanguis: quomodo autem & beta/
& faba / uel alioꝝ aliud quicq̃ niſi prius alteram ſuſceperit alteratio-
nem? Quomodo autem ſtercus in ſubtilibus inteſtinis ſubito fient?
Quid. n. in iſtis fortius exiſtit ad alterationem q̃ ea quæ in uentriculo
ſunt? Nũquid tunicaꝝ multitudo/uel vicinoꝝ uiſcerum iuxta poſitio
uel more tẽpus/uel natiua quędã in inteſtinis caliditas: atqui in nullo
iſtoꝝ inteſtina uentriculũ ſuperãt. Cur igitur in uẽtriculo quidẽ tota
nocte panẽ ſępe remanentẽ adhuc panẽ ſeruari uolũt priores ſeruan
tem qualitates: ubi uero ſemel inciderit inteſtina ſtatim fieri ſtercus.
Si. n. tãtũ tẽpus nequit alterare neq; breue ſufficiẽs erit: ꝙ ſi iſtud ſuffi
ciens quomodo lõgius non multo magis: an alteratur quidẽ in uẽtri-
culo alimentũ: verũ alterã recipit alterationẽ/& non illã quę ex natu
ra eſt/uel ex trãſmutãte inſtrumẽto an hanc quidẽ recipit: non tamẽ
animalis corpori cõuenientẽ. Hoc quidem adhuc eſt impoſſibilius: ſi-
quidẽ coctio nihil aliud eſt niſi alteratio ad cõuenientẽ animali quod
alitur qualitatẽ. Si igitur coctio hoc eſt & alimentũ oſtẽſum eſt in uen
triculo cõuenientẽ ſuſcipere animali quod ab eo ali debet qualitatẽ.
Oſtẽſum eſt etiã cõcoq iu uẽtriculo alimẽtũ & ſane ridiculus eſt Aſcle
piades q neq; in ructibus inqt apparere vnq̃ coctoꝝ ciboꝝ qualitatẽ
neq; i uomitib⁹ neq; in ſectionib⁹. Hoc. n. olere. ſ. ipſos uẽtriculi corp⁹
nihil aliud eſt niſi eẽ cõcoctos. Ille uero uſq; adeo deſipit: ꝙ cũ audie-
rit ãtiquos dicẽtes fieri in uẽtriculo ciboꝝ ad optimũ trãſmutationẽ
putat inquirẽdũ nõ qđ ſm potẽtiã ſed potius qđ ſm guſtũ optimũ ſit

tanq̃ pomo pomoſiore. Sic enim cum ipſo loqui oportet in uentricu-
lo facto/uel melle mellitiori. Multo autem ſtultior / ac ridiculoſior eſt
Eraſiſtratus / uel non intelligens quomodo ab antiquis dictum ſit ſi-
milem eſſe elixationi coctionem/uel ipſe erga ſe ipſum ſponte captio
ſus. Ait enim non eſſe aſſimilandam elixationi coctionem/cum adeo
leui caliditate fouetur quaſi oporteat uentriculo ætnam ſupponere/
aut non poſſit aliter cibos alterare / uel poſſit quidem alterare / ſed
non ſecũdũ calorem natiuum humidum. ſ. exiſtentẽ qui propter hoc
nõ aſſare/ſed elixare dicitur. Oportuit autẽ ipſum ſi uolebat quidem
de rebus ipſis contradicere tentare quidem maxime/ ac primũ oſten
dere ꝙ neq; ab initio uentriculus facit aliquam mutationem/ neq; ab
ipſo cibi alterãtur. Secundo autem loco ſi hoc probare non poterat
ꝙ ipſorum alteratio animali inutilis eſt ꝙ ſi neq; hoc infringere pote-
rat illam quę habetur de effectiuis qualitatibus opinionẽ redarguere
atq; oſtẽdere eas quę ſunt membroꝝ operationes non propter factã
ex calido/& frigido / & ſicco atq; humido temperaturã / ſed propter
aliud quidpiam exiſtere / uel ſi neq; hoc cauillari audebat ſaltem ꝙ
neq; calor in his quę a natura gubernantur maiorem habeat alijs qua
litatibus efficaciam/& ſi neq; hoc neq; aliud quidpiam ex prius dictis
poterat demonſtrare non debuit fruſtra de nominibus altercando
garrire / ac ſi non clare Ariſtoteles: tum multis alijs in locis: tum in
quarto uolumine libri / qui de meteorologica inſcribitur pronuncia-
uerit quomodo coctio ſimilis ſit elixationi / & ꝙ neq; primum neq;
proprie facta ſit nuncupatio. Verum ſicuti iam ſæpius diximus ho-
rum omnium eſt unum principium de calido frigido/ſicco atq; humi-
do conſiderare: quemadmodum Ariſtoteles in ſecundo de genera-
tione & corruptione demõſtrans omnes quæ fiunt in corporibus trã-
ſmutationes/atq; alterationes ab his qualitatibus fieri. Verum Eraſi-
ſtratus neq; his/neq; alicui alteri ex his quæ antea memorauimus cõ-
tradicens ad nomen tantum ſe tranſtulit elixationis. In coctione igi-
tur & ſi omnia alia prætermiſit / ſaltem hoc eſt conatus oſtendere ꝙ
ea quæ fit in animalibus coctio differat ab elixatione. Quomodo au-
tem cibus deglutiatur/neq; eatenus dixit: quid enim inquit. Attra-
ctio quidem igitur uentriculi nulla apparet eſſe: atqui habet idem uẽ
triculus duas tunicas habet omnino ad hunc finem factas hęq; ambe
pertendunt uſq; ad os. Altera quidem interior talis uſq; permanens
qualis in ipſo uentriculo. Altera uero in ea parte quæ ſtomachus no-
minatur carnoſior efficitur. Quod igitur contrarias inuicem habeant
filorum ſiue fibrarũ adiectiones tunicę iſte ſenſus ipſe manifeſtat. Ob
quem uero finem tales factæ ſint Eraſiſtratus/ neq; tentauit dicere.

Nos uero iam dicemus: interior quidem recta fila habet: a natura.n.
propter attractionem facta eſt. Exterior uero tranſuerſa ut ſecundũ
circulum circũplectatur cuiuſcunq; enim organi quod mouetur cor-
pori ſecundum filorum ſitus motus inſunt. In ipſis primum muſculis
ſi libet ſermonẽ examina in quibus manifeſta fila ſunt/ & motus pro-
pter uehementiam oculis ſubijciuntur. Poſt muſculos autem ad or-
gana naturalia procede/ & omnia intueberis ſecundum fila moueri:
atq; ob hanc cauſam ſingulis inteſtinis in altera tunica fila ſunt rotũ-
da. Solum enim circũplectuntur/nihil autem attrahunt: uentriculus
fila quidem recta habet ad attrahendum. Tranſuerſa uero ad circũ-
plectendum: ſicuti enim in muſculis cum ſingula fila extenduntur/
& ad principium trahuntur: motus fiunt eadem ratione & in uentri-
culo. Tranſuerſis igitur filis extentis minorẽ fieri eſt neceſſariũ eius
quæ ab ipſis comprehenditur cauitatis latitudinem: rectis autem filis
attractis & in ſe ipſa coactis fieri non poteſt quin longitudo contra-
hatur: atqui manifeſte apparet/ cum aliquid deglutitur contrahi/ &
tantum guttur exurgere quantum contrahitur ſtomachus/ atq; ubi
iam actu completo deglutionis ſtomachus a tentione ceſſauerit ma-
nifeſte depræhenditur guttur fieri deorſum. Interior enim uentriculi
tunica quæ fila recta habet & interiori ſtomachi parti ſubtenditur & 
oris ſimul interioribus etiam gutturis ſubtẽditur partibus. Quare non
contingit ut cum ipſa a uentriculo contrahitur: non etiam ſimul gut-
tur attrahatur. Quot autem fila obrotunda quibus utuntur ad circũ-
plectendum tum aliæ partes: tum etiam uentriculus non contrahant
longitudinem: ſed comprimant/ & anguſtent latitudinem/ uel ab
ipſius Eraſiſtrati confeſſione licet accipere. Inquit enim uentriculum
toto tempore quo conquoquit cibnm illum circũplecti: uerum ſi cir-
cũplectitur quidem nihil autem de lõgitudine uentriculi aufertur nõ
eſt motus circũplectentis proprium trahere ſtomachum ad inferiora.
Quod enim & ipſe Eraſiſtratus inquit hoc tantum ipſi accidit ꝙ cum
aliæ partes comprimentur inferiores attollentur. Quot autem hoc
etiam euenire uideatur/ ſi aquam in mortuum ſtomachum infunderis
nullus ignorat. Eſt.n. accidens ad eas conſequens quæ per os anguſtũ
feruntur materias. Mirum.n. ſi pertrãſeunte ipſum humore aliquo nõ
Peſſima attollatur. Quare ubi partes ſuperiores cõprimũtur inferiores attolli
commune etiam eſt mortuis corporibus per quę aliquid permeat atq;
uiuentibus ſiue ea quæ permeant circũplectantur/ ſiue attrahant: at
longitudinẽ contrahi proprium eſt habentium fila inſtrumentoꝝ re-
cta ut aliquid attrahant. Oſtenſum autem eſt ſtomachũ attrahi. Neq;
enim guttur attraheret. Quare liquet uentriculum cibos per ſtoma-

chum attrahere. Motus quoq; eorum quę in uomitu uſq; ad os efferũ-
tur: omnino quidem & ipſe eas ſtomachi partes quæ ab his quæ ſupe-
rius feruntur diſtenduntur diſtantes habet ex anterioribus autẽ quã-
cunq; ſemp appręhẽderit hęc incipiẽs attollitur. Eam aũt quę retro eſt
compreſſam v3 derelinquit. Quare omnino ſimilis eſt hæc diſpoſitio
ſtomachi quantum ad hoc attinet: alteri in qua cibus deglutitur: ve-
rum cum non adſit attractio tota in talibus caſibus longitudo ſerua-
tur ęqualis. Ideo facilius eſt deglutire q̃ uomere: quoniã deglutio qui-
dem fit ambabus uentriculi tunicis operãtibus interiore quidẽ attra-
hente. Exteriore uero ſe cõprimente/ & compellente: vomitus autẽ
altera tantũ extrinſeca.ſ. operante perficitur nullo ad os attrahente.
Neq;.n. ſicuti appetitus uentriculi ciborũ antecedit aſſumptionem.
Eodẽ modo & in uomitibus aliquæ oris partes ſunt quę paſſionẽ ad-
uenientem cõcupiſcant: verum ambę ſunt ipſius uentriculi cõtrariæ
diſpoſitiones appetentis.ſ. atq; acceptãtis utilia & ſibi conuenientia.
Abominãtis autem atq; expellẽtis aliena. Quare deglutitio quidẽ in
his qui ſufficiẽter appetunt cibos uẽtriculo conuenientes citiſſime fit
illo manifeſte attrahente/ ac rapiẽte anteq̃ dentibus cõterantur: ve-
rum his qui medicinã aliquam deglutire cogunt/ uel qui cibum loco
medicinę aſſumunt moleſta eſt/ ac difficulter eorum deglutitio perfi-
citur. Quare manifeſtum eſt ꝙ interior uentriculi tunica/ quæ recta
fila habet ad attrahendum ex ore cibum facta eſt/ atq; omnino in ſo-
lis deglutitionibus operatur: exterior uero tunica quæ fila habet trã-
ſuerſa ad hũc finem talis conſtituta ut quę intra ipſam ſunt circumple-
ctatur/ atq; propellat. Sed ĩ uomitibus nihilominus q̃ in deglutitioni-
bus operatur. Quod autem dicimus manifeſtiſſimo probatur argu-
mento piſcium quorundã qui Hiatule & Dentices appellantur græ-
ci chanas & Synoduntas uocant: nominãtur. Horũ enim uentriculus
aliquando in ore reperitur: quemadmodum & Ariſtoteles in hiſto-
rijs de animalibus ſcripſit/ & cauſam adiungit inquiens hoc ipſis ex
guloſitate contingere. Res enim ita ſe habet in uehementiſſimis ap-
petitibus cunctis animalibus uentriculus ad ſuperiora procurrit/ un-
de nonnulli hunc affectum manifeſte ſententes ſibi extra repere
uentriculum aiunt. Quibuſdam autem adhuc commanducantibus
cum non dum ſufficienter in ore cibi ſunt elaborati inuitis ipſis ma-
nifeſte diripiuntur. In quibus igitur animalibus natura guloſis exi-
ſtentibus os abundanter laxum eſt/ & uentriculi ſitus uicinus/ ſicuti
in Hyatula & Dentice nihil mirum quando ualde eſurientia paruum
aliquod animal perſequntur. Si ubi iam prope ſunt/ ut appræhendãt
recurrit ad os properante cupiditate uentriculus: hoc autem fieri

aliter eſt impoſſibile niſi uentriculo / ueluti manu quadam ſtomacho
cibos ad ſe ipſum attrahente ueluti & nos præ nimia cupiditate ali-
quando ſimul cum manu totum corpus protendimus: ut celerius ap-
poſitum corpus arripiamus: ſic & uentriculus una cum ſtomacho ue-
luti manu quadam protenditur. Quare in quibus animalibus tria hęc
in unum conueniunt / & uehemẽs alimenti deſiderium / & ſtomachus
paruus / ac laxitas oris abundans in his paruum momẽtum extentio-
nis uentriculum effert ad os. Forte igitur homini rerum naturalium
contemplationis ſtudioſo de ſolo inſtrumẽtorum ſtructura indicium
operationis accipere ſufficiebat. Neqꝫ enim fruſtra natura ex dua-
bus tunicis contrario modo ſe habentibus cibi meatum fabricaſſet /
niſi utraqꝫ ipſarum differẽter operari debuiſſet. Sed quoniam omnia
magis ꝗ naturæ opera noſcere Eraſiſtrati ſectatores ſunt ſufficiẽtes.
Age iam ex uiuentium ſectione ipſis oſtendamus / quo modo utraqꝫ
tunica eam quam diximus perficit operationem. Si animal viuum ac
cipias: Deinde nudatis corporibus ſtomacho adiacentibus ſine ulla
neruorum / aut arteriarum / aut uenarum / quæ ibi ſitæ ſunt ſectione
uelis a gula incipiens rectis ſectionibus tunicam diuidere exteriorem
quæ fila habet trãſuerſa: Deinde animali cibum afferre uidebis ipſum
deglutire ꝗuis circũplectendi cibum operatio interierit. Si autẽ rur-
ſus in altero animali tunicam ſecueris interiorem ſectione tranſuerſa
uidebis & iſtud deglutire non tamen tunica interiore operante. Vn-
de liquet ꝙ per alteram ipſarum tantũmodo poſſibilis eſt deglutitio:
verum deterius ꝗ per utranqꝫ: nam præter alia quæ inſunt in dicta ſe-
ctione hoc unum eſt ꝙ in deglutiendo ſtomachus ſpiritu repletur qui
una cum cibis deglutitur qui exteriore quidem tunica ſe comprimẽte
faciliter una cum cibis in uentriculum impellitur. Sed cum ſola inte-
rior operatur impedimento eſt motui ciboꝝ ad inferiora dum ipſam
extendit atqꝫ officit operationi. Sed neqꝫ horum aliquid dixit Eraſi-
ſtratus: neqꝫ ꝙ obliquus ſtomachi ſitus manifeſte redarguit dogma opi
nantium a ſola quæ deſuper fit proiectione cibos directos uſqꝫ ad vẽ
triculum quum deglutiuntur accedere. Hoc unum bene dixit ꝙ mul-
ta animalia quę longũ collum habent eo incuruato deglutiant: quod
videlicet ſenſui manifeſtum non quomodo deglutimus oſtendit: ſed
quomodo non deglutimus. Quod enim nõ per ſolam deſuper proie-
ctionem ex hoc fit manifeſtum non tamen ſine uẽtriculo cibos attra-
hente ſiue ipſos ſtomacho perducẽte iam clarum fit: verum cum nos
rationes omnes quæ ex ſtructura inſtrumentorum habentur dixeri-
mus ac prætera ex alijs accidentibus quę & anteꝗ ſtomachus uide-
tur & quõ nudatus eſt: quẽadmodum antea diximus accipiũtur ſuffi-
cienter

Optime hoc
egregie
Leonicene
& multo rectius
quam li-
nare que
faceret Th
tium

dentet oſtẽdiſſemus ꝙ vꝫ interior tunica facta ſit ad attrahendum
exterior uero ad expellendũ. Propoſueramus quidem uirtutẽ reten-
tiuam in unoquoqꝫ eſſe inſtrumento demõſtrare / ſicuti in priore ſer-
mone & attractiuam & alteratiuam: uerum a ſermonis conſecutione
ducti quatuor eſſe in uentriculo potentias demonſtrauimus. Attra-
ctiuam quidem in deglutiẽdo. Retentiuã in cõcoquẽdo. Expulſiuam
uero in euomendo & cibos concoctos ad tenue inteſtinum tranſmit
tendo: ipſam uero coctionem quãdã eſſe alterationem. Quare neqꝫ
amplius de ſplene dubitabimꝰ ſi attrahit quod ſibi cõuenit. Excernit
autẽ alienũ alterat aũt & retinet quęcunqꝫ ad ſe trahere natura apta
eſt. Neqꝫ ſimiliter de epate / uel uena / uel arteria / uel corde / uel ali-
qua alia corporis parte ambigemus. Neceſſarie ſiquidẽ ſunt demon-
ſtrate quatuor iſte uirtutes unicuiqꝫ mẽbro quod nutriri debet ineſſe.
ac propterea has diximus eſſe nutritionis miniſtras. Scuti. n. hominũ
excrementũ ſuauiſſimũ canibus eſt. Sic & epatis ſuperfluitatum. Al-
tera quidẽ ſpleni. Altera uero ueſicę bilis receptaculo. Alia uero re-
nibus eſt familiaris. Neqꝫ meum nunc propoſitũ eſt de eorũ genera-
tione aliquid dicere poſt Hippocratem / Platonẽ / Ariſtotelem / Dio-
clem / Praxagorã / Philotimũqꝫ. Neqꝫ enim de ipſis potentijs aliquid
dixiſſemus: ſi qui nos anteceſſerũt / exquiſitum atqꝫ elaboratũ de ip-
ſis ſermonem habuiſſent. Sed qm̃ antiqui qui recte de ipſis ſcripſerũt
non multum in hac aſſertione laborarunt cũ neqꝫ aliquos adeo impu
dentes ſophiſtas qui manifeſte apparentibus cõtradicere auderẽt fo
re ſuſpicarentur iuniores autem partim quidẽ ab eiuſmodi ſophiſma
tibus uicti manus dederũt: partim uero cõtradicere aggreſſi plurimũ
uiſi ſunt ab antiquoꝝ facultate deficere ꝓpterea quẽadmodũ ſi nunc
aliquis ex illis ipſi ſupeſſet ut equidẽ opinor contra pulcherrimi in ar
te dogmatis euerſores dimicaret. Eadẽ & ipſe ratione ſermões iſtos
tentaui cõponere. Neqꝫ me latet ꝙ uel nihil uel minimũ aliquid effi-
ciam. Multa. n. reperio ab antiquis perfecte demonſtrata quæ tamen
multi ætate noſtra propter imperitiã nõ intelligunt. Sed neqꝫ intelli-
gere ſatagũt propter inertia. Neqꝫ etiam ſi cuiꝗ cognita ſunt iuſtam
examinationẽ habuerũt. Oportet. n. quicũqꝫ melius alijs quicꝗ ſit in-
tellecturus / ſtatim & natura & ſuæ doctrinæ rudimentis multũ alios
excedere: ubi uero ad adoleſcẽtiã peruenerit ueluti curioſo quodam
veritatis amore rapi: ac ſi numine aliquo foret afflatus & neqꝫ diem
neqꝫ noctem intermittere properãdo ac ſumma intẽtione diſciplinã
earũ rerũ appetẽdo / quę ſunt ab illuſtribus auctoribus ueteribus tra-
ditæ / ubi uero illas prodidicerit tũc iudiciũ adhibere atqꝫ examẽ diu-
turnũ & quę nã ſibi inuicẽ conſentiant / quęue diſcordent diligentius

conſiderare. Atq; ita hæc quidem eligere. Illa uero repudiare. Si quis
vero tali natura prȩditus fuerit huic ſpero meos ſermones non parũ
conducturos / uerũ hi omnino pauciſſimi erũt cæteris uero mea ſcri-
pta erũt ſuperuacua ueluti ſi quis narret aſino fabellã. Cõcludendus
igitur iã eſt ſermo noſter ob illos qui cupiũt ueritatẽ & quæ dicenda
ſuperſunt adiũgenda. Quẽadmodũ.n. uentriculus quidem manifeſte
trahit/atq; arripit cibos in his qui uehæmẽter fameſcũt anteq̃ in ore
exquiſite cõterãtur abhorret ãt atq; repudiat infaſtidiẽtibus & illis q
coacti comedũt. Sic & unũquodq; aliorũ inſtrumẽtoꝝ ambas habet
potentias alterã quidẽ propriorũ attractiuã. Alteram uero alienorũ
expulſiuã. Atq; ideo ſi inſtrumẽtũ aliquod ex una tunica fuerit con-
ſtitutũ ſicuti utraq; ueſica & vuluæ/& uenæ duorum generũ fila in ſe
habet recta.ſ. atq; trãſuerſa & quidẽ tertiũ aliud filorũ obliquoꝝ ge-
nus eſt quod longe euariat multitudine a duobus antedictis. Inuenit
aũt hoc tertiũ genus in his que ex duabus tunicis conſiſtũt inſtrumẽ
tis. Nã in altera tantũ una cũ rectis filis cõmiſcetur. At in alijs quæ ex
unica tunica cõſtant duobus alijs filorũ generibus intermiſcet adiu-
uant aũt huius figuræ fila aliqua v3 non parũ eius uirtutis quȩ reten-
tiua nominatur operationẽ. Oportet enim ut in hoc tẽpore omnino
aſtringantur & circa illa quæ inſunt extendant: uentriculus quidẽ in
tẽpore coctionis: vuluæ uero in toto tẽpore cõceptionis. Propterea
igitur uenæ tunica cũ una ſit ex multis filis facta eſt & ex duabus arte
riȩ tunicis extrinſeca quidẽ conſtat ex rotũdis. Interior uero plurimũ
ex rectis: ex qbuſdã uero paucis obliquis intermixtis / unde uenȩ ſm
filorũ compoſitionẽ vuluis atq; ueſicis aſſimilant q̃q̃ craſſitudine ſu-
perentur. Arteriȩ uero uentriculo. Sola aũt ex omnibus inſtrumentis
inteſtina ex duabus ſimul tunicis cõſtituũtur/ & ambabus fila trãſuer
ſa cõtinẽtibus q; aũt melius fuerit ſingulis alijs & talia eſſe ſm naturã
qualia ẽt nũc ſunt/ & inteſtinis ex duabus cõſtare tunicis eius eſt tra-
ctationis quæ de utilitate partiũ inſcribit cõſiderare. Quare nõ opor
tet huiuſmodi ſermones in prȩſentia audire expectare ſicuti neq; p-
pter q̃ cauſam de multitudine tunicarũ ex qbus ſingula inſtrumenta
cõponũtur/uiri illi q de ſectionibus ſcripſerũt inuicẽ diſcordarint nã
& de his quoq; in libris de ſectiõis diſcordia ſufficiẽter dictũ eſt. Cur
aũt unũ quodq; inſtrumẽtũ tale factũ ſit in libris de utilitate partium
explanabit. Nunc uero de neutro iſtorũ dicere inſtituimus. Sed ſolas
potẽtias naturales quatuor ineſſe unicuiq; inſtrumẽto demonſtrare.
Ad hoc igitur reuertentes & ea quȩ antea diximus rememoremur &
iam toto ſermoni ſummam imponamus illud quod deficit adijciẽtes.
Quoniã enim vnamquanq; animalis particulã cõueniens ſibi ipſi ſm

qualitatem humorẽ attrahere eſt demõſtratũ & prima fere hæc eſt
naturaliũ potentiarũ. Illud deinceps eſt intelligendũ q; nõ prius ex-
cernit id quod attraxit: uel uniuerſum/uel aliquã eius ſuperfluitatem
q̃ in contrariã mutetur diſpoſitionem uel ipſum inſtrumentũ/uel plu
tima eorũ quæ in ipſo continẽtur uentriculus igitur cũ cibis ſufficien
ter fuerit impletus & quod optimũ ex ipſis eſt in ſuas tunicas exugẽ-
do impoſuerit tunc reliqũ quod ſupereſt ueluti quoddã pondus alie-
num excernit. Veſicæ autem quando ſingulum quod attraxerint/uel
multitudine extendens uel qualitate mordens moleſtũ eſſe cœperit
eodem autem modo & vuluæ. Nam & hȩ quoq; cum ferre non poſ-
ſunt dum nimium extenduntur id quod infeſtat deponere properãt
uel mordente qualitate eorum qui in ipſas effundũtur humorũ ſtimu
latæ hoc agunt. Horum autem quȩ diximus utrũq; fit quidem aliquã-
do uiolenter/ & tunc abortiunt fit autem & magna ex parte ſm mo-
dum naturȩ conuenientem quod non abortiri ſed edere in lucem &
parere dicitur. Ex medicinis igitur aborſum facientibus uel quibuſdã
alijs paſſionibus que fœtum interimunt/uel aliquã ex eius tunicis diſ-
rumpunt fiunt aborſus. Sic autem & vuluæ cum ex nimia diſtentio-
ne male ſe habuerint. Ad fœtum autem motus uehementiores natu-
rales partus conſeqũtur quod etiam recte ab Hippocrate dicitur cõ-
munis autem omnibus iſtis diſpoſitionibus dolor exiſtit/& huius cau
ſa triplex eſt uel tumor ſuperfluus / uel grauitas uel morſus. Tumor
quidem quando non amplius ferre poſſunt extentionem: grauitas
autem quũ id quod continetur ipſarũ robur exuperat. Morſus uero
quando ubi prius hæ quæ in membranis cõtinebant humiditates illis
diſruptis in vuluas ipſas effundunt. Aut ipſe fœtus corruptus fuerit.
Nam putrefactus/atq; in quoſdam noxios liquores diſſolutus vulua-
rum tunicã ſic mordet/ac ſtimulat. In omnib[9] igitur inſtrumẽtis ſingu
la naturæ opera eandem ſeruãt proportionem & quidem paſſiones/
atq; ægritudines fieri uidentur. Nonnullȩ qdẽ adeo manifeſte ut nul
la egeãt demõſtratione. Nõnullæ uero minus manifeſtȩ non tamen
omnino ab his qui mentẽ adhibere uelint ignoratȩ: uentriculi autem
morſus ideo ſũt euidẽtes quoniã plurim[9] huic ſenſus ineſt. Aliȩ quoq;
paſſiones & quȩ nauſeã faciũt/ & q cordis morſus nominãtur uirtutẽ
excretiuã atq; alienorũ expulſiuam manifeſtiſſime oſtẽdunt. Sic & in
vuluis & ueſica illa quȩ urinæ eſt ſuſceptaculũ. Manifeſte.n. & ipſa ui-
det eouſq; urinã ſuſcipere atq; colligere donec ab eius multitudine
tantum extendit q; præ dolore perferre non poteſt quod etiam ei ac
cidit quum ab aliqua qualitate moleſtatur. Siquidẽ unaquȩq; ſupflui-
tas quũ diutius in corpore commoratur putrefit: alia quidem minoris

Alia uero tempore longiori : atq; hoc modo mordax acuta & infeſta
continentibus redditur. Non tamen eodē modo & in ueſica quę epa
ti adiacet res ſe habet : unde manifeſtum fit: ꝙ neruos minime parti⸗
cipat : verum & in hoc quoq; oportet hominem rerum naturalium
ſtudioſum id quod proportionale eſt adinuenire. Nam ſi ipſam pro⸗
prium ad ſe trahere humorem eſt demonſtratum: ita ꝙ ſæpius plena
apparet : non longo poſt tempore eundem excernere eſt neceſſa⸗
rium: uel.ſ. multitudine aggrauante / uel qualitate ad mordacitatem/
& acritudinē tranſmutata: unde excernēdi naſcitur appetitus. Neq;
enim cibi quidem priſtinam permutant qualitatē ita celeriter ut cum
in tenuia inciderint inteſtina ſtercus fiant. Bilis autē nō multo magis
uel vrina quando extra uenas ceciderint ſuam permutāt qualitatem
celerrime alteratæ/ac putrefactæ: & quidem ſi in uuluis / atq; uentri⸗
culo: & inteſtinis: & adhuc in ueſica quę urinarum eſt ſuſceptaculum
manifeſte uidentur: diſtentio quędam & grauitas vnumquodq; exci⸗
tans inſtrumentum ad expulſionem nihil difficile. Hoc idem in ue⸗
ſica bilis receptaculo conſiderare: atq; in omnibus alijs pariter inſtru
mentis ex quorum numero uidelicet arteriæ exiſtunt/ & uenæ : neq;
etiam ꝙ per eundem meatum attractio ſimul fiat : & expulſio in ua⸗
rijs temporibus difficile admodum eſt reperire. Siquidem & uentri⸗
culi meatus ſuperior nō ſolum cibos & potus ad ipſum perducit: ſed
etiam in uomitibus contrarium miniſterium manifeſte uidetur exhi⸗
bere: ſic & ueſicæ/epati adiacentis collum cum unum ſit ſimul ueſicā
per ſe ipſum complet/& euacuat. Eodem modo & uuluarum ſtoma⸗
chus idem eſt & ſeminis introeūtis/& fœtus meatus: ſed & hic rurſus
uirtus expulſiua euidens eſt: non tamē æque attractiua multis eſt ma
nifeſta. Verum Hippocrates dum uuluæ imbecillis collum damnat:
non enim inquit poteſt eius ſtomachus intro ſemen attrahere. Eraſi⸗
ſtratus autem/atq; Aſclepiades ad tantam ueniunt ſapientiam ꝙ nō
ſolum uentriculū & uuluas tali uirtute defraudāt: ſed & eam quę ad⸗
iacet epati ueſicam atq; una renes. Atqui neq; alteram cauſam poſſi⸗
bile eſt afferre: quomodo uel urina/uel bilis ſecernatur: quēadmodū
in primo libro demonſtrauimus. Et uuluam igitur atq; uētriculum ac
ueſicam epati adiacētem cum per unum/ atq; eundē meatum qui ſto
machus nominatur : & attractionē & expulſionem facere inueneri⸗
mus non amplius admiremur. Si etiam per uenas natura ſæpe in uen
triculum excernit ſuperfluitates : ſed magis etiā de hoc non oportet
admirari ſi per quas uenas ex uentriculo ad epar attractio facta eſt:
rurſus ad ipſum ab epate in diuturnis inedijs aliquod alimētū attrahi
poteſt. Par ſiquidē eſt iſtis non credere: ſicuti etiā non putare ꝙ me⸗

dicinæ expurgātes ex toto corpore per eadem ora proprios humo⸗
res attrahant per quę prius facta fuit alimēti diſtributio. Sed alia qui
dem diſtributionis: alia uero expurgationis ora ꝑquirere uerū ſi unū
& idem os diuerſis potētijs quæ ad contraria trahunt in differētibus
temporibus ſubminiſtrant prius quidem illi potētiæ quę in epate exi
ſtit in tempore aūt purgationis potentiæ medicinæ quid mirū fuerit
ſi ēt venę quę inter epar atq; uentriculū ſunt collocatę duplicē uſum
habeant & miniſteriū adeo ut cum in his fuerit alimenti abundantia
per eas quas diximus uenas feratur ad epar/ubi uero uacuitas fuerit
& alimēti penuria per eaſdem rurſus ex epate trahatur. Quod libet
enim ex quodlibet uidet̄ trahere & tradere uncuiq; atq; omniū unū
eſſe cōfluxum & conſpirationem: quēadmodum diuiniſſimus in quit
Hippocrates. Attrahit igitur quod fortius eſt Quod autem imbecil⸗
lius euacuatur. At fortius aut imbecillius alterum altero membrū fit/
uel ſimpliciter quod natura atq; cōmuniter omnibus ineſt/uel pecu⸗
liariter huic alicui: & natura quidem atq; cōmuniter omnibus homi⸗
nibus ſimul atq; animalibus cor q̄dē epate. Epar uero inteſtinis / atq;
uentriculo: arterię aūt uenis attrahunt etiā quod utile eſt ad ſe ipſas:
& quod tale nō exiſtit excernūt utpote robuſtiores: in unoquoq; aūt
noſtrum peculiariter in hoc quidem tempore epar fortius eſt ad at⸗
trahendum in alio uero uentriculus: nā cū plurimū in uentriculo ali⸗
mentum continetur multū uero appetit epar & indiget omnino for
tior attractio a uiſcere fit contra vbi epar plenū eſt atq; diſtentū: vē
triculus aūt appetit & vacuus eſt uis attractionis ad ipſum tranſfer⸗
tur: ſicuti.n. inter manus cibos habentes inuicē diripimus & ſi quidē
ſimiliter indigentes fuerimus illum qui fuerit robuſtior ueriſimile eſt
fore ſuperiorē. Si uero plenus atq; ob id negligenter retinens ſuper⸗
uacua/uel alteri tradere cōcupiſcens. Qui uero fuerit imbecillior plu
rimum appetat nihil obſtat quin iſte recipiat: ſic & uentriculus facile
rapit ab epate quādo ipſe quidē ſufficienter appetit alimentū cuius
fuerit in uiſcere abundantia & hæc cauſa eſt ob quā ſæpe animal non
fameſcit copia ſcilicet eius quod eſt in epate alimenti: nam vbi ven⸗
triculus meliorem/ac promptiorem eſcam habuerit: nihil indiget ex⸗
terioribus. Si quando autem alimento quidem eguerit hoc uero de⸗
fuerit tunc ſuperfluitatibus adimpletur. Sunt autem hæ quidam hu⸗
mores praui bilioſiores pituitoſiores & ſeroſiores quos ſolos epar a
ſe attrahi permittit cum ſcilicet & ipſum alimēti inopia laborauerit:
quemadmodū igitur ſæpe corporis partes inuicem attrahunt alimē⸗
tum. Sic & inuicem reponunt ſuperfluitates & ſicuti in attrahendo

ſuperior exiſtit quæ fortior ita & in reponendo ad alteram atq; hæc
eſt earum quæ fluctiones nominantur. Occaſio ſiquidem partes ſin⸗
gulæ natiuum aliquod robur habent quo ſuperfluum a ſe repellunt.
Quando igitur ex ipſis aliqua ob quamuis diſpoſitionem facta fuerit
imbecillior ex omnibus alijs ad ipſam confluere ſuperfluitates eſt
neceſſarium. Nã quæ fortior eſt reponit ad uicinores atq; harum una
quæq; ad alias quoſdam imbecilliores deinde rurſus harum unaquæq;
ad alias & hoc tam diu fit donec ex omnibus pulſa ſuperfluitas in ali
quam unam imbecilliorem partem decubuerit: hinc enim nõ poteſt
amplius defluere quum nulla ex his quæ fortiores ſunt poſſit ab imbe
cilliori recipere neq; illa quæ patitur a ſe ipſa repellere. Sed de paſ⸗
ſionum quidem generatione atq; curatione ſatis a nobis oſtenſum
eſt alibi ex quibus argumentum ſumere licet eorum quæ recte a no⸗
bis in hoc ſermone ſunt demonſtrata. Quæ uero in præſentia oſten⸗
dere propoſuimus rurſus repetamus ꝙ nihil mirũ ſit venire aliquod
ad inteſtina atq; ventriculum ex epate alimentum per eaſdem ve⸗
nas per quas prius ex illis fuerat diſtributũ / & multis qui ſubito atq;
omni ex parte fortia exercitia reliquerunt vel quibus membrum ali⸗
quod fuerit abſciſſum fit ſanguinis plurimi per inteſtina certis perio⸗
dis euacuatio: ſicuti & quodam in loco inquit Hippocrates. In nullo
quidem alio moleſta: totum autem corpus celeriter expurgans / ac
multitudinem euacuans facto videlicet motu ſuperfluitatum ad ex⸗
tra per eaſdem venas / per quas prius fiebat alimenti diſtributio. Sæ⸗
pe autem in morbis: per eaſdem etiam uenas natura totum animal
expurgat non tamen hæc eſt ſanguinis euacuatio. Sed humoris infe⸗
ſtantis. Sic & in choleris totum corpus per uenas quæ ad inteſtina /
& ventrem pertingunt euacuatur arbitrari autem vnicum eſſe mo⸗
tum materierum hominis eſt: omnino ignorantis potentias natura⸗
les: tum alias / tum etiam expulſiuam quæ contraria eſt attractiuæ ad
contrarias: ſiquidem potẽtias motus ſequi contrarios & materierum
lationes eſt neceſſarium. Nam vnaquæq; particula cum proprium ſi⸗
bi humorem attraxerit. Deinde retinuerit atq; ex ipſo fructum ſuſce⸗
perit: quicquid ſuperflui remanet abijcere properat q̃ celerrime /
atq; optime hoc facere poteſt / ſecundum ſuperfluitatis inclinatio⸗
nem. Quare uentriculus ſuperfluitantem materiam inutilem vomi⸗
tibus expurgat. Subſidentem uero profluuijs & nauſeans animal fie
ri nihil aliud eſt niſi ventriculũ appetere per vomitum euacuari: tã⸗
tum uero violentiæ / atq; væhementiæ uis habent expulſiua / vt in
morbo qui hilios nuncupatur / quãdo inferior meatus fuerit interclu⸗

ſus ſtercus euomatur. Atqui anteq̃ tenue inteſtinum / atq; ieiunum /
& ianitorem / ventriculũq; / ac cibi meatum qui Iſophagus nomina⸗
tur pertrãſierit fieri nõ poteſt / vt talis aliqua ſuperfluitas per os eij⸗
ciatur. Quid igitur mirum ex vltima cutis ſuperficie uſq; ad inteſtina /
atq; vẽtriculum trãſumptum aliquod peruenire: ſicuti & hoc ipſum
nos Hippocrates docuit / non ſpiritum tantum / vel ſuperfluitatem:
ſed ipſum quoq; alimentũ inquiẽs ex vltima ſuperficie retro ad prin⸗
cipium vnde delatum fuerat aliquando transferri quoniam minime
motuum inclinationes ſolent expulſiuam potentiam gubernare vt
quæ per fila trãſuerſa operatur: & celerrime a principio mouente
ad appoſitos terminos referatur. Quare neq; extra rationẽ eſt neq;
impoſſibile inſolita aliquando frigefactione partem cuti uicinam re⸗
pente condenſatam ſimul quidem fieri imbecillem. Simul autem &
pro pondere magis q̃ pro parato alimento habere eam quę prius in
ipſa diſperſa manſerat ſine aliqua moleſtia humiditatem atq; ideo ad
ipſam eijciẽdam feſtinare. Simul autem motu ad exteriora interclu⸗
ſo propter ſpiſſitudinem ad reliquum ſe conuertere. Atq; hoc modo
coactam ad adiacentem ſibi particulam totam ſimul expellere ſu⸗
perfluitatem / atq; illam rurſus ad ſibi proximam / neq; hoc fieri deſi⸗
nere donec tranſumptio ad interiores uenarum extremitates termi⸗
nauerit. Et hi quidem motus celeriter finiunt. Qui uero ab intrinſe⸗
cus irritãtibus ſicuti & in purgantibus medicinis & in choleris multo
ſunt fortiores. Tandiu enim perſeuerant donec ea quæ eſt circa ora
vaſorum diſpoſitio / quæ vicinum attrahit perdurauerit. Hæc enim
continuam partem euacuat. Illa autem alteram quæ eſt poſt ipſam
neq; hoc ceſſat / donec ad ultimam ſuperficiem perueniatur / adeo
ꝙ tradentibus partibus quæ ſe ordine ſequuntur altera alteri ſemper
prima paſſio celerrime peruenit ad extrema. Sic igitur ſe res habet /
& in morbo qui hileos nominatur. Ipſum enim inteſtinum inflam⸗
matum: neq; pondus / neq; ſuperfluitatum tolerat acrimoniam: qua⸗
re ea excernere / atq; longiſſime abijcere properat: ſed cum ad in⸗
feriora tranſmittere prohibeatur: quando illic uęhementiſſima fue⸗
rit inflammatio ad partes proximiores ſupra iacentium inteſtino⸗
rum expellit / atq; hoc modo ſecundum continuitatem uirtute ex⸗
pulſiua uerſus ſuperius inclinationem faciente: uſq; ad os redeunt
ſuperfluitates. Sed hæc quidem in libris de morborum ratiocinatio⸗
nibus plenius tranſigentur. Quod autem ex quolibet feratur quodli⸗
bet & trãſumatur: atq; ꝙ omniũ una ſit cõſpiratio atq; cõfluxus ſicuti
dicebat Hippocrates iam mihi videor ſufficienter oſtendiſſe. Neq;

amplius quiſpiam niſi hebeti foret ingenio / de horum aliquo poſſet
dubitare ueluti quando uenter / uel inteſtina nutriantur / & quonam
modo ex ultima ſuperficie interius perueniatur. Cũ enim unaquęq;
corporis pars quod quidem ſibi conueniens & amicum trahendi ha-
beat poteſtatem: & quod graue / & mordax excernendi nihil mi-
rum uideri debet motus contrarios in ipſis iugiter fieri / quod & in
corde / & arterijs omnibus. Thorace / atq; pulmone manifeſte de-
prehenditur. Siquidem in his omnibus fere omni temporis momẽto
contrarios ſimul fieri motus inſtrumentorum: & materierum latio-
nes manifeſte licet intueri. An igitur in aſpera quidem arteria mini-
me dubitabis: aerem quidem alternatim modo intus ad pulmonem
adducente modo extra: & in narium meatibus / & toto ore ſimili-
ter nihil tibi mirum uidebitur: neq; præter opinionem: ſi qua paulo-
ante ſpiritus intro afferebatur: eadem uia nunc emittatur. De ve-
nis autem quæ ex epate ad inteſtina uentriculumq; perueniunt hæ-
ſitabis atq; admiraberis. Si per eaſdem uenas alimẽtum ad epar: atq;
ex eodem rurſus ad uentriculum ſimul deferatur: verum diſtinguere
oportet quid per uerbum hoc ſimul intelligas. Si enim ſecundũ idem
tempus / neq; nos ita eſſe dicimus: ſicuti in alio tempore aerem inſpi-
ramus / & in alio rurſus expiramus: ſic & alimentum in alio quidem
tempore epar ex uentriculo. In alio autem uentriculus ex epate tra-
hit: ſi autem quod in uno & eodem animali unum inſtrumentum cõ-
trarijs materierum lationibus ſubminiſtrat vult tibi id uerbum ſimul
ſignificare / & hoc eſt quod te perturbat inſpirationẽ inſpice atq; ex-
pirationem: quæ & ipſe omnino per eadem fiunt inſtrumenta: ſed
modo motus & materierum differunt lationis. Pulmo ſiquidẽ & tho-
rax / & arteriæ aſperęq; ac leues / & cor / & os / & nares in minimis tem-
porum momentis: ipſaq; ad contrarios motus tranſmutantur: & ma-
terias tranſmutant. Quæ uero uenæ ab epate ad inteſtina uentricu-
lumq; perueniunt non in adeo breuibus temporis partibus: ſed mul-
tis diebus ſemel aliquando motu contrario mouentur. Res ſiquidem
ita ſe habet unũquodq; inſtrumentũ proximum ad ſe ipſum attrahit
alimentum totam ipſius depaſcens humiditatem / donec ſufficienter
ſatietur. Et hanc ſicuti antea oſtendebamus in ſe ipſo reponit: poſtea
vnit / & aſſimilat hoc eſt nutritur. Siquidem ſufficienter antea deter-
minatum eſt vnionem aliud quoddam eſſe diuerſum a nutritione ip-
ſam neceſſario præcedentem: ſicuti vnionem antecedit appoſitio.
Quemadmodum igitur animalibus ipſis terminus quidam eſt come-
dendi implere ventriculum: Eodem modo vnicuiq; particulæ ter-

minus eſt appoſitionis propria impleri humiditate. Quia igitur una-
quæq; particula nutriri appetit: ſicuti uentriculus: & alimentum cir-
cũplectitur / atq; ipſum inſtar uentriculi undequaq; arcte compræ-
hendit ad quod neceſſario ſequitur concoqui cibos: ueluti antea di-
ctum eſt non ad eum finem uentriculo cibos circumplectente: ut eos
alijs membris aptos efficiat. Sic enim non naturale foret inſtrumen-
tum / ſed quoddam animal potius ratione / atq; intellectu præditum
quod eligendi melius haberet facultatem. Verum uentriculus ideo
cibos arcte complectitur quoniam unumquodq; corpus potentiam
habet attrahendi / & proprijs ſibi qualitatibus perfruendi: quemad
modum ſuperius oſtendebatur. Contingit interim cibis alterari: &
cũ uentriculus plenus fuerit / atq; ipſorũ humiditate ſaturatus quic-
quid ſupereſt loco ponderis habet. Statim igitur tanquam ſuper-
fluum excernit: & inferius propellit ad alterum ſui opus conuerſum
ſcilicet unionem. In hoc autem tempore alimentum permeans inte-
ſtinum totum per ea uaſa quæ ad ipſum pertingunt: plurimum qui-
dem ad uenas rapitur: paucum uero ad arterias: quemadmodum
paulopoſt ſumus demonſtraturi. In hoc autem rurſus tempore etiam
inteſtinorum tunicis fit appoſitio. Tu uero mihi iam diuidens ratio-
ne omnem alimenti diſpenſationem in tres temporum portiones.
In prima quidem intellige manere in uentriculo alimentum: conco-
quiq; & apponi ad eius ſatietatem: & ad epar aliquid etiam ab ipſo
deferri: in ſecunda autem pertranſire inteſtina: atq; his ipſis: &
etiam epati apponi ad ſatietatem: aliquam uero paruam eiuſmodi
alimenti partem per totum ferri corpus. In hoc autem iam tempo-
re id quod in primo tempore erat uentriculo appoſitum eidem uni-
ri intellige. In tertia uero temporis portione nutriri quidem iam uen
triculum quum iam integre aſſimilauerit quæ prius ſibi unierat. Fie-
ri uero inteſtinis / & epati eorum / quæ erant appoſita unionem: toti
autem corpori diſtribui alimentum & apponi. Si igitur poſt hæc /
ſtatim animal alimentum aſſumpſerit in quo rurſus tempore uentri-
culus concoquit / & perfruitur eo quod ſuis tunicis optimum appo-
ſuit alimentum inteſtina ſibi integre aſſimilabunt / quem unierant
humorem. Similiter & epar / ac in uniuerſo corpore unio fiet ea-
rum alimenti partium / quæ fuerant appoſitæ. Quot ſi ieiunus in
tempore uentriculus cogatur permanere / ab his quæ ſunt in lacti-
bus: & epate uenis attrahet alimentum. Neq; enim ex ipſo epatis
corpore: dico autem corpus epatis propriam ipſius carnem / & pri-
mam / & maxime poſt hanc autem / & unumquodq; uaſorum / quæ

in ipſo ſunt. Illum enim qui iam in qualibet parte continetur hu-
morem non eſt ueriſimile abſtrahi ab altera parte: præſertim quum
iam unio / uel aſſimilatio facta fuerit. Quod autem in concauitati-
bus uenarum continetur illa pars abſtrahit / quæ robuſtior eſt / atq;
una plus indiget. Sic igitur & uentriculus in quo tempore indiget
quidem ipſe alimento. Nunquam autem animal comedit in hoc ex
uenis rapit quæ in epate ſunt. Quia uero & ſplenem per ea quæ
ante diximus demonſtrauimus quicquid in epate eſt craſſioris hu-
moris attrahere / atq; elaborare / & ad melius tranſmutare nihil ne-
que hic mirum uideri debet etiam ex ſplene lactes attrahere / & te-
nue inteſtinum / atq; ipſum uentriculum. Eodem autem modo eru-
ctari in uentriculum ſuperfluitates tempore alio / atq; ipſum ſple-
nem ex uentriculo: rurſus in alio tempore aliquid proprij ſibi attra-
here alimenti: vt autem uniuerſaliter dicam: quod & antea dictum
eſt. Quodlibet ex quolibet attrahere / & tranſmittere contingit dif-
ferentibus temporibus quum ſimiliter hoc accidat. Sicuti ſi imma-
gineris multa animalia copioſum alimentum in communi depoſitum
habentia / & quantum libuerit aſſumentia. In quo enim tempore /
altera a paſtu quieſcunt: ueriſimile eſt / altera paſci: & debent hæc
quidem ceſſare: hæc uero incipere: & quædam ſimul depaſci: &
per Iouem alterum ab altero ſæpius arripere. Si quidem uni ino-
pia ſit alimenti: alteri uero abundantia / atq; ita nihil mirandum
eſt ex ultima ſuperficie: rurſus intra aliquid reuerti / neque per ea-
dem uaſa ex epate / & ſplene aliquid ad uentriculum referri / per
quæ prius idem fuerat importatum. Siquidem in arterijs / & in cor-
de / atq; thorace / pulmoneq; tale quid fieri manifeſte depræhen-
ditur. His enim omnibus modo ſe attollentibus / modo ſubſidenti-
bus alternatim neceſſarium eſt: ex quibus prius aliquid fuit attra-
ctum. Ad hæc iterum emitti: & hanc igitur neceſſitatem natura
præcognoſcens ad ora uaſorum quæ in corde ſunt membranas fe-
cit adnaſci quæ materias retro ferri prohiberent. Sed quomodo
hoc fiat in libris de vtilitate particularum declarabitur. Vbi & alia
ſumus demonſtraturi / & hoc ipſum quot impoſſibile ſit adeo exqui-
ſite claudi vaſorum ora ꝙ nihil retrocedat. Ad arteriam quidem ue-
noſam: nam & hoc in illis demonſtrabitur multo plus quam per ora
alia neceſſarium eſt: rurſus redire retro. Quod autem ad præſen-
tia conducit ꝙ non contingat aliquod uas ex his quæ magnam ha-
bent capacitatem cum ſe attollit non attrahere ex omnibus parti-
bus ſibi uicinis: vel exprimere rurſus ad hæc quando in ſe reſidet ex

his quę iam antea dicta ſunt in pręſenti ſermone fit manifeſtũ / atq; ex
illis præterea quæ Eraſiſtratus: & nos quoq; alibi de ea quæ eſt ad ua-
cuum cõſecutione monſtrauimus: ſed & alibi a nobis oſtẽſum eſt: ꝙ
vnicuiq; arteriæ uis ineſt a corde profluens ſm quam attolluntur: ac
ſubſident. Si igitur hæc inuicem coniungas / & ꝙ hic motus inſit ipſis:
& omne quod ſic attollitur ex partibus ſibi uicinis ad ſe trahit nihil ti-
bi mirum uidebitur arterias omnes quęcũq; ad cutem terminantur at-
trahere aerem extrinſecum dum attolluntur. Quæcũq; uero ſm ali-
quid habent ora ad venas aperta tenuiſſimum / ac vaporibus ſimilli-
mum ſanguinem qui in eiſdem uenis continetur attrahere. Quæcũq;
autem prope cor ſunt ex hoc ipſo facere attractionẽ. Nam in ea quæ
fit ad vacuum conſecutione quod leuiſſimum eſt / ac tenuiſſimum pri-
mum eſt quod ſequitur autem grauius / & craſſius. Leuiſſimus autem
inter omnia quæ in corpore ſunt. Primum quidem eſt ſpiritus: ſecun-
do autem uapor. Et poſt hunc tertio quicquid ſanguinis eſt exquiſite
elaboratum / atq; attenuatum. Hæc igitur ad ſe ipſas trahent unde-
quaq; arteriæ quæ quidem ad cutem conterminant aerem extrinſe-
cum. Hic enim proximus ipſis eſt: atq; inter omnia alia leuiſſimus.
Ex reliquis autem arterijs quæ quidem ex corde aſcendit ad collum /
& quæ in ſpina eſt: & iam quæcunq; aliæ his proximæ ſunt ex ipſo
maxime corde attrahunt. Quæcunq; uero a corde: & a cute plus
diſtant trahere his neceſſarium eſt ex uenis partem ſanguinis leuio-
rem ita ꝙ & omnes quæ ad uentriculum pertingunt arteriæ ab ea
quæ per ſpinam tendit deriuatę dum attollitur faciunt attractionem
tum a corde ipſo: tum etiam a uenis ipſi adiacẽtibus / quæ plurimæ nu
mero ſunt: neq;.n. ex inteſtinis / atq; uẽtriculo alimentũ adeo craſſum
ac graue in ſe ipſis habentibus poſſunt aliquid dignũ effatu recipere:
cum leuioribus impleri anticipauerint. Neq;.n. ſi fiſtulam demiſeris in
vas aqua plenũ / & arena / & ore ex hac aerem attraxeris arena ante
aquã ſequi poterit. Semp.n. in ea quę fit ad uacuũ conſecutione prius
id ſeqtur quod leuius exiſtit. Nõ igitur mirari oportet ſi paucũ oĩo ex
vẽtriculo quodcũq; exqſite fuerit elaboratũ ꝑuenit ad arterias cũ le-
uioribus impleri anticipauerit: verũ illud ſcire oportet ꝙ duo ſunt at-
tractionis ſpecies: altera qdẽ quę fit cõſecutione ad uacuũ: altera aũt
ex qualitatis affinitate. Aliter.n. aer in folles: aliter ferrũ ab herculeo
lapide attrahitur / & ꝙ ea quidem quæ fit ad uacuum conſecutione:
prius quidem trahitur id quod leuius: ſm uero qualitatis affinitatẽ ſę-
pius ſi ita contigerit grauius: ſi fuerit natura proximius. Quare & ad
arterias / & cor ut quæ concaua ſunt inſtrumenta / & ſe attollere

poſſunt ſemper id quod leuius ſequitur prius ut aiunt egent alimen-
to ad ipſas tunicas / quæ corpora ſunt inſtrumentorum attrahitur id
quod affine. Quodcũq; igitur ſanguinis in eorum cauitate dum ſe at
tollunt recipitur huius pars maxime affinis/atq; ad nutriendũ idonea
a tunicis ipſis uaſorum attrahitur. Quod autem ex uenis ad arterias
tranſumatur aliquid præter alia quæ diximus etiam hoc ſufficiẽs fue-
rit argumentum: ſi multas / & magnas ſecando arterias uelis per illas
animal occidere uenas æque atq; arterias exinanitas inuenies. Quod
nunq̃ poſſet contingere niſi ora ipſarum inuicem eſſent adaperta: ſic
etiam in corde ex dextro uentriculo ad ſiniſtrum attrahitur id quod
tenuiſſimum medio inter ipſos ſepto quædam habente foramina quę
uſq; ad plurimum uidere poſſumus ueluti quaſdam foueas quę ex ore
latiori in anguſtius procedunt: non tamen extremos terminos poſſi-
bile eſt intueri. Tum propter paruitatẽ: tũ quia mortuo iam animali
frigefacta ſunt omnia: ac cõdenſata: verũ tamen ratio & hic primum
quidem ex eo ꝙ nihil fruſtra a natura fit/mota inuenit has cordis uen
triculorum adapertiones. Neq; enim temere hæ quæ ita in anguſtum
terminãtur foueę facte ſunt: ſecundo etiam ex eo ꝙ cum duo ſunt ora
in dextro cordis uentriculo. Alterum quidem multo maius per quod
ſanguis introducitur: alterum uero minus per quod deducitur multo
ſit maius id per quod introducitur tanq̃ enim non totus ſanguis quã-
tum uena caua cordi tribuit: tantum ex illo rurſus ad pulmonẽ emit-
tatur maior eſt trũcus qui a uena caua in ipſum innaſcitur cor ea quæ
in pulmonem uena propagatur. Neq; enim illud eſt dicere ꝙ aliquid
ſanguinis conſumptum ſit in cordis nutritionem: altera ſiquidem ue-
na eſt quæ in illud diſpartita eſt: quæ neq; ex corde ipſo habet gene-
rationem: neq; ſanguinis tranſumptionem. Si quid uero etiam ab-
ſumitur non tamen tãto minor eſt uena illa quæ in pulmonem ducit.
Altera quę in cor innaſcitur quantum ſit uериſimile conſumptũ eſſe in
ipſius cordis nutritionem: ſed multo plus ſatis: quare manifeſtum eſt
in ſiniſtrum cordis uentriculũ aliquid tranſumi: ſiquidẽ cum duo ſint
in ipſo uaſa multo minus exiſtit id quod ex pulmone in ipſum ſpiritũ
introducit ea quę enaſcitur magna arteria a qua omnes arterię corpo
ris oriuntur tanq̃ ipſa non tantũ ſpiritum ex pulmone recipiat: uerũ
etiã ex dextro uẽtriculo ſanguinẽ per eas quas diximus adaptiones:
ꝙ autẽ melius ſit ut corporis partes nõnullæ quidẽ ex puro ſanguine
nutriãtur. Nõnullę vero ex turbido & craſſo/& ꝙ neq; in hoc qcq̃ ſit a
natura neglectũ eius quæ de utilitate particularũ inſcribitur eſt tracta
tiõis. Quare nũc nõ oportet de iſtis diſſerere: ſed ubi ad memoriã re-

vocauerimus ꝙ duę ſunt attractionis ſpecies eorũ quidem quę per la-
tos meatus dum attollũtur faciunt attractionẽ ob eam quæ aduenit
ad uacuum conſecutionẽ. Aliorũ uero quæ ob qualitatis affinitatẽ di-
cendum: deinceps ꝙ priora quidẽ etiam e longinquo poſſunt attra-
here. Secunda uero ex uicinis tantũmodo: nam ſi fiſtulã q̃ longiſſimã
in aquã dimiſeris per ipſam facile poteris ad os humorẽ attrahere nõ
tamen ſi a lapide herculeo ferrũ longe abduxeris uel a uaſis fictilibus
frumẽta (nam & antea tale quoddã exẽplũ a nobis proponebatur)
iam etiã fieri poſſet attractio. Hoc autẽ manifeſtiſſime diſcere poſſes
in aquæ ductibus qui in ortis ſunt. Ex his.n.ad partes adiacẽtes/& lo-
ca omnia uicina humor aliquis diſtribuitur: verũ ad lõginqua non po
teſt accedere atq; omnino coguntur multis aquæ ductibus paruis qui
a magno ſecti ſunt ad quãlibet orti partem fluxum aquę fabricare: &
tanta efficiunt inter paruos aquæ ductus interualla quãta putant ſuf-
ficere ad hoc ut quæ attrahunt ſufficientẽ humiditatem accipiant ex
vtraq; parte influentẽ. Sic igitur ſe habent in animalium corporibus
plurimi meatus qui per omnia mẽbra diſtributi aduehunt ſanguinem
ad ipſa inſtar cuiuſdã in ortis aquationis & horum meatuũ interualla
ſtatim ab initio fuere mirabiliter a natura diſpoſita: ita ꝙ neq; minus
ſufficienter partibus medijs trahẽtibus ſanguinis adminiſtretur: neq;
unq̃ ipſe ob ſuperflue humiditatis intẽpeſtiue influentis multitudinẽ
obruantur. Modus ſiquidem ipſarum nutritionis talis exiſtit continui
ſibi ipſi corporis quale uas ſimplex ſupponit Eraſiſtratus partes qui-
dem quæ in ſuperficie primę exiſtunt uicino fruuntur alimẽto. Ex his
autem ſanguinẽ accipiunt cõtinuatim hæ quę deinceps ſunt attrahẽ
tes: Deinde ex illis aliæ rurſus/atq; hoc non deſinit fieri donec ad ſin
gulas ipſius particulas nutriẽtis ſubſtãtiæ qualitas diſtribuatur. Quæ-
cunq; autem partes multo plus alterato egent humore a quo nutriã-
tur his ueluti ęrariũ quoddam natura præparauit v3 uentres/uel ſciſ-
ſuras: aut aliquid ſciſſuris proportionale. Carnes.n.& quæ omniũ ui-
ſcerum ſunt & quę muſculorũ ex ſanguine ipſo nutriuntur breuẽ alte-
rationem accipiente. Oſſa uero plurima indigent media tranſmuta-
tione ut nutriãtur & eſt qualis carnibus ſanguis talis medulla oſſibus
in minoribus quidẽ & uentriculo carentibus in eorum ſciſſuris diſper
ſus. In maioribus uero & uentriculos habẽtibus in illis collectus. Quẽ-
admodum.n.in primo libro a nobis oſtenſum eſt: quæ quidẽ habent
ſubſtantiæ ſimilitudinẽ hæc inuicem tranſmutari contingit. Quę uero
plurimum diſtant impoſſibile eſt ut inuicem aſſimilẽtur ſine pluribus
medijs tranſmutationibus tale quoddã eſt muccoſum: illud quod car
tilaginibus eſt circũfuſum: & qui in ligamẽtis & neruis/atq; mẽbranis

humor tenax inuenitur. Nam hoꝝ ſingula ex filis multis cõponuntur
quæ partes ſunt ſimilares & ueræ ſimilia elementa. In ſpacijs autẽ in-
termedijs familiariſſimus ipſis humor diſpargitur quem ex uenis qui-
dem ac ſanguine id quod maxime cõuenit eligẽtes attraxerunt: pau-
latim autẽ aſſimilãt & in ſui ſubſtantiã conuertũt. Hæc igitur oĩa & in
uicem cõcordant: & quæ antea nobis ſunt demõſtrata teſtificantur.
Neqꝫ opus ſermonẽ facere longiorẽ: cum ex antedictis promptũ ſit
vnicuiqꝫ: queãdmodũ ſingula perficiãtur inuenire ſicuti & cur his qui
ſe largiori uino replerit: quod hauſtũ eſt celerrime diſtribuitur: & nõ
multo poſt tẽpore fere mingitur totũ. Nam & hic quoqꝫ propter qua-
litatis affinitatẽ & humoris tenuitatẽ/ uaſorũqꝫ/ atqꝫ eoꝝ quæ ſunt in
ipſis ora latitudinẽ necnõ ob potẽtiæ attractiuæ robur velox diſtribu-
tio conficitur. Cum partes quidẽ uicinæ uẽtriculo collocatæ propter
qualitatis affinitatẽ faciunt potus attractionem. Quæ uero deinceps
ſunt rapiant ab his: & ipſe quoqꝫ ad ſe ipſas: ac rurſus quæ ſequuntur
ex iſtis tranſumãt donec ad concauã uenam perueniatur a qua renes
id quod ſibi cõuenit rapiunt. Quare nihil mirandũ eſt ſi propter qua-
litatis familiaritatẽ uinum aqua facilius tranſumatur. Ipſum autem ui-
num album/ & purũ propter tenuitatẽ prompte diſtribuatur: ac rur-
ſus quod nigrum eſt/ ac turbidũ in itinere retineatur: & propter craſ-
ſitudinẽ retardetur. Eſſent autem hæc & non parua teſtimonia illoꝝ
quæ prius diximus de arterijs: ubiqꝫ. n. quicquid ſanguinis illis familiare
eſt/ ac tenue facilius altero quod non tale exiſtit ipſis attrahentibus
ſequitur uaporẽ itaqꝫ atrahũt & ſpiritũ & tenuẽ ſanguinẽ quando at-
tolluntur arteriæ. Ex his autẽ quæ in uẽtriculo uel inteſtinis cõtinẽtur
humoribus uel nihil omnino uel pauciſſimũ penitus rapiũt.

Mingitur no
reperio

FINIS LIBRI TERTII DE POTENTIIS
NATVRALIBVS GALENI IN-
TERPRETE NICOLAO
LEONICENO.

Regiſtrum.

NOPQR Omnes ſunt quaterni.

✠

NICOLAI

LEONICENI

AD EXCELLEN-

TISSIMVM MEDICVM

CÆSAREM OPTATVM NEA-

POLITANVM DE VIR-

TVTE FORMA-

TIVA EPI-

STOLA.

✠

# CÆSAR OPTATVS NEAPOLITANVS NICOLAO LEONICENO VIRO EXCELLENTISSIMO .S. .D.

ANTIQVORVM MOS FVIT probatiſſimus: vir Clariſſime: vt ſiquis rerum peritia præſtantiſſimus haberetur. Illum etiã docti viri in dubijs: & obſcuris tanquam apollinem conſulerent. Hoc tecum noſtris temporibus merito: non modo noſtri itali: ſed alienigenæ identidem agunt. Dubitauimus proximis diebus dũ de virtutibus naturalibus ſcriberemus de virtute formatiua: materia quidem difficillima: & ab omnibus exoptata. Quod tua ad nos doctiſſima & facũdiſſima epiſtola ita expedijſti: vt nemo ſit qui in illa/Amplius aliquid deſideret. Nam tu Ariſtotelis & Platonis dubios de formatiua ſermones: & Hippo. & Galeni ancipitem ſententiam in hac difficultate penitus declaraſti: & adeo abſoluiſti: vt pace neotericorum dixerim: clarum ſit illorum commenta in hoc ſicuti in alijs multis ab Ariſtotelis & Galeni opinionibus plurimum aberraſſe. Nec mirum quando quidem opera Galeni deprauata: & adeo mutila circunferatur: vt ab illis recte ſenſa elici non poſſint iudicio omnium qui ſapiunt. Abſit aſſentatio. Tu noſter es hierofantes. Tu primus: veruſq; Galeni interpres: in te vno confidimus omnes: qui latinum & integrum claudium Galenum nobis reddas. Age igitur mi Nicolae quando quidẽ in te omnis noſtra: & poſterorum ſita ſit ſpes eam ne fruſtreris: collige: ede: quas diu parturis Galeni trãſlationes: vt illis fruamur. Vale. Ral. Septem. .M.D.VI.

# NICOLAI LEONICENI DE FORMATIVA VIRTVTE EPISTOLA AD DOCTISSIMVM VIRVM CÆSAREM OPTATVM NEAPOLITANVM.



TRA SIT VERIOR OPINIO GAleni ne an Ariſtotelis de uirtute illa: quam neoterici formatiuam vocant. Et ſit ne eadem virtus ſubſtantia vel accidens tua a me epiſtola quæris: quod nihil aliud eſt quærere: niſi quid ſit virtus formatiua tantopere a medicis atq; philoſophis decantata. Vt autem ex eadẽ epiſtola accepi: Cum hæc ipſa quæſtio inter te ac doctiſſimũ virum Franciſcum caballum multis audientibus agitaretur: Calchographus quidã importuna interpellatione ſupuenit: qui meas ex Galeno tranſlationes: quas mirũ in modum cupit imprimere: efflagitauit. Quam tu calchographi vocas importunitatem: ego pro bono omine accipio. q; videlicet futurũ ſit vt hę atq; aliæ ſimiles: quæ quotidie tractantur a medicis quęſtiones facillime diſſoluantur. Si modo eędẽ tranſlationes alijs quæ hactenus fuere in uſu clariores ac fideliores: ut ſane laboraui facere abs te atq; aliis tui ſimilibus iudicabũtur. Sed de his quid acturus ſim te priuata epiſtola admonui. Interim dum ille publicantur: nolui tuũ ſuper requæſita deſiderium commorari: quæ tantã habet ambiguitatem: ut pene inexplicabilis uideatur. nam & illi ipſi inter quorum opiniones me arbitrũ facis: uiſi ſunt etiã atq; etiã addubitaſſe de uirtute formatiua quid eſſet. ¶ Galenus ſiquidem in quodam ſuo libello: cui titulũ fecit de formatione fœtus: ingenue fatetur ſe cauſam quę nos format ignorare: & quoniã libellus idem nondũ in latinam tranſlatus eſt linguam: Galeni uerba illud teſtantia quod diximus nõ grauabor apponere. Sunt autẽ hæc. Equidem fateor me de cauſa quæ format fœtũ dubitare. nã cum videam ſummã in hac formatione ſapientiam ac facultatem. neq; illam quæ ſemini ineſt animam: quam Ariſtotelis ſectatores vegetabilem uocãt, Platonici autẽ concupiſcibilem, Stoci uero neq; omnino ani

Galeni poſitio.

mam:ſed naturam appellant: fœtum formare exiſtimo.cũ nullius ſit
ſapientiæ particeps.ſed omnino irrationalis. neq̧ uero ab hac omni
no poſſum diſcedere propter magnam filiorũ ad parentes ſimilitu-
dinem. Ab anima autẽ rationali: quæ poſt partum uiget in tota uita:
puto abſcedendũ.quoniam nos ante ſactionem neq̧ corporis partes
neq̧ operationes cognoſcimus. Cũ uero quidã ex platonicis præce-
ptoribus mihi dixiſſe animã:quę per totum extenditur mundum eſſe
illam quæ format conceptus: haud equidem indignã iudicaui. cui ta
lis ars atq̧ facultas aſcriberetur. Nõ potui aũt adduci. ut etiã ſcorpio
nes phalãgia: muſcas: uipas culices: uermes ab eadẽ formari putarẽ:
proxima eſſe cuidã impietati talẽ opinionem arbitratus. Neq̧ uero
mihi uidetur rationabile materię animã ad tantum artificium perue-
nire. Hoc igitur unũ de cauſa animalia formante reor poſſe pronun
ciari. ꝙ ſit ars atq̧ ſapiẽtia ſumma. Sicuti & ꝙ poſt formationẽ in to
ta uita corpus tribus motionum principijs gubernetur: & illa quæ ex
cerebro ꝑ neruos ac muſculos fit. & altera quę ex corde per arterias.
altera quæ ex epate per uenas. Ex quibus autem principijs ita auſus
ſim opinari in multis oſtendi tractatibus: ac præcipue in quo de ani-
mæ agitur ſpeciebus. nullibi tamen auſus ſum ſubſtatiã animę demõ-
ſtrare. nõdũ.n.a quopiã linealibus demonſtrationibus ꝓbatũ inueni:
an ſit corporea uel incorporea: an omnino æterna uel corruptibilis.
ut in libro de animę ſpeciebus explicaui. Hęc quidẽ Galenus. Ex qui-
bus uerbis apparet ipſum non ſatis habuiſſe conſtitutũ quid nam fo-
ret de illa virtute quæ animalia format ſentiẽdũ. niſi ꝙ videtur pro-
pter eam quã nati continent generantium ſimilationem ad animam
vegetabilem quæ ſemini ineſt. vt ait. declinare. quã etiam opinionẽ.

*Aĩam ue-getatiuam eẽ formatiuam.*

tãq̃ Hyppocratis idem Galenus ſequitur in libro de ſemine: quẽad-
modũ eius verba oſtendunt: quæ eodem libro in hunc modum ſcri-
pta legunt. Rurſus vero ad primã animalis ſtructurã ſermonem tráſ-
feramus: & vt nobis ordine certo & modo quodã clariore procedat
totum conceptus opificiũ in quatuor tempora diſtribuamus. Primũ
quidem in quo vel per aborſus: vel per ſectiones adhuc forma ſemi-
nis præualere conſpicitur: quo quidem in tẽpore præ omnibus ad-
mirantibus Hyppocrates nondũ conceptum nominat animalis ſtru-

*primũ quo gẽitura dr̃.*

ctutã. ſed veluti nuper diximus in ſextana genitura quę excedit. cum
quidem ſanguine plena fuerit. Cor vero cerebꝝ & epar nondũ arti-
culationẽ & formam receperint: quandam tamen coagulationem &

*Scd̃m quo cõcept⁹.*

magnitudinẽ effatu dignam habuerint. Secundum hoc tempus exi-
ſtit in quo carnoſa iam eſt & non iam ſimilis genituræ ſubſtãtia con-
ceptus. Quare neq̧ Hyppocratem ĩuenies huiuſmodi ſpẽm genitur̨

nomine appellantem: ſed iam conceptum vocantẽ: vt diximus. Ter

*Tertium quo quaſi planta.*

tium ſubinde tempus quo iam vt diximus tria prĩcipia manifeſte vi-
dentur. Reliquę vero partes quãdã veluti ſubſcriptionẽ & umbratilẽ
tantum deſignationem oſtendunt. nam ſatis conſpicuam circa tria
principia formationem intueberis: exiliorem earum quę ad Venerẽ
pertinent partium: & multo magis illarum quæ manus pedeſq̧ con-
ſtituunt. hæ enim poſterius: vt ſic dixerim: ramificantur. ſimili enim
uocabulo Hyppocrates utitur dũ uult oſtẽdere eã quã hñt ad ramos

*Quartũ in quo infans & q̃ſi aĩal.*

proportionẽ. Quartũ uero & ultimũ tẽpus eſt quãdo iã manus & pe
des ſunt articulati: quo non amplius fœtus: ſed infans ab adimirabili
Hyppocrate cõceptus nominat: quo tẽpore & calcitare: & iã ut ꝑfe-
ctũ aĩal moueri inq̃t. uerũ nõ eſt: ut nũc de eo tãq̃ de aĩali faciã men-
tionẽ. nã ſicuti plãta omnẽ habuit a ſemine generationẽ ac formatio
nẽ ſtatim ab initio nõ ſecus atq̧ illa duplex oſtẽdẽs motus principiũ
ac formatiõis. Qualis.n.eſt plãtis radicatio in partibus terrę inferiori
bus talis eſt in ipſis cõceptibus in utero ſm̃ locos arteriaꝝ ac uenarũ
inſitio. Qualis ẽt eſt trũcus in plãtis uerſus ſupius: tales ꝓpagines fœ
tibus a tribus principijs exortę. Rurſus aũt ſicuti plãtę duplicem hñt
ex ſemine exortũ. nã ſurſum q̄dẽ trũcũ ꝓducũt & ramos uſq̧ ad ulti-
ma germina opantur. radices aũt ad inferiora partiunt̃. ſic & fœtibus
multę ſunt ꝑtitiones uenaꝝ atq̧ arteriaꝝ: quę ueluti trũci in totũ cõ-
ceptũ tãq̃ radices ĩ uterũ terminant̃. Quare nõ iniuria poſſemus Ari-
ſtotelẽ in hac ꝑte reprehẽdere: nõ ob id tantũ ꝙ illa nõ ꝓuiderit quæ
oportuit ipſum ꝓuidere: veꝝ ẽt ꝙ ſuoꝝ oblitus eſt dogmatũ: & natu
ræ opera aliter in plantis: aliter in aĩalibus explicauit. Nã cũ in plãtis
intueret̃ ſemẽ in ſe nõ ſecus q̃ principiũ efficiẽs ẽt materiale cõp̄rĥẽ
dere: alteꝝ tñ iſtoꝝ aĩalibus adimit. Atq hoc unũ ſufficiebat homini
naturæ opeꝝ peritiſſimo geniturę utilitatẽ cõmonſtrare. Si.n.nõ alijs
potentijs natura ſeminis efficit plantã. alijs aũt aĩal: ea quæ in plantis
uident̃ tranſferre ad aĩalia. nã eandẽ inuenies in utriſq̧ proportionẽ.
nã plantę ſemen eget terra: ut ex illa nutriat̃: atq̧ augeat̃. Sed ob eaſ-
dem cauſas & noſtrũ corpus utero eget. Radices ſibi generat planta
q̄bus attrahat alimentũ & terra: & loci uaſa quæ ſunt fœtus radices:
truncũ ex ſe ſemen ꝓfert: & ab hoc ramos deinde alios ſup alios rur-
ſus ramuſculos uſq̧ ad extremã germina. Hic quoq̧ intuere aortẽ &
cauã uenã & ſpinã. Rurſus aũt ab his ꝓpagines multas quæ ueluti ra-
mi in alios minores diuidunt̃: qui rurſus ſcindunt̃ in alios nũq̃ ceſſante
propagatiõe donec ad ultimas ueniat germinatiões. Si uero ſangui-

*Planta carnea.*

neã hanc plantã cernis: aut carneã: non ꝓpterea oportet exiſtimare
aliud eſſe q̃ plantã. nã opifex idẽ utriq̧ eſt. ſ. anima uegetabilis. Verũ

illud aduertas ꝙ hæc planta futura eſt animal: non ꝙ illam quã prius
habuit potentiã abijciat: ſed alteram ſup acquirit. debet aũt de loco
ad locũ moueri: cũ iam pfecta eſt & ſoluta ab utero. Veꝝ non poſſet
hoc facere ſi frigida foret: ut ſtirpes: & nõ haberet ingrediendi inſtru-
mẽta. vt igitur moderatũ calorẽ obtineret/quantus naturæ animalis
cõgruit & loca poſſet cõmutare/duo obtinuit principia: alterum in-
ſtrumentoꝝ quæ calorẽ ſeruant naturalem: alterũ eoꝝ quæ omnibus
ſm electionem actibus ſubminiſtrãt. Sed his quidẽ poſterius utetur.
Principiũ uero uegetabile primũ omniũ habet quod non ex ſangui-
ne. Sed ex ipſo ſemine arteriã: & uenas: & neruũ: & os: & membra-
nam efficit. Nam & hæc antea ſuperiori ſermone a nobis ſunt expo-
ſita. Ex his Galeni uerbis liquido apparet ſm Hyppocratis opinio-
nem: quã Galenus hoc loco ſequitur. ſemẽ eſſe animatũ: & uirtutem
formatiuam quæ arterias: uenas: neruos: & ſimilia efficit inſtrumẽta
eſſe animæ uegetabilis poteſtatẽ/Neq; aliud Galenus ſenſit ex eiuſ-
dẽ Hyppocratis auctoritate. cũ in prima particula afforiſmoꝝ in ex-
poſitione. xv. afforiſmi ſcripſit hæc uerba. Huc quoq; animũ aduerte:
ꝙ alijs quidem ratio difficilis. Soli aũt Hyppocrati atq; eius ſectatori
bus facilis: neq; enim aliud quicq̃ eſt quod ab initio formauerit ani-
mal: ſicuti rurſus neq; quod auxerit/uel uſq; ad mortẽ nutriuerit: niſi
calor hic naturalis: de quo nunc ſermo habetur. Hæc quidem Gale-
nus/Quẽ nemo putet ob id a ſe ipſo/aut ab Hyppocrate diſſentire:
ꝙ aliquando animalis formationẽ animæ tribuit uegetali: quæ in ſe-
mine exiſtit: veluti in libro de ſemine: aliquãdo calori naturali: vt in
prima particula afforiſmoꝝ. Nam hoc quoq; Hypocratis eſt dogma
eandẽ rem eſſe animã & calorẽ naturalẽ ſiue corporis temperaturã
quã complexionẽ vocant: & licet Galenus multis in locis fateatur ſe
animæ ſubſtantiã ignorare: ſicuti & cauſam animaliũ conditricem in
libro de generatione fœtus in pluribus tamẽ animã eſſe quandã tem-
peraturã: tum ex Hyppocratis: tũ ex ſua ẽt opinione nobis inſinuat
Sed quoniã hoc cõmune Hyppocratis atq; Galeni dogma alibi la-
tius explanauimus aduerſus Cõciliatorẽ: qui differentia. xviij. huiuſ-
cemodi opinionẽ Hyppocratis qdẽ eſſe cõcedit. Sed a Galeni dog-
matibus oĩno conatur eximere. Hoc in loco ſufficiet eiuſdẽ Gal. uer-
ba tantũmõ adducere: quæ in lib. de palpitatiõe & rigore: ita ſcribũ-
tur. Totũ quidẽ corpus conſpirare & cõfluere arbitror. Calorẽ uero
naturalẽ nõ aduentitiũ: neq; poſteriorẽ generatiõe aĩalis: ſed ipſum
primũ & ab initio cõgenitũ & natura atq; aĩa nihil aliud exiſtit q̃ iſte
calor: ita ꝙ ſi ſubam ipſius per ſe mobilẽ & ſemp mobilẽ intellexeris:
non aberrabis. Si ergo calor iſte natiuus a noſtræ generationis initio

Semẽ eſſe aĩatum ſm Gal. & Hypocr.

Anima calor naturalis & cõplo idẽ ſm Gale. & Hyp.

ſemini inditus eſt anima illa: quæ nos generauit ſm Hyppocratis opi
nionẽ nõ differt Galenus: vel a ſeipſo/vel ab Hyppocrate: cũ Hyp-
pocratis opinionẽ: aliquãdo ſectatus vel animã uegetabilẽ vel calo-
rem naturalem ſemini inditũ ait eſſe mẽbroꝝ aĩalis opificẽ. Tu vero
ex his quæ ſunt a nobis hactenus exarata iam per te collige: quid de
virtute animalia formãte Galenus ipſe dubitauerit: & qd ex Hyppo
cratis opinione nõnunq̃ ſcriptitarit. ¶ Vtinã tã facile foret ſuper ea
dem re Ariſtotelis ſententiã explicare. Sic enim tuę quæſtioni melius
poſſemus ſatiſfacere. Sed mos fuit huius philoſophi res difficiles ad-
modũ mira obſcuritate tractare: Simili aſtu: vt aiunt nõnulli: quo ſe-
pia piſcis attramẽto aquã infuſcat: ne a piſcatoribus capiatur. Adni-
tendũ tamẽ eſt pro viribus: vt partim ex eius ſcriptis: partim expoſi-
torum: qui clariſſimi habẽtur in ſecta peripatheticoꝝ: quæ fuerit opi
nio Ariſtotelis de virtute quã formatiuam uocant eliciamus. De hac
ipſa tamẽ etiã Ariſtotelem dubitaſſe Galenus teſtatur libro. ij. de cõ-
plexionibus: vbi ita ſcribit. Vtriq; autẽ a veritate aberrant vna qui-
dem & cõmuni ratione: quoniã de omni corpore & vna partium co-
nantur demõſtrare ſecũdo loco: qa virtutis naturalis formatricis nõ
meminerũt: quæ artificioſa eſt & conſentaneas moribus animæ par-
ticulas format. De hac enim etiã Ariſtoteles dubitauit: ne forte di-
uinius quoddã principiũ exiſtat: & non ſm calidum & frigidum: hu
midũ & ſiccum. Scribit autem hæc uerba Galenus aduerſus illos qui
ex naſi ſimitate humiditatem: ex aduncitate ſiccitatem ex oculoꝝ
itidem magnitudine humiditatẽ arguebant: quos dupliciter a vero
inquit deuiare: & qa ex uno membro totius corporis complexionem
putabant poſſe diiudicari: & qa formationis opus ſolis qualitatibus
tribuebant. Dubitaſſe autẽ Ariſtotelẽ: an hęc ſit naturæ opus calido:
frigido: humido: & ſicco operantis: an alterius cauſę diuinioris: con-
ſtat ex verbis eius quæ circa finẽ quarti metheoroꝝ ſcripta leguntur
in hũc modũ. Talia aũt a frigido & calido & motibus fiunt cõmixtis.
Quæ vero ex his cõſtant partes diſſimilares haud vtiq; viderentur:
veluti caput: manus: aut pes. Sed quẽadmodum ꝙ fiat æs vel argen
tum frigiditas cauſa eſt: & motus eius. Quod autem ſerra vel phiala:
vel capſula: non etiam: ſed hic quidẽ ars. Illic vero natura cauſa: vel
alia cauſa. Hæc quidem Ariſtoteles: qui cũ ſuperius calidũ: & frigidũ
atq; horum motus partiũ ſimilariũ animalis cauſas aſſignaſſet poſtea
ſubinfert. Quæ vero ex his cõſtant. ſ. partibus ſimilaribus partes diſſi
milares: non ex primis qualitatibus: vel ex alijs quæ ex primis ortum
habent: veluti ex mollicie & duricie: aut reliquis: de quibus inibi lo-
quitur Ariſtoteles ſuam eſſentiam ſortiuntur. Sed ſicuti æs quidem

Huius de opi. Gal. incipit tractare.

Ariſt. opi.

Ariſt. aſtus

Ariſ. de formatiua dubitatio.

& argētū a calido & frigido atq; eorꝝ motibus generanť: quę uero ex
his cōſtāt ueluti phiala aut ſerra nō eandē hn̄t cām generatiōis: eodē
mō ſe res hēt in ꝑtibus diſſimilarib⁹ aīalis: quæ cōſtant ex ſimilaribus:
differūt tn̄ in hoc ꝙ phiale q̇dē & ſerrę: quaꝝ altera fit ex argēto: al-
tera ex ferro ars cā eſt. Partiū aūt diſſimilarium aīalis natura uel alia
cā. Ex his uerbis poſtremis Ariſtotelē fuiſſe ambiguū apparet. natura
ne an alia cā ſuꝑior ſit partiū diſſimilariū operatrix: quaꝝ cauſas non
poſſumus ad primas ſecūdas ue q̄litates referre. Galenus quoq; duas
uirtutes facit totius generatiuæ: alterā quæ ꝑ calidū. Quæ alteratiua
uirtus/ſeu īmutatiua prima. Quæ formatiua/ſeu ars optima/ſiue uir-
tus agens præcepto ſui creatoris agit: ac frigidū & humidū: ac ſiccū
Auicēna quā uocat ipſe alteratiuā: Auicēnam īmutatiuā primā: quæ uirtus: ut
inq̄t Gal'. lib. i. de uirtutibus naturalib⁹. facit os: cartilaginē: neruum:
mēbranas: ligamētū: uenas: & reliq̄ huiuſcemodi: quæ ſecūdū primā
aīalis generationē natura opať. Vt aūt ait Auicēna ſn̄ia Gal'. uolēs ut
uideť interpretari: quæ dat neruo cōplexionē ꝓpriā: & oſſi cōpl'ionē
ꝓpriā. alterā quā & Gal'. & Auicen. quoq; formatiuā nomināt: quæ ut
inq̄t Gal. facit mēbroꝝ ſimilariū cōpoſitionē: & eoꝝ quę īnaſcunť cō
plicationē: & ī inteſtinū ꝓpaginē & formā cauitatis interioris. Vt aūt
Auicē. ſcribit: quæ p̄cepto ſui creatoris facit mēbroꝝ lineationē & ip
ſoꝝ figurationē & cōcauitatē & foramina: & lenitatē: & aſperitatē:
& eoꝝ ſitus: & ipſoꝝ cōtinuitates. Hāc uirtutē Gal. ait eſſe artificioſā
uel potius artē optimā atq; ſupremā. Auicen. ex p̄cepto ſui creatoris
oīa: quæ agit operantē: Hęc uero illa eſt de q̄ Gal. atq; Ariſt. in uerbis
ſupra allegatis dubitarūt: ne ſit uirtus diuinior q̄ illa quæ ui agit q̄lita
tū primaꝝ aut ſecūdaꝝ. Hāc aūt Ariſto. dubitationē q̄dā recentiores
Cap. iij. ph̄i ac medici/q̄ arabū doctrinā ſequūť mihi uideť accipe ex. ij. lib. de
gene. aīaliū. ubi Ariſt. Theodoro īterp̄te ſcribit hęc uerba. Ineſt. n. in
ſemine oīum q̄d facit ut ſint fœcūda ſemīa. vȝ q̄d calor uocať. Idq; nō
ignis nō talis facultas aliq̄ eſt. Sed ſpūs q̄ in ſeīe/ſpumoſoq; corpe cō
tineť: & natura q̄ in eo ſpū eſt ꝓportione rn̄dēs elemēto ſtellaꝝ. Quā
ob rē ignis nullū aīal gn̄at. Neq; cōſtitui q̄cq̄ dēſis ul' hūidis uel ſiccis
uideť. At uero ſolis calor & aīaliū nō mō q̄ in ſeīe cōtineť: veꝝ ēt ſi q̄d
excremēti ſit q̄q̄ diuerſū a natura: tn̄ id quoq; pricipiū hēt uitale. Cę
teꝝ calorē ī aīalib⁹ cōtētū: nec ignē eē/neq; ab igne originē ducere.
aptū iā ex his eſt. In his uerbis Ariſto. nō dubitanti: ſed plane aſſerēti
ſil'is ē. Cōptū. n. iā eē inq̄t: nō aūt ēt dubitari ſit ne calor naturalis cō-
tētus ī aīalib⁹ ignis: an natura aliq̄ elemēto ſtellaꝝ ꝓportiōalis. Neq;
adeo hoc loco de uirtute formatiua ſeīs loq̄: de qua ait Gal'. ipm du
bitaſſe quantū de alteratiua ſiue īmutatiua: quæ ſm̄ Galenū facit os

carnē neruū & oſſa: & oēs deniq; partes ſimilares aīalis de q̄bus neq;
ambigit Ariſto. quin ui calidi: frigidi: humidi: ac ſicci generētur: ut cō
ſtat ex uerbis libri. iiij. metheoroꝝ: paulo antea in mediū adductis: &
ex multis locis libri de generatiōe aīaliū probari pōt. Atq; ex illo præ
cipue ſecūdi de generatiōe aīaliū ubi ita ſcribit. Ortus ſimilariū frigo
re calore ue agitari cōſiſtūt coquūturq; alia frigido alia calido: quaꝝ
rerū differētias alibi expoſuimus ante. ſ. quæ hūore igneq; reſolubiles
quæ hūore inreſolubiles igneq; illiquabiles ſint: ꝑ uenas igiť & meatu
los quoſq; alimentū reſudans: quēadmodū aqua ꝑ crudiuſculā cutē in
carnē: aut carnis ꝓportionalē cōuertiť frigore conſiſtēs: ex quo fit: ut
caro ab igne reſoluať. Sed quæ terrena admodū oriuntur parū hūoris
caloriſq; adepta: hæc dū refrigeſcūt hūore cū calore euaporāte durā
terrenāq; formā capiūt: ut vngues cornua ungulæ roſtra: quamobrē
igne hæc molliūtur. Sed hūore nōnulla liqueſcūt: ut ouoꝝ putamina.
Nerui & oſſa calore interioræ cōficiūtur ſicceſcēte hūore. Quāobrē
oſſa reſolui ab igne nō poſſunt quō teſta indiſſolubilis eſt. Hoc ī loco
Ariſto. palā facit ſe de ortu ſimilariū idē ſenſiſſe: quod etiā lib. iiij. me-
theoroꝝ: neq; uel minimū de ipſis dubitaſſe quin calido: frigido: hu-
mido: & ſicco eoꝝ gn̄atio ꝑficiať quæ eſt alteratiue uirtutis operatio.
Sed potius de diſſimilaribus quoꝝ ſtructura & cōpoſitio admirabilis
beant neceſſario plurimũ ſubſidat contra his qui ex inedia & labore
ruffæ quidem & bilioſæ urinę ſoluitur autẽ morbus priuſq̃ aliquid ſub
ſidat plęrunq; ſufficit enim in his & nebula & ſuſpẽſio bona: talis aũt
eſt alba & leuis & ęqualis: nã & ex ipſis ſanis his qui multũ laborãt &
pauciori cibo utuntur ſunt urinæ bilioſiores. Quare neq; ſimpliciter
Hippocrates uitupauit urinã ruffam ſed quãdo ſimul cũ ruffedine ha
buerit ſubtilitatem ita igitur inquit donec ruffa fuerit urina ac tenuis
morbum crudũ ſignificat liquet autem ꝙ neq; aliquid ſubſidet urinis
huiuſmodi neq;.n.cõtingit ut quæ tenuis ſufficienter fuerit uel ſi mul
to tempore quieta ſteterit aliquã recipiat ſecretionem adeo ut craſ,
ſior pars quæ in ipſa pẽdebat ſubſideat tenuior uero ſuperferatur nã
hoc ſolũ aduenit ijs quę aliquã craſſitudinẽ habent: non tamen ſi etiã
mediocriter craſſa fuerit & breue quicq̃ quod ſubſideat habuerit iam
cocta erit ſi.n.uel farinæ ordei craſſiori uel folijs uel furfuribus ſimiles
ſubſidẽtias habuerit uel nigras uel liuidas uel fetidas pręter id ꝙ quæ
cunq; tales ſunt cruditatẽ habent etiam alioquin ſunt pernitioſæ nã
farinæ ordeaceæ craſſiori ſimiles duarum ſunt diſpoſitionum inditia
grandis ſcilicet colliquationis/& caliditatis eſtuoſæ/ quæ ſanguinem
adurit atq; folia repreſentant ſunt uaſorũ partes ſuperficiales. Quæ
ſcilicet omnino ſunt reſolute ac contabuerũt ita ut furfureæ quantũ
vero hæ cum craſſitię habent paruitatem tantũ folijs ſimiles latitudi
nem ac tenuitatem maiorẽ obtinent nigræ uero ſubſidentiæ uel ex,
cedentem caliditate atq; igneam oſtendunt uel ex frigiditate uehe,
menti extinctionẽ : ſic enim & extrinſecus noſtri corporis partes ni,
gro affici colore uidemus partim.ſ.ex nimio calore ut qui ſe ſoli ex,
poſuerint: partim ex uehementi frigore ut ueluti morte eoꝝ quẽad,
modũ in ſenibus aut quibuſcunq; alijs ſupra modũ refrigeratis ipſarũ
itaq; urinarũ color niger/atq; etiam eorum quę in ipſis attollũtur aut
ſupra uehuntur nebulis ad eaſdem cauſas refertur colorẽ ſcilicet im,
moderatũ aut mortificationem ex refrigeratione uehemẽti/ peſſima
igitur eſt omnis urina denigrata adeo ut neminem unq̃ ſeruatũ uide
rim ex his qui talem urinam minxerunt minus uero pernicioſa ſi ſolũ
id quod ſubſidet nigrũ fuerit atq; adhuc minus ſi ſolũ id quod in me,
dio iacet ac multo minus etiã ſi nebula / color uero uiridis fit in tran,
ſitu ad nigrum & eſt quodã ueluti principiũ nigri/nam ſi morbus ma,
lignus fuerit/& uomitibus & alui excremẽtis & urinis uiridibus poſt,

modum nigræ ſuperueniũt : color autem liuidus eſt tantum frigidita
tis effectus/odor uero prauus putrefactionis ꝙ ſi ueluti oleum minga
tur colliquationis eſt ſignum tales quidem urinæ prauę ſunt. Quæ au
tem bene coloratę ſunt & ſubſidentias habent albas & leues & ęqua
les aut nebulas quaſdã aut ſuſpenſa ſimilia omnibus urinis bonitate
pręcellunt & præſertim in quibus ſubſidẽtia leuis fuerit ſm bonitatis
obtinent locũ in quibus ſuſpenſa talia ſunt tertium in quibus nebulę/
hæc igitur coctionis ſigna ſunt reliqua uero omnia partim cruditatẽ
partim perniciem portendunt/nã quæ alba eſt & tenuis ac turbulen
ta cruditatẽ. At quæ farinę ordei craſſiori: aut folijs aut furfuribus ſi,
milis eſt/atq; nigra aut uiridis aut liuida eſt oleaginea & fetida perni,
tiem ſignificat: quæ autẽ ſubruffa aut ſubflaua eſt : adhuc autẽ tenuis
quatenus quidẽ tenuis cruda exiſtit : quatenus uero talem habet co,
lorem iam coquitur: eſt autem media inter eas quæ ſunt exquiſite cru
dæ & coctę: ſicuti & quibus alba quidẽ ſunt & leuia quę ſuſpenſa ſunt
inuulſa uero & minime continua: hoc uero etiam in ſubſidẽtibus con
templari oportet ſi non modo alba ſint & leuia ſed ſi omnino æqua,
lia & ꝙ in nulla parte diuulſa ſint/& ꝙ omni tempore talia ſint: nam
ſi alternatim mingatur pura in ſubſidentibus ſemicoctum eſſe mor,
bum ſignificat: De hiſce igitur omnibus admirabilis Hippocrates pri
mus omnium quos ſcimus optime docuit: & quo pacto in uiris quidẽ
ac mulieribus nigrę urinę peſſime ſunt: in pueris autem aquę ſimiles:
nam in his magis cõſuete ſunt craſſiores : rurſus uero perfectis magis
ruffę conueniunt. Quod uero maxime contrarium eſt proprijs perni
cioſum: ſed & de ſubrubentibus urinis: & ſtatim habentibus ſubſidẽ
tiam ſubrubentem ac leuem recte dixit ꝙ ſunt quidem ſatis ſalubres:
ſed diuturniores his quas paulo ante ſemicoctas nominaui: ſanguinis
enim tenuis ac ſeroſa ſuperfluitas iſtas intingit: oportet autẽ non mo
do hãc ſed etiam aliquid ruffę bilis admiſceri. Si uero calor naturalis
adeo eſt imbecillis ut neq; ruffam generet bilẽ: neq; ſanguinẽ exq̃ſitę
coctũ ſed adhuc ſero ſimile atq; humidũ ꝙ quidẽ ad ſui robor tẽpore
egeat eſt manifeſtũ. Quot uero hęc diſpoſitio ſine periculo ſit mate,
rię: nam demonſtrat quę neq; tenuis aut aquæ ſimilis eſt neq; integre
craſſa: ſed neq; acris quędã aut putrida: optima uero exiſtẽs & prope
naturã ſanguinis ſed poſtq̃ de urinis quantũ ad pręſentia erat neceſ,
ſariũ oĩno dictũ eſt/reliquũ eſt ut dicamus quod policiti ſumus facere
de pręcognitiõe ſtatus/atq; alioꝝ tẽpoꝝ morbi ſi unũ aliquod ex his
ſignis aut etiã pluriũ collectio haberetur quę firmiter indicare poſſet
id quod futurũ eſt/ neq; ipſe Hippocrates dixiſſet artẽ longam / neq;
noſtri temporis medici admirarẽtur ſi ad cognitionẽ medicinalẽ hæc

omnia uenirent. Quoniã uero neqꝫ ſignum ita fidele eſt ut exquiſite
oſtendat ſingula ex futuris temporibus ſed neqꝫ quæ ſm concurſus
quoſdam ſigna ſunt cõplicata ſola poſſunt experientia iudicari mul-
ti enim numero hoc pacto concurſus fierẽt adeo ut nemo eos poſſet
enumerare neqꝫ obſeruare neqꝫ memoria tenere iccirco neceſſariũ
eſt ſigni cuiuſqꝫ naturã exquiſite conſyderare ſi quis vult recte pręco
gnoſcere ut ex ui uniuſcuiuſqꝫ pręcognitionẽ faciat: neqꝫ.n.quæ plu-
rima ſunt illa omnino paucioribus ſunt ualentiora: ſæpe.n.ſignũ unũ
forte multis debilibus fidelius exiſtit: hæc igitur admirabilis dicebat
Hippocrates in libro pręcognitionũ ſigna adiſcentem oportere om-
nia iudicare uires eorum inuicem comparantem: quare & rationabi-
ter ſm uires eorum tradidit diſciplinã: nam ſimpliciter deinceps bo-
na ſigna enumerans: deinde rurſus mala adnotans autem in appella
tionibus uniuſcuiuſqꝫ naturã pernitioſumqꝫ & graue nominãs & gra-
uius & grauiſſimũ & minus graue & magis graue: ſic & prauũ & pra-
uius atqꝫ prauiſſimum & mortificũ quoqꝫ & malum ſimpliciter: non-
nunq̃ uero ualde aditiens utriqꝫ ſignorum generi & his quæ nunc di-
cta ſunt: & his quæ praua ſunt/aut bonum aliquod oſtendũt: nam &
in illis hoc quidem optimum dicit: hoc uero bonum ſimpliciter: hoc
autem magis: hoc uero minus tale uero eſt & quod dicit bonum ual-
de & magnam habere uim ad ſalutem: nõnunq̃ uero nihil ex his ad-
dens quod temporis inditium erit & longe ſolutionis tantũmodo me
minit nobis ut arbitror de hiſce omnibus ratiocinãdum relinquens ꝙ
neqꝫ omnino praua ſunt/neqꝫ penitus extra periculũ/ſed cum ui qui-
dem forti ſalutaria cum debili autem periculoſa: hæc igitur non ſolũ
legenda ſunt in Hippocratis libris ſed & memoranda ſępius atqꝫ ob-
ſeruanda in ægrotãtibus: nam ex continua inſpectione exquiſitã eo-
rum poteſtatis habemus notitiã: ſemper uero mente reuoluere opor
tet ac conſyderare: quæ nam ſint ſigna optima: quæ autem peſſima
& quæ in medio confinio horum ueluti gradus quoſdã habentia: nõ-
nulla quidem optimis: nõnulla uero peſſimis proximiora: & quæ qui-
dem minus: quæ uero magis ſint proximiora uel remotiora / & quæ
nam exquiſite media ponẽda ſint inter bona & mala ſigna: deinde
deinceps conſyderandũ quæ nam ſemper mala ſint/ & quæ cõtinuo
mala & quæ nam in totius morbi temporibus permutentur/ cum ali-
quando bona fiant/aliquando mala / & nõnunq̃ fida: nõnunq̃ uero
infida etenim & hoc ab Hippocrate dictum eſt admiratione dignũ.
Quot his qui non ſm rationem leuiores facti ſunt / neqꝫ credendum
eſt/neqꝫ pertimeſcendum valde quæ praue contra rationem euene-
runt quod niſi quis nouerit/ neqꝫ etiam manifeſte poteſt præcogno-

ſcere ſed aliquãdo inſtantie iam criſi nihil a vulgari quopiam differre
videretur ſed perturbaretur ac compaueſceret de futuris nonnunq̃
vero exiſtimans liberatũ eſſe a morbo ægrotum atqꝫ ei uictus liberta
tem permittens magni alicuius mali occaſionem afferret omnino au
tem male uictum inſtituet ſi futurum ſtatũ nõ pręcognoſcat niſi quis
enim ad hunc reſpiciẽs ſtatim ab initio uictus modũ adhibuerit fieri
non poteſt quin magnũ aliquod malum afferat ægrotanti: hæc igitur
iam nos dicamus quemadmodũ propoſuimus ſingula per genera di-
uidentes & primum ꝙ ſignorũ omniũ triplex eſt differentia tranſiga
mus deinde ſingulorũ uires poſtmodum quo pacto quiſpiam morbo
rum tempora pręcognoſceret triplex quidem ſignorũ omnium natu
ra qualis ſit mihi antea dictũ eſt/ ſed nihil deterius etiam nunc repe-
tere quod nõnulla quidem cruditatis nonnulla uero coctionis quędã
mortis quędam ſalutis ſunt ſigna: hęc quidem duo ſunt genera tertiũ
autem & aliud genus quod criſibus adiacet coctionis igitur & crudi-
tatis ſigna alui excrementa & ſputa & urinas ſtatuere oportet/ mor-
tem autem & ſalutem portendentia ſunt quæ una cum his excernũ-
tur & quæ per totũ apparẽt corpus de quibus latius in libro progno-
ſtico Hippocrates ſcribit quantũ ad criſes attinet aliquid quidẽ ualẽt
nõnulla ex his eſt tamen proprium atqꝫ pręcipuũ eorũ genus quod
paulo poſt totũ explicabimus at cruditatis & coctionis ſigna ſtabilẽ
ſemper propriã habent poteſtatẽ ſiue ſtatim in primo die ſiue in ſta-
tu apparuerit modi autẽ morborũ ſigna tripartita ſunt nam quędam
vt ſupra dicebatur in urinis & alui excrementis & ſputis apparent
quędã in diſpoſitionibus totius corporis inueniuntur quędam in ani-
malibus & naturalibus uidentur operationibus/hęc uero non omnia
fidelia ſunt in omnibus morbi tẽporibus ſed deiceps ipſa diuidemus.
Criticorum autem accidentium duplex quidem natura eſt quoniam
aliqua ſunt tanq̃ cauſę & ſigna uel tanq̃ ſigna ſolum. Infida uero eſt
uniuerſa eorum natura & contraria ſignificans ac faciens in diuerſis
morborũ temporibus in his autem totũ eſt pręcognitionis certamen
ſed in alio quidem tempore & ſm aliã diſpoſitionẽ critica ſunt: ſcdm
uero aliam aliquam uel diſpoſitionem uel morbi tempus accidentia
vel ſigna praua fiũt critica uero neqꝫ omnino ſunt de hiſce uero etiã
ab Hippocrate ſępius dictũ eſt ſufficit autẽ in pręſentiarũ unius dicti
ex ſecunda epidimiarum libro meminiſſe decretoria quæ non decer
nunt quædam mortalia quædam uero difficulter decernũt hoc uero
haudquaq̃ ineſt coctionis aut cruditatis ſignis ſed ex his nunquodqꝫ
vnũ factũ atqꝫ idem ſemper ut uerbi gratia urina quæ bene colorata
eſt & albã & leuem & ęqualẽ habet ſubſidentiã coctionis eſt ſignum

tenuis autẽ & quæ nullam ſubſidentiam habet urina ſemper. Crudi-
tatis eſt ſignum & quę quidem coctionem ſignificat bona eſt ſemper
quæ uero cruditatem non bona: ſi quid eorum quæ prius diximus re-
cordamur / ſi tamen capitis dolorem / aut dementiam / aut uertigi-
nem / aut difficilem hanelitum / aut anxietatem / aut grauem ſom-
num inſpexeris nihil in his ſtabile neq; bonũ neq; malum poteris prę
cognoſcere ſm eandem rationem neq; ſudores uel uomitus aut uen
tris aut urinæ multum profluuium aut ſanguinem de naribus / uel de
vulua uel de emoroidibus emanantem aut parotidas alioſq; decubi-
tus: hęc enim omnia & decernentia fiunt & non decernentia ſm du
plicem modum aut quia nullo modo decernunt aut quia male / nam
colli dolor uel temporũ grauitas & tenebrę obortę oculis atq; uerti-
gines & capitis dolores & lacrimarũ inuoluntarius effluxus facieſq;
ſimul cum oculis rubẽs aut labrũ agitatum uel uigilię aliquę aut ſom-
nus grauis ſunt tantum ſigna criſis aliquando ſicuti & creber haneli-
tus quẽ gręci Aſthma uocãt & quædã anxietas uel difficultas haneli-
tus uel pręcordiorũ retractio & ſtomachi faſtidium uel nauſea ſuffi-
ciens & eſtus & ſitis uehemens: & dolor cordis / & non poſſe recum
bere / & delirare / atq; exclamare. Fiunt igitur & hæc ſępius iam immi
nentis criſis inditia. Alterum uero genus nõ ſolum ſignorum decre-
toriorum ſed etiam cauſarũ obtin et uicem: ſunt uero hęc uomitus &
excrementa alui & multitudo urinarũ & ſudores & ſanguinis fluxus
& parotides atq; de cubitus: contingit autẽ neq; in primis accidenti-
bus. Quæ tantum ſigna ſunt criſis neq; in ſecundis quæ & ſignorum
& cauſarum etiam uim habent criſim ex neceſſitate ſequi: alterꝫ uero
genus eſt ſignorꝫ ſimul atq; accidentium quod neq; decretorium no-
minat quoniam neq; oſtendit neq; facit criſim / neq; omnino fidũ eſt
ſicuti coctiones neq; infidũ ex toto eſt ſed eſt inuenire inter ea quæ-
dam ſemper bona. Quędã autẽ mala at eſſe talia ut plurimum omni-
bus ineſt fortem igitur habere animũ atq; ad ea quę offeruntur bene
ſe gerere bonũ: bonũ etiã facilis hanelitus & facilis tolerantia & pul
ſuum bonitas & facies ſimilima ſanis decens accubitus & totius cor-
poris æqualitas: & quæcũq; alia Hippocrates in prognoſticis ſcribit
cuiuſlibet ſigni uim manifeſte diſtinguens: quæcũq; enim ſimpliciter
bona & mala nominat ſępius talia exiſtunt atq; ab eo optima & peſ-
ſima dicũtur & quibus pręſertim adiũxerit uerbum ualde talem uim
habent ꝙ ſemper unũ quodã oſtendunt aut raro accidit ut nõ oſtẽ-
dãt / hac igitur exiſtente inter ſigna differẽtia ſiquidẽ impoſſibile eſt
diſtinguere quãdo ſigna decretoria criſim oſtẽdũt uel quãdo ea quæ
decernũt accidẽtia bonã aut malam afferũt criſim fruſtra ea uerba

Hippocrates pronuntiaſſet his qui non rationabiliter leuius ſe habẽt
non oportet fidere: neq; uereri multũ mala quæ fiunt præter rationẽ
fruſtraq; nos de criſibus tractare inſtituiſſemus: ſi uero neq; aliud qc
quã ex omnibus neq; hæc fruſtra dicta ſunt ab Hippocrate erit omni
no aliquod ſignum fidum quo id quod ſm rationem ab eo quod prę-
ter rationem ſeparatur ſed quidnam hoc ſit libenter audirem ab his
qui ſuperbe ueterem negligunt medicinam nos enim credimus uerꝫ
id eſſe quod ab Hippocrate dicitur ꝙ coctiones criſis celeritatem &
ſalubrem ſecuritatem ſignificant: cruda autẽ & incocta & conuerſa
in abſceſſus criſium defectus: aut uehemẽtes labores aut mortes aut
eorũdem malorum reuerſiones unde & principij tempus ſicuti etiã
diximus antea non alio quopiam diſtinguimus / illi autem nullum no
bis principij tẽpus dederunt atq; ob id nequeunt diſcernere quando
exitialiter quiſpiã male ſe habet uel delirat. Quandoq; uero imminẽ-
te iam criſi at ſimiles vulgaribus ſunt neq; quem finẽ ea quę fiunt ſine
habitura pręnoſcentes neq; quid facere oporteat inueniẽtes ſed de
his quidem etiam mox dicetur. Quomodo uero etiã ſi nundũ adſint
vniuerſalia morbi tempora quiſpiam ipſa pręnoſcere queat quantũ
maxime ad uſum artis ſit neceſſariũ hoc iam tranſigemus: propoſitũ
enim eſt ſtatim a primo die ſaltem tantũ cognoſcere ꝙ uel in primis
quatuor diebus uel in ſecũdis ægritudo decernetur / nã utrũ in quar-
todecimo uel uigeſimo die iſtud fiet nundũ liquet uerũ ex hoc haud
magna ſequit in uictus ratione mutatio quẽadmodũ ſi quarto uel qu
to die criſis affutura eſſet ac talẽ aliquis uictũ inſtitueret qualis ſi qua
drageſimo die morbus finiri deberet inſtitueret: hoc.n.maxime eſſet
abſurdũ & qcũq; medicus primo uel ſaltẽ ſecũdo die nõ præcogno-
ſcit morbũ q extra primũ ſeptenariũ nequeat extẽdi hũc per multũ
erraturũ ſit ueriſimile: ſi igit uel ſemel / uel bis tali errore delinqueret
uenia dignus foret: ſi uero nullã eſſe futuri ſtatus ꝓcognitionẽ opinat
hic nec minimã quidẽ medicinæ artis partẽ eſt aſſequutus. Ego uero
tantũ abſum ut omne quod futurꝫ ſit penitus incognitũ putem ut ſę-
pe de eo certiſſimã haberi ſcientiã exiſtimẽ. Quid.n.ſi aliquis primo
ſtatim die nullũ habens ſignũ periculoſum: uerũ inſuper omnia ſalu
taria acute quidem febricitet. Vrinã aũt mingat bene coloratam ac
mediocriter craſſam an nõ in propatulo eſt medico q in artis operi-
bus fuerit excercitatus hũc in primis quatuor diebus criſim habiturũ
& eo magis ſi nebula aliqua uel ſuſpẽſio optima ipſi affore atq; etiã
tanto plus ſi bona ſubſidentia ſed hoc quidẽ breuiter dictũ eſt nõ ta-
mẽ breui tẽpore diſci poteſt / omnia.n.& bona & mala ſigna cogno-
ſcere opotet illũ q id certiſſime ſit pręcogniturus quẽadmodũ horũ

habens ſcientiam aiebar Hippocrates & mitiſſime febres quę cum ſi-
gnis ſecuriſſimis fiunt quarto die finiunt uel prius: at quæ malignitate
excellunt & cum ſignis grauiſſimis accidunt: quarto die occidunt/ &
antea mittes quidem dicẽs contrarias malignis & ꝙ neutræ quartum
tranſcendũt diem oſtendẽs/ſed hæ quidẽ omnino ſoluũtur : hæ uero
interficiunt: ſicuti igitur quę omnia habet ſigna tutiſſima febris acuta
in prima periodo decretorioꝝ dierum ſolutionẽ habet ſic quę iſti pro
xime adiacet diem ſeptimã non tranſcenderet ſed quæ nam eſt hæc:
an illa vꝫ cui non omnia ſunt tutiſſima ſigna: dictum.n.eſt iam & an-
tea ꝙ non idem ſit ſuperlatiue & ſimpliciter dicere quicq̃: non igitur
ſecurum & ſecuriſſimũ / neqꝫ malignum & maligniſſimũ / neqꝫ graue
& grauiſſimũ eandem uim habent : ſit iam quædã a primo ſtatim die
febris acuta ſed nõ ſupreme ſimpliciſſima & cum tutiſſimis ſignis ſim-
plex tamen & cum ſignis tutis quam Hippocrates mittem nominat:
ego hanc clarioris doctrinę gratia ſimplicẽ uoco fugiens ambiguita-
tem hæc febris ad ſecundum quaternariũ progredietur: nũquid ue-
ro uel quinto die uel ſexto uel ſeptimo finietur procedenti ſermone
determinabitur: eodem modo maligna & cum grauibus facta ſignis:
nã & hęc quãtũ abeſt a maligniſſima / & cum grauiſſimis ſignis adue-
niẽte tanto & mortẽ afferet tardiorẽ: ſi quis uero ſimplices & ſimpli-
ciſſimas & malignas & maligniſſimas febres diſtinguere neſcit/neqꝫ ſi
recte aut non recte de his Hippocrates dixerit unq̃ poterit experiẽ-
tia perpẽdere ꝙ ſi neqꝫ ſignoꝝ uires intelligat/ſed ſimpliciter opine-
tur: hæc quidẽ bona: illa uero mala tãtũmodo eſſe adhuc magis tanq̃
uetulæ cantilenã quæ ab Hippocrate ſcripta ſunt leget. Ego quidẽ ta
libus ab his cõmentarijs cenſeo abſcedendũ: at qui libros prognoſti-
cos Hippocratis accurate legerunt. Iſtis deinceps uerba faciã in pri-
mo quidẽ die: ſic uero me audi continue totum ex luce & nocte tem
pus in uiginti ac quatuor horas partitum accipiẽtem urina quidẽ ſit
exquiſite aquea : febris uero debilis hic homo in longũ tempus pro-
trahetur ſed quantum hoc erit in primis diebus cognoſci non poteſt
neqꝫ cognitu utile eſt : nam cuius gratia tali egemus præcognitione
iam id habemus uictus.ſ.formam conueniẽtem inſtituere cum ſtatus
poſt plurimos dies ſit ſubſecuturus ſingulis quidem quaternarijs ſin-
gula ſigna diligenter obſeruãs etiam ipſum ſtatus tẽpus exquiſita po
teris aſſequi pręcognitione: oportet.n.inquit a primo die cõſyderare
& in ſingulis quaternarijs animaduertere & non latebit quorſum uer
tetur morbus. Hęc igitur in ſequẽtibus plenius exequemur ad primi
aũt temporis pręcognitionẽ quod principiũ nominamus ad quantũ
temporis extẽdetur iam magnũ quodã in primo die aſſumptũ fuiſſe

demõſtrauimus quod in ſecunda die manifeſtius adhuc diſtinguetur/
nam ſi eodẽ modo ſe habeant febris & urina non modo quod nondũ
morbi augumentũ incohauit dicere poſſumus ſed ꝙ neqꝫ ante ſepti-
mam diem incohabit ſiquidẽ didiciſti ꝙ urina aquoſa extremã habet
cruditatẽ: quare non ſolũ poſſibile eſt principij tempus cognoſcere/
ſed etiã pręcognoſcere ad quid terminabitur. In his igitur adeo diu-
turnis morbis tempus principij eſt ſufficiẽter longũ : in peracutis au-
tem maxime breue: nam ſi ſtatim in prima die in urinis aliquod ſignũ
coctionis appareat iam principij terminus exijt. Nũquid igitur nullũ
omnino habuit principiũ/uel hoc quidẽ impoſſibile: neqꝫ.n.cõtingit
ut morbus ad propriũ ſtatum perueniat ſine principio & aſcenſu: ex-
treme autẽ breue eſt ſępius utrũqꝫ tempus adeo ut in prima die mor-
bus perueniat ad ſtatum. Talis igitur & tam uelocis principij finẽ nõ
oportet pręcognoſcere/ſed ſatis eſt ut iam cum adeſt dignoſcamus.
Et quando primũ ad aſcenſum cõuertitur intelligamus manifeſte: eſt
autẽ cõmunis horũ principioꝝ & aſcẽſionũ dignotio cum primis par
tibus acceſſionis idem eſt.n.illius & totius morbi principiũ aſcenſus:
neqꝫ.n.& illa ſtatim incohat a ſtatu hoc ſiquidẽ nemo unq̃ uidit: neqꝫ
poteſt animo cõcipi ꝙ in primo inſultu ſtatũ obtineat ac ſi a fulmine
foret percuſſus. Quomodo igitur in primo die cognoſcet morbum in
ſtatu cõſiſtere ſed quõ aliter q̃ ſi affuerint ſigna coctionis. Tale enim
quid accidit in humoꝝ crudoꝝ coctione quale & in mẽbris inflãma-
tionem patiẽtibus. Quodã autẽ in loco de his Hippocrates in hunc
modũ ſcribit circa puris generationẽ dolores & febres accidũt magis
q̃ iam facto. Sicuti igitur non cõtingit iam ſuppurata inflãmatione fe
brem ãplius in ſtatu cõſiſtere uel dolorẽ occurrere. Eodẽ modo neqꝫ
ſi quid optimũ in urinis ſubſidat ſiquidẽ nebula ſola uel ſuſpẽſio bo-
na facta fuerit nõdum tamẽ tẽpus aduenit ſtatus & multo magis ſi ni
hil hoꝝ affuerit niſi forte morbus ualde bilioſus extiterit. Quicũqꝫ igi
tur omnibus his quę a nobis dicta ſunt ſæpius inuiſendo ægrotos mẽ
tem diligẽter adhibuerit hunc nullũ vnq̃ tẽpus latebit ſed ſi morbus
acutus fuerit quãdo præſens fuerit ipſum exquiſite dignoſcet necnõ
haud ita multo poſt futuꝝ ꝓcognoſcet. Si uero lõgitudinẽ habuerit
multo antea illud vẽtuꝝ cõiectura aſſequet. Et quo proximius acceſſe
rit eo manifeſtius pręcognoſcet: nã in uniuerſum ꝓcognoſcere opor-
tet ꝙ niſi manifeſtũ appareat inditiũ coctionis totũ illud tẽpus inter-
mediũ eſt principiũ morbi. Quantũ uero deſit pręſentibus ex inditio
illo manifeſto coctionis/ & a morbi motu atqꝫ natura & tẽpore anni
& regione & ętate & tẽperatura ipſius ægrotãtis inuenies : ſi.n.lõgus
fuerit morbus uerbi gratia: ſicuti quottidiana febris & tarde moueri

in hoc ægrotãte uideatur & quodã mõ fumare ac ſuffocari & tempus
anni hibernũ fuerit & locus frigidus: ætaſq; ac natura ægrotãtis uer-
git ad frigiditatẽ multo eſt opus tẽpore intermedio ad hoc ut manife
ſtum ſignũ generet̃ quod tẽpus totũ principio eſt ãnumerandũ: ſit ita
igit ut hyberno tẽpore incipiat febris amphimerina in corpore ita ſe
habẽte: quẽadmodũ diximus una cum exq̃ſite crudis & aquoſis urinis
non modo neq; intra ſeptimũ diẽ ſed neq; etiã quartũ decimũ quiſpiã
habere poſſet manifeſtũ ſignũ coctiõis: ſic autẽ appello ea quæ inter
debilia ſunt & p̃fectæ coctionis inditia: p̃fecta igitur coctio eſt quãdo
in urinis ſubſiderit aliquid albũ & leue & cõtinuũ: debilis autẽ coctio
quãdo urina ex aquoſa mediocriter ſubruffa facta fuerit. Et quidem ſi
turbulẽta apparuerit & talis permãſerit & hæc quoq; occultę & debi
lis coctionis eſt ſignũ & ruffa etiã ac tenuis ex eodẽ genere eſt ſed ni-
hil hoꝝ iam principiũ eſſe finitũ oſtẽdit: hoc. n. manifeſtius ſemper in
ditium expetit uel. ſ. nebulã albam: aut ſuſpenſionẽ æqualem conti-
nuam atq; albam. Et quidẽ rubẽs nebula & ſubſidẽtia talis & ſine ſub
ſidẽtia bene colorata urina & craſſitudine mediocris principij finem
manifeſtat: ſic & in laterum & pulmonũ paſſionibus ea quæ proprie
ſputa uocantur urinaꝝ ſubſidẽtijs aſſimilãtur. Nihil uero omnino ex-
puere ſed tuſſim tãtũmodo ſiccã habere tale quid eſt quale in urinis
extreme crudũ quod aquoſum nominamus: ꝙ ſi ab eo quod eſt nihil
expuere: ad expuere ueꝝ hũida & oĩo cruda fiat trãſmutatio liquet
ꝙ debilis atq; occulta omnino eſt huiuſmodi permutatio & nõdũ fini
tum eſt primũ ægritudinis tempus quod principiũ diximus nominari
quãdo igitur hæc quidẽ ceſſabit / atq; integre ad augumentũ morbus
conuertet̃ quãdo ceperit ſpuere pauca cocta. Reliquũ uero omne tẽ
pus abhĩc uſq; ad ſtatũ ſemper eo magis plura ac meliora atq; facilius
expuente ægroto: cum uero exquiſite cocta fuerint & multa & ſine
difficultate educta: tunc ſtatus eſt tẽpus: quãdo uero ſimiliter quidẽ
exquiſite cocta & ſine moleſtia educta / atq; eoꝝ multitudo decreue
rit dolorq; non amplius affuerit tunc ceſſare ſtatũ arbitrãdũ: ſubſequi
tur. n. declinatio: ſupponamus igitur ęgrotũ aliquem a morbo laterali
habitũ / neq; expuentẽ aliquid & urinas quidẽ mingentẽ tenues / ſed
bene coloratas circa diem vndecimũ expuere quidẽ incipiat: verum
humida ac cruda: hunc quidẽ ꝙ nemo diceret ante diem undecimũ
eſſe in aliquo alio morbi tẽpore q̃ in principio omnibus manifeſtũ: in
vndecimo uero fortaſſis uideretur alicui manifeſte tranſgreſſum: ve-
rum nõ ita ſe habet: nam dies undecimus quartidecimi index exiſtẽs
ſecundi ægritudinis tẽporis manifeſtũ ac certũ illud pręmõſtrat: ob-
ſeruans igitur quartũ decimum diem ſi prę oſtenſis concordat: & poſt

hunc rurſus decimũſeptimũ: quoniam & hic uigeſimi eſt index: quẽ-
admodum in libro de diebus decretorijs diximus age iam in hoc die
ſupponamus expuiſſe pauca quidem ſed cocta ægrũ expuiſſe huic in
die uigeſimo poſſibile eſt aduenire criſim non tamẽ perfectã ob talẽ
cauſam: quoniam non eandẽ uim habẽt neq; inter indices primi cum
poſterioribus neq; primi decretorij cum ultimis: at ualẽtiores quidem
primi ſunt / ſed iam in longum protracta ægritudine imbecilliores red
duntur: oportet igitur procedente morbo: & tum præcipue quando
ſufficienter crudus extiterit magnã fieri tranſmutationẽ ut ſecura cri-
ſis ſperetur: magna autẽ eſt permutatio cum perfecte cocta mingun-
tur atq; expuũtur. Talia uero non ſupponebãtur in die decimoſepti-
mo affuiſſe quare nec fieri poterat ut hic ægrotus in die. xx. liberare-
tur aut p̃fectã criſim haberet: ideo mutationẽ aliquã effatu dignã fie-
ri ſat erat ut poſſet in aliquo ex ſequẽtibus decretorijs diebus integra
ſolutio aduenire: nũquid igitur ſolum ſuppoſitio quędã eſt hic ſermo
uel eſt etiã talis ęgrotus. Mihi quidẽ habere hęc omnia quæ diximus il
le uidetur de quo ſcribit Hippocrates ĩ tertio epidemioꝝ ille ab Hip-
pocrate ſcriptus ægrotus a peſtilẽti conſtitutione ordine octauus. Ita
autẽ omnis ſermo ſe habet in abderis anaxiõ qui habitabat circa por
tas thracias febris acuta inuaſit hominem lateris dolor continuus ad
derat tuſſis ſicca neq; expuebat primis diebus ſitibundus erat / & per
uigil urinæ bene coloratæ tenues / & multæ ſexto die delirauit ad
concalefactiones nulla fiebat remiſſio / ſeptimo die grauius ſe ha-
buit: nam & febris intendebatur: neq; dolores minuebãtur / & tuſſes
infeſtabant difficileq; habebat hanelitũ octauo die uenã in cubito ſe-
cui ſanguis multus effluxit qualẽ oportuit dolores remiſſi ſunt: tuſſes
tamen ſiccæ inſequebantur undecimo die febres minores factæ ſunt
paruus ſudor circa caput exijt: tuſſeſq; a pulmone humidiores de-
cimoſeptimo cepit pauca quædã concocta expuere uigeſimo febre
liberatus eſt poſt criſim leuius ſe habuit. Siticuloſus uero erat / neq; a
pulmone optimę erãt expurgatiões. Vigeſimoſeptimo febris redijt /
& tuſſis eduxit plurima & cocta urinarum ſubſidentia multa & alba
ſine ſiti & bene ſpirans factus eſt: quarto & trigeſimo die ſudauit:
per totũ corpus per criſim febris ſoluta eſt: huic uero: & omnia alia
quẽadmodũ nos ſuppoſuimus uidẽtur aduenisse: & de urinis quãuis
non pluries: quẽadmodũ in alijs ęgrotis mentionẽ faciens / ſed bis tã-
tũmodo in principio quidem ꝙ tenues eſſent in ſeptimo & uigeſimo
die ſubiungens urinis inerat ſubſidentia multa & alba manifeſtum
ſe facit primũ exquiſite coctas urinas minxiſſe dicere: propterea igi-
tur / ut & antea dixi in die uigeſimo criſim / ſed imperfectam quan-

dam quoniam in decimo ſeptimo cepit pauca quędã cocta expuere
non tamẽ integra criſis ſubſequuta eſt: quoniã neq; exquiſita coctio
vrinarum aut ſputorũ propterea igitur inquiet erat autem ſiticulo-
ſus atq; ex pulmone non erant optimæ expurgationes hic igitur no-
bis ruſus ad memoriã reuocans ꝙ recte dictum eſt quę relinquũtur
in morbis poſt criſim ſubuerſiones facere conſueuerũt ſeptimi igitur
ac uigeſimi diei lege enarrationẽ quę ita ſe habet ſeptimo & uigeſi-
mo febris redijt tuſſis eduxit cõcocta plurima urinis multa ſubſiden-
tia alba ſine ſiti reſtitit nam cũ antea dixiſſet ꝙ in tempore interme-
dio poſt uigeſimũ diem & ſitis/remanſit ei / & a pulmone non erant
optimæ expurgatiões deinceps inquit ꝙ in ſeptimo & uigeſimo die
facta ſubuerſione febricitauit ſine ſiti autem reſtitit & optima expue
re cepit & in urinis ſubſidentiam habuit multáq; ac albam hoc igitur
eſt quod prius dicebat / ꝙ uidelicet in morbis febrilibus tale quid ac
cidit quale in his quæ ſuppurantur inflãmationibus ſicuti enim & ibi
cũ generatur pus & dolores & febres pręcipue contingunt ita & hic
dum coquuntur humores qui febrem efficiunt: ſic igitur & in ana-
xione quãtũ ex prima illa criſi defecta relictũ erat hoc rurſus efferue
ſcens in coctionis tempore illam quę anteceſſit criſim febrem gene-
rauit hoc uero a naturali calore non autẽ febrili prouenisse dierũ na-
tura non minime indicat/dies.n.undecimus optime quidem ſed de-
bilis coctionis principiũ fecit deinde decimus ſeptimns ſignũ coctio
nis manifeſtius oſtendit deinde uigeſimus criſim defectam poſt hos
vero ſeptimus & uigeſimus integræ coctiõis inditia dedit propterea
& ſubinferens inquiet quarto & trigeſimo die ſudauit per totũ ſine
febre reſtitit atq; ex toto criſim habuir liquet.n.ꝙ ĩ trigeſimo quarto
die poſt uigeſimum ſeptimũ concoctæ ſunt ſimul & excrete omnes
ęgritudinis cauſę per urinas quidẽ quæ febres faciũt ꝑ ſputa uero quę
thoracẽ infeſtant oportet autẽ huius meminiſſe ſermonis & ob prę-
ſentia & ob illa quę dicenda ſunt & hęc tria inuicem differre arbitrã-
dum & debilẽ coctionem & manifeſtam atq; perfectã debilis enim
in undecimo manifeſta uero in decimo ſeptimo perfecta uero in ui-
geſimo ſeptimo facta eſt poſt quẽ in omnibus ſeptem diebus morbus
ſolutus eſt & totũ hoc tempus ſtatus fuit quemadmodũ & in ſequen
tibus manifeſtius oſtendemus hoc igitur ſputum quod ſeptimo & ui-
geſimo die apparuit in primis morbi diebus ſi quidẽ apparuiſſet cum
optimã ſubſidentiã urinis habẽtibus fieri nõ potuiſſet quin in prima
ſeptimana morbus finiretur primos vȝ dies ęgritudinis aio quos pri-
mes ꝑfinit quaternarius &.n.primũ morbi principiũ iuxta ſm ſignifi
catũ in hoc circũſcribi tempore prius dicebã & hoc eſt quod inquit

In laterali morbo ſputum ſi ſtatim appareat incipientem breuiorem
facit: nam cum principium tripliciter dicatur ſecundum unum quidẽ
modum de primo inſultu qui latitudine caret ſecũdum: alterum uero
de eo quod ad tertium extenditur diem quod ſolũ mihi teſſalus ſom-
niare uidetur: & præter hęc etiam id quod tanq̃ pars totius accipitur
morbi quod manifeſtę coctionis ſigna præfiniunt: de omnibus hijs
Hippocrates uerba facit: quẽadmodum ex his quæ antea ſcripſimus
liquet & in ſequentibus commentarijs manifeſtius oſtendetur. Quot
uero iuxta ſecundum ſignificatum principium oſtenderit: cum dixit
id ſputum quod in lateralem morbum patientibus apparet in princi-
pio breuiorem facere neminem latere arbitror: ſed de his etiam in ſe
quentibus diſtinguemus: quo pacto uero quiſpiam/ aut iam præſens/
atq; perfectum id quod tanq̃ totius morbi pars principium accipitur
cognoſcere queat: aut iam futurum præcognoſcere mihi iam uideor
manifeſte demonſtraſſe. Nam perfecti principij firmũ eſt ſignum co-
ctio manifeſta: futuri autem & ipſius morbi natura / & tempus anni/
& ætas laborãtis: ex ſuperabundãti autem & regio in qua ægrotat/&
modus eius qui anteceſſit uictus: cum nundũ morbo correptus eſſet
ſpecialiora uero inditia futuri finis primo ægritudinis tẽpori coctio-
nis inditia ſunt, & quo pacto hæc præcognoſcere oporteat: quando
maxime futura ſint: dicetur quidem diligentius: & in his quæ ſequen
tur. Dictum uero fuit etiam nunc ꝙ conſyderare oportet quantũ di-
ſtant præſentia cruditatis ſigna ab his quæ aderunt in manifeſta co-
ctione: & quis nam ſit in morbo motus modus hoc eſt utrum acute/
aut tarde: veluti ſuccẽſa moueãtur. Vtiliſſimũ uero ad hoc magis ue-
ro ſummopere neceſſarium exquiſite ſcire cognoſcere: quantũ inui-
cem diſtant/ac ſupabundant: & coctionis / & cruditatis ſigna: nam
& cruditatis non paruam inter ſe habent differentiã: adhuc autẽ ma
gis coctionis ſiquidẽ integre cruditatis inditia in primis quatuor die-
bus permaneant longum erit huic morbo principij tempus. Si uero
mediocris in ipſo apparuerint: longum quidem & hoc erit ſed non
priori. Similiter ſi autem parua fuerint cruditatis ſigna futurum etiã
principij tempus paucum erit his addenda ſunt & illa quæ ab Hippo
crate dicta ſunt lõgioris temporis eſſe ſignificatiua de quibus plenior
nobis erit in ſequentibus: ſermo nũc autẽ gratia exempli huius apho-
riſmi meminerimus frigidi ſudores: cum acuta quidem febre mortẽ
ſignificãt: cum mitiori uero morbi prolixitatem: nam ſi in primis die-
bus pręualẽtibus adhuc cruditatis ſignis talia ſigna apparuerint prin
cipij tempori addent: & liquet ꝙ etiam tempus aſcenſus longius erit
atq; eadem ratione ſtatus poſt multum tempus occurret. Sic autem

& morbi ſolutio: quare nō ſolum primi temporis in primis diebus ali-
quam habebis artificioſam coniecturam: ſed etiam ſequentium exqui
ſitius autem & magis ipſa præcognoſcet ſi ſuccedentibus quaterna-
rijs mentem adhibueris: nam primus qui debilis coctionis ſignū oſtē
dit ipſe manifeſtius reliquum pricipij indicabit cum iam hoc tibi ſine
vlla dubitatione conſtabit / ꝙ uniuerſum illud tempus in quo nullum
eſt manifeſtum coctionis ſignum primum eſt ex quatuor temporibus
morbi quod nos principium nominamus: nam ſi ad hoc reſpexeris ni
hil erit amplius difficile inuenire ſi in tot primis diebus ab his quę pri-
mo die apparuerunt tot iam abſceſſerit quot erunt reliqua tranſigē-
da uſꝗ ad manifeſtam coctionem: inde autem aſcenſus incipit: ſed in
hoc v; aliqua defecta criſis apparebit. Quēadmodum paulo antea
in ægroto qui lateralem morbū patiebatur oſtendi / uel ſi morbus ex-
pectauerit integrū ſtatum: ſic & criſis integra erit. Sæpius uero neꝗ
ulla fit criſis poſt ſtatus tempus: ſed paulatim morbus ſoluitur longo
tempore coctionem recipiens. Quo pacto autem anteꝗ̄ fiant hæc fu-
tura præcognoſcere oportet in ſequentibus cōmentarijs explicabi-
tur: nam in ipſis liquido oſtendam quādo in aſcenſibus / quando etiā
in ſtatibus morbus criſim habeat / & quādo ſine ulla omnino criſi pau
latim coctus diſſoluitur & clarum eſt ꝙ huiuſmodi ſolutionē / neꝗ cri-
ſim nomino / ſi qua uero uniuerſa fiat permutatio: & multo magis ad-
huc eam quæ antecedit agitationem ita appellare conſueui: & qui-
dem harum præcognitiones in ſequentibus dicam. Melius enim non
ſolum ꝙ in hoc tempore integram morbus habebit ſolutionem: ſed
vtrum cum magna aliqua pugna / uel ſine uexatione atꝗ periculo ali
quo intelligere: hæc igitur omnia in ſequentibus commentarijs oſtē-
dentur: & præterea bonarum aut malarum criſium præcognitiones
integrarum quoꝗ ac defectarum: in horum uero omnium principio
præponam ipſorum morborum inuadentium dignotiones. Quoniā
enim & ab ipſo morbo diximus oportere quædam de temporibus ſin
gulis noſcere: ac pręterea a ſtatu anni / & ab alijs quæ diximus niſi eo-
rum omnium ſtatus a primo die aliquam haberemus cognitionem ſi-
mile quodam multis medicorum iuniorum patiemur: nam ſicuti illi
utrunꝗ ignotum circulo demonſtrare conantur / uel ex his quæ ma-
gis obſcura ſunt manifeſtiora ſic & nobis accideret / niſi uniuſcuiuſꝗ
morbi formā: ſtatim in primo die aliquo modo dignoſceremus. Opti-
mum igitur ſi in ipſo primo die: & hoc milies iam fieri poſſe probaui-
mus & tertia nos & quarta nos & quottidianos circuitus in primo ſta
tim die conſyderantes. Si uero aliquando in hoc manifeſte dignoſci
non poſſet: tunc coniecturā aliquam artificioſam habebimus ex qua

bonam uictus rationem inſtituere incipiemus. Exquiſitiorem autem
aſſequemur in ſecundo die / uel omnino in tertio uel quarto: & hoc
igitur ipſum melius foret oſtendere / & præbere inditia eorum quo-
rum a primo die ſtatim exquiſitam poſſumus habere cognitionem.
Eorumꝗ etiam de quibus coniecturam aliquam non rudem habere
poſſe ſperamus / & tertio uel quarto exquiſitius diſtinguere: rurſus
igitur incipientes a prima ſecundū librum: reliqua etiam ſingula quæ
promiſimus conuenienti ordine proſequemur.

PRIMI LIBRI DE CRISIBVS

FINIS.

Capita Secundi Libri.

Quot ſicuti eſt exqſita tertiana / ſic & quotidiana / & quartana. Caput. primū.

Quot præter eas febres quæ exquiſitæ circuitus habere dicuntur: ueluti quotidiana/& tertiana/atq; quartana quæ in infebritationem deſinunt ſunt quędam aliæ in idem genus cum intermittētibus coeuntes continue. Caput. ſecundum.

Quot earum quæ exquiſite quottidianæ & tertianæ & quartanę ſunt ex prima acceſſione anteq̄ ſecunda ſuperueniat: poſſumus habere cognitionem. Caput. tertium.

Quot oporteat primum in ſimplicibus diſpoſitionibus dignoſcendis exercitari q̄ citiſſime ſingulis in morbi principio: deinde ſic ad cōpoſitoꝝ morboꝝ notitiā accedere. Caput. quartū.

De dignotione febrium quæ aut inflammationes / aut humorum ſequūtur putredinem. Caput. quintum.

De ephemerinaꝝ febriū natura ac dignotione. Caput. ſextū.

# INCIPIT SECVNDVS DE CRISIBVS LIBER.

DICTVM QVIDEM ET IAM ANtea eſt ab initio ſed & nūc etiam melius eſt cōmeminiſſe: ꝙ ſiue uniuerſam ex morbo tranſmutationem ſiue ſubitam tantum ſiue bonam ſiue eam quę antecedit omnes ueloces alterationes conturbationē quiſpiam uelit nominare criſim non eſſe meum hoc in loco propoſitum definire ſed quo pacto optime quiſpiam has omnes iam pręſentes dignoſceret & futuras præcognoſceret id eſſe huius ſermonis inſtitutū: At cum id quod maximum atq; ad hęc omnia ſummopere eſt neceſſariū iam oſtenderimus morborū ſcilicet tempora iam pręſentia cognoſcere & futura pręcognoſcere deinceps cuiuſq; ægritudinis cognitiones/ ac præcognitiones adnotauimus: & quoniā eas ex multis fieri demōſtrauimus quorū unum eſt ipſius ęgritudinis forma. Quo pacto & hanc optime quiſpiam poſſet primo die cognoſcere ad hunc ſm̄ librū tradere diſtuli ſi quiſpiā nobiſcū affuit in curatiōe ęgrotātiū ex prima acceſſione & quottidianā febrē & tertianā & quartanā & ſemitertianā & eā quę ab ardore cauſon appellatur plurimoſq; alios morbos pręnoſcētibus ex ipſo opere huius cōtemplationis habuit experiētiā ꝙ ſi nūq̄ talibus prędictionibus īterfuit equū eſt hūc: neq; admirari de his quę dicemus anteq̄ ueritatem in ipſis experiatur ſed neq; etiā damnare priuſq̄ uniuerſum ſermonē noſtrū auſcultauerit atq; uſu ipſo explorauerit audire quidem atq; intelligere ea quę dicuntur omnibus cōmune eſt ita enim a me clare explicabūtur ut neminem latere poſſit ſermones aūt noſtros experiētia cōprobare ſiquidē nobiſcū futurus eſt illi erit q̄ facile ꝙ ſi ipſe ꝑ ſe ipſum explorare uoluerit nō ęque expeditū: uerū & in pulſuū differentijs dignoſcēdis excercitatū eſſe oportet atq; omniū artis operū ſufficientem habere experiētia uerā enim cognitionem non ex his qui male opinantur ſed ex his qui recte pertractant comprobari fit ueriſimile: hos igitur ſolos ad diſciplinā atq; eorū quę docentur iudicium ſermo noſter admittit reliquos uero qui medicinæ artem adeo dedecorarunt ut eam ſex menſium fecerint diſciplinam hos neq; iudices neq; diſcipulos adhibet: alterū enim nō poſſunt alterum nolunt: dicendum igitur iam quo pacto quiſpiam in

primo die morbi naturam agnoſceret: diem autem per totum hunc
ſermonem noſtrum in eo accipimus ſignificatu: ut non ſolum lucem
ſed noctem etiam complectatur: ſicuti & menſem ex triginta diebus
conſtare dicimus non id tempus tantum quo ſol ſupra terram fertur
appellantes diem ſed etiam illi tempus noctis adijcientes: ſic etiam
quodammodo annum dicimus tricentos & ſexaginta quinq; dies cō-
plecti ſicuti aūt de diei nomine & de eius ſignificatu diſtinximus eo-
dem ut arbitror modo & de ęgritudine oſtendere oportet ꝙ eſt diſ-
poſitio ledens operationē & ꝙ duplex ſępe conſiſtit: hęc uero utraq;
in libris de morborum differentijs ſunt demonſtrata: ſimplicem itaq;
diſpoſitionem nemo qui perſpicaci ſit intelligētia in primo die igno-
bit: habet. n. propria inditia. Eā uero quæ cōmixta eſt non oībus per
initia cōtingit agnoſcere: neq; uero abſurdum eſt ad duplicis diſpo-
ſitionis cognitionem duobus opus eſſe diebus: ſicuti ſi triplex fuerit
tribus. At uero unam ſimplicem ignorare diſpoſitionem abſurdum/
& maxime turpe/ oportet itaq; in omnibus diſpoſitionibus ſimplici-
bus exercitari: ut ex his ſingulis iam perfectas prōpte noſcamus: nā
niſi in hoc accurate antea laborauerimus: neq; incipientem & paruā
adhuc exiſtentem agnoſcemus ſicuti neq; oliuam uel ficum uel quer
cum nuper e terra pululantem poteris unquā internoſcere ſi iam ꝑ-
fectas plantas ignoraueris ſed ꝙ hoc etiam maius eſt neq; ipſas iam
perfectas ſimpliciter cognoſcere ſufficit ſed niſi iam perfectas pręco
gnoueris nullam ex his quæ nuper natæ ſunt ſeparatim internoſces:
non tamen neq; ſtatim neq; quamprimum. Cū in iſtas incideris ſed ſi
cuti ex perfectis ſingulas non ſemel neq; raro cōſpicatus adhuc ſuffi-
ciens ad prompte cognoſcendū factus es. Eodem arbitror modo te
oportet & ex his quæ nup natæ ſunt ſingulas non ſemel neq; bis ſed
ſępius cōtemplādo ſufficientē ipſarū habere notitiam. Quare ſi quid
eorū quæ hoc in loco ſcribuntur ad exercitationē referre tentaueris:
prima autē te experiētia fefellerit: nō propterea ſtatim deſperaueris
tāq̄ res ſit impoſſibilis neq; ab exercitatione diſceſeris: priuſq̄ ſæpius
in eadem exercitatione ꝑſtiteris: neq; enim qui ſagittandi artē medi
tatione aſſequi ſtudent: licet ſæpius in principio aberrent a meta ui-
des ob id ſuū exercitium intermittere/ aut propter aberrationē ani-
mo contriſtari. Quando igitur ſagittandi artem minimam exiſtentē:
adeo ut etiam a mancipijs commode pertractetur nemo ſtatim inci-
piens aſſequi integre poteſt qd de arte Aſclepiadū exiſtimare opor-
tet quæ tam multa indiget contemplatione & tam exquiſita ac labo
rioſa in operibus exercitatiōe: ſiqdē unus ex eoꝝ numero fueris: qui
pro rebus pulcherrimis atq; honeſtiſſimis laborare inſtitueris primū

omnia quæ dicent in ſingulis morbis diligēter ꝑdiſces: deinde in ipſis
opibus exercitaberis: deinde ita de his iudiciū ferre tēptabis: nunqd
uere an falſo dicta ſint: Quot ſi ut diximus ocioſam & ſocordē uitam
degeris/ uel laborioſam qdē ſed circa deteriora diuitias honorē & ci
uilem potentiā ueritati pręferēdo melius tibi fuerit: neq; hāc contem
plationē attingere/ neq; in plenum ceno puteū aquā purā infundere
nā & aquā & puteū una deſtrues neq; quicq̄ iuuabis: ſimplicē igitur
morboꝝ ſinguloꝝ diſpoſitionē: iā. n. ad ueritatis amicū me cōuerto
primū ipſam ꝑ ſe ipſam cognoſcere ſtude ac circa hoc te exerce nō
ex his ſolū quæ ipſi extrinſecus adiacēt qualis eſt cōtēplatio multorū
ſed primū qdē ac maxime ex his quæ ſm propriā inſunt ſubſtātiā de-
inde iā ex his quæ ſępius accidunt ueluti in ea febre quæ tertiana no-
minatur nō hoc tantū aīaduertes: ſi tertio quoq; die fiāt acceſſiones
in infebricitationē deſinētes: nam ſi duę tertianę uel duę quintanę fe
bres ſint ſingulis quidē diebus duę tertianę acceſſiōes habebūt: duę
autē quintanę tertio quoq; die quare uel duas tertianas unā putabis
quottidianā uel duas quintanas unā tertianā ſed formā ipſam febriū
te inſpicere iubeo: neq;. n. inſultibus acceſſionū ſimiles ſunt/ neq; ac-
ceſſionibus/ neq; ſtatibus/ neq; remiſſionibus/ neq; in caloris qualita-
te/ neq; in motu arteriaꝝ/ neq; in his quę ſuꝑueniūt accidētibus: ſi igi
tur neq; tertianā ipſam per ſe ipſam/ neq; quottidianā unq̄ inſpicere
licuiſſet obſcura foret eaꝝ dignotio/ ſed qm̄ tertianā ſeꝑatim datur
contēplari quādo incipit atq; progreditur: & iam ꝑfecta ſoluitur eo-
demq; modo quottidianā non admodū difficile eſt ab una quottidia
na duas tertianas diſtinguere: age igitur primū incipe exercitari in
ueris atq; exquiſitis typis: neq;. n. aliud quicq̄ fruſtra ſcripſit Hippo-
crates neq; illud etiā ꝙ exquiſite tertianę longiſſimus terminus eſt ſe
ptem circuituū. Quęnā igitur eſt hæc tertiana exquiſita: nullū. n. eius
inditiū ſcripſit Hippocrates tale ut etiā vulgaribus eſſet manifeſtū.
Sed ſi ego te manuduxero facile intelliges quā uocet exqſitā tertia-
nā ꝙ ſi te ꝑ uolumina circūuolui permiſero āteq̄ cōmode introduca-
ris nō mō nihil utile diſces/ neq; de tertiana/ neq; de aliquo alio mor-
bo ſed mille erūt quę obaudies. Cū igit legeris in aphoriſmis morbos
q tēpore ęſtatis maxime abundāt eſſe febres cōtinuas & adurētes &
tertianas plurimas primū aduerte ne hoc ipſum obaudias ꝙ ęſtatē in
telligit non quę pręter naturā ſe habet qualē aliquādo ait in cranone
fuiſſe cū pluuię uiolēte ꝑ æſtū toto tēpore deſcēdiſſent / ſed ſi ordinē
aliquē ac modū in ſingulis tēpoꝝ ſtatibꝰ adnotaſti tu nūc ad memoriā
reuoca ꝙ hyems quidē præ oībus anni temporibus humidiſſima eſt
ac frigidiſſima: contraria uero ipſi eſt æſtas ſicciſſima/ ac calidiſſima:

ſi uero contra hyems quidem ſicca: ęſtas uero humida fuerit tempo-
rum ſtatus haud ſecundũ naturam ſe habet: neqꝫ igitur æſtiuæ ægri-
tudines tempore ęſtatis tunc abundabunt: neqꝫ enim exiſtimare de-
bes ꝙ propter temporum appellationes ſingulę ęgritudines accidãt
talis ſcilicet uel tales ſed propter circũfuſi aeris temperaturã: nã qua
lem hic naturã habuerit ita etiam nos afficit ſecundũ hoc igitur uie-
bat Hippocrates cum uer autumno ſimile factum fuerit autumnales
ægritudines expectare oportet: calidum uero & ſiccũ æſtiui tempo-
ris ſtatum eſſe oportet quando exquiſite ſuam naturã ſeruauerit ſed
ſi hæc ita ſe habent liquet ꝙ æſtas quæ maxime talis exiſtit plurimas
afferet febres tertianas: nũquid igitur temporis ſtatus calidus & ſic-
cus magnum prouentum febrium tertianarum efficiet: regio autem
calida & ſicca nõ etiam pluſq̃ frigida & humida earundem feratior
erit hoc etiam omnino clarum eſt ſed nonne ęgrotantis temperatu-
ra hoc quoqꝫ eſt neceſſarium: ꝙ ſi uictu calidiori ac ſicciori etiã uſus
fuerit hoc eſt laboribus pluribus atqꝫ uigilijs & curis atqꝫ triſtitijs ci-
biſqꝫ paucioribus ac bilioſioribus non ne etiam ex hoc ipſe ſe ipſo bi
lioſior reddet & ideo calidior ac ſiccior nam ꝙ ex cauſis calidis ac ſic
cis flaua bilis aggregari conſueuerit didicimus ab Hippocrate: tum
ex multis alijs tum ex his quibus eam æſtate dicit abundare hęc a me
dicta ſunt & iam tertianæ febris generationem didiciſti quæ enim in
æſtate aduenerit calida & ſicca cum etiam regio talis fuerit & labo-
rantis natura ſimilis & uictus qui antecesſit ad idem perduxerit hæc
poteſt eſſe febris tertiana & nos quidem hucuſqꝫ bilioſam febrẽ ſer-
mone genuimus: nundũ autem cõuenienter tertianã: nam ſi febres
continuas & adurentes quas gręci cauſones uocãt: & tertianas plu-
rimas & eſtas ipſa & aliæ quas antea cõmemorauimus cauſæ ſingulę
faciunt cõmunis eſt uſqꝫ ad hoc cum febribus adurentibus tertianę
generatio ſed & hoc ita ſe habere uidetur & ipſa tertianę acceſſio ab
acutiſſimis maximeqꝫ adurẽtibus febribus nullo relinquitur ſed quo
differt ꝙ in hac per totũ corpus bilis defertur/ atqꝫ ideo uehemens
fit rigor biliſqꝫ ſuperuenit uomitus, urinæ atqꝫ ſudores bilioſæ ſunt: di
ctum uero & de his alibi eſt in alijs uero adurẽtibus febribus quę nul-
lam habent intermiſſionem flauæ bilis humor in uaſis una cum ſan-
guine contineri oſtendebatur atqꝫ hoc ipſe a tertianis differunt q̃uis
eo qui utrunqꝫ facit morbum humore cõmunicẽt ꝙ in his quidem in
tra uenas continetur: in illis uero cum uehementer moueatur per ſin
gulas corporis partes diſſeminatur quo fit ut delationis impetu ipſa
per ſe ipſam expurgetur eadem cauſa eſt cur febris ex ſudoribus atqꝫ
vomitibus finiatur/ in adurentibus autẽ febribus ſingulę acceſſiones

ad infebricitationem non perueniunt: quoniam qui eorum cauſa eſt
humor non expurgatur ſed cum etiam in his bilis uehementius agita
tur ac ueluti efferueſcit iãqꝫ a natura inualeſcente compellitur tunc
rigor ſuperuenit & febris ſoluitur: nam a febre adurente inquit Hip-
pocrates habito ſuperueniente rigore ſolutio: ꝙ uero nõ modo cau-
ſa frigida ſed & acris & calida rigorem poſſit efficere in libro de cau
ſis accidentium oſtendimus addentibus nobis eos in quibus calidum
atqꝫ acre medicamentum ſuperimpoſitũ ulceri uehementer momor
dit atqꝫ inde natus eſt rigor & qui ſuperfluitatibus pleni ſunt fuligino
ſis deinde balneas ingreſſi horruerũt: ſic enim & febricitantes & qui
uehementem cruditatem patiũtur: & omnes quorum corpus ſuper-
fluitatibus acribus redundauerit ſiue in balneis ſiue in locis uehemẽ-
tius a ſole calefactis ſiue quocunqꝫ alio motu agitentur ſtatim quidẽ
uidemus horrere: & ſi diutius in eiſdem perſtiterint ad rigorem con-
cuſſumqꝫ perduci: quoniam ubi ad balneas atqꝫ exercitia uentum eſt
qui interim humores cũ quieuerãt uehementius moueantur: hi enim
omnes agitati & ꝑ ſententia corpora uiolenter delati ꝑcutiunt/ pun
gunt ac feriunt/ atqꝫ hinc ſenſum inæqualem rigorem cõcuſſumqꝫ in-
uehunt: hęc quidẽ igitur alibi dicta ſunt. Tertiana uero febris quæ ex
flaua bile mota ortum habet rationabiliter ſtatim ab initio rigorem
affert nõ mediocrem hoc ipſo primum a quartanæ rigore differens:
quoniam pungi uidetur ac percuti corpus. Talis enim eſt in tertianis
febribus rigoris ſenſus ſicuti in quartana febre ſimilem frigefactionẽ
habet ęger qualis propter gelu tempore hiberno ſentitur: nã & illud
oſtenſum eſt ꝙ in quartana febre atra bilis redundat ſicuti in quotti-
diana pituita. Tertianam igitur exquiſitã febrem fieri non contingit
ſine rigore uehementi pungente ac feriente carnem. Quartana au-
tem febris neqꝫ primo die ſtatim cũ rigore inuadit uehemẽti: nã pro-
grediente ipſa atqꝫ aucta una etiã rigor augetur ſenſuſqꝫ ægrotãtibus
adeſt nõ quaſi pungãtur ſed potius contũdantur cũ quibuſdã ueluti
refrigerationibus uſqꝫ ad oſſa tendentibus: nã ita eos audire licet di-
centes ꝙ uideantur in oſſibus pati laborem & carnem habere cõfra-
ctam. In quottidianis autem non antecedit rigor neqꝫ ſtatim ab ini-
tio neqꝫ in progreſſu ſed ſolum frigefactio: nũquid igitur hęc ſunt ter
tianarum febrium inditia uel neqꝫ pulſus ullam habent cũ quartanis
ſimilitudinem: hęc enim paruos & debiles & tardos & raros adeo fa
cit pulſus ĩ inuaſionibus ut nulla altera diſpoſitio: tertianis uero par-
ui quidem ac debiles tardiqꝫ ac rari cum inuadunt pulſus neceſſario
adſunt. Verum tarditas ac raritas nõ parum ab his abeſt qui in quar-
tanis accedũt: nam in quartanarum principijs uidebitur tibi quodã-

modo arteria eſſe alligata atq; ad interiora retracta neq; liberum ha
bere aſcenſum: in tertianis uero neq; aliq̄d tale percipitur/tarditaſq;
prope accedit ad eum qui ſecundum naturam eſt motus. Cum uero
quartanæ febres inuadunt q̄uis ægrotus iuuenis fuerit talis fit motus
arteriæ qualis in ætate decrepita: his igitur omnibus legittimæ tertia
næ differt acceſſio/ac præterea certus ordo/atq; æqualitas pulſibus
ineſt: neq; enim in his aliqua in uno motu adeſt inæqualitas neq; etiā
in collectione: quamuis hoc rarum ſit & quod paucis acceſſionum
principijs ſoleat accidere. Iam igitur hæc febris cum primum inuadit
neminem illorū latebit qui ſæpius ipſam ſunt contemplati ſed & ad
huc magis in his qui uocātur aſcenſus/atq; augumenta: nā æqualem
& liberam habet pulſus celeritatem: ſtatimq; ad magnitudinem atq;
uehementiam excitatur/hiſq; omnibus frequentiam reſpondentem
neq; ipſis ullum adeſt inflammationis ſignum. Iam igitur & ſitim in
uehit & hominē exurit & paulopoſt in uigore conſiſtit/calorq; æqua
liter quaq; uerſum extenditur/nihiloq; plus thorax extremitatibus
calet: & ſi manum appoſueris in primo quidem occurſu obuius fit ca
lor multus atq; acris quiq; ueluti quodam cū uapore efferatur paulo
vero poſt a manu ſuperatur non ut in febribus malignis adurentibus
accidit: contra enim ille grauiores ac moleſtiores quanto diutius per
durant apparent & iam bibendi tēpus adeſt ęgrotanti & ſtatim poſt
potum plurimus uapor calens per cutē exalat ſudoris nuncius biliſq;
ſuperuenit uomitus uenterq; ſoluitur & bilioſum mingunt nunc qui
dem unuſquiſq; exquiſitam tertianam agnoſceret incipit enim ſudor
vaporoſus ac calidus quemadmodū in balneis totum uero ipſis cor
pus æqualiter ſudat/taliſq; eſt pulſus: qualis in his qui bene ualentes
exercitantur & balneātur uelox ſcilicet ac magnus & uehemens ac
freques: erat autem & ſtatim ab inito æqualis ſed pręter hæc omnia
& ad infebricitationē deſinit/uniuerſumq; acceſſionis tempus ultra
duodecim horas non extendens: nam hoc tempus longiſſimum eſt
in ueris tertianis ſæpius autem aliquando ſeptem horas acceſſio con
tinet nonnunq̄ citius aut tardius ſed non multo finitur hanc quidem
febrem ſi nundum noueris eſſe exquiſitam tertianam: ſed expecta
ueris deliram illa appellatum diatritum iam non eſſe theſalicus aſi
nus ſed potius lapis: ſi uero etiam ipſo ægroto mingente urinam ſub
ruffam/& ſubflauam/& paulopoſt craſſitudine mediocrem/uel albā
nebulam uel ſuſpenſionem optimam fecerit iam non etiam lapis ſim
pliciter fores ſed is qui molaris nominatur ſiquidem hanc eſſe tertia
nam ignoraueris & exquiſitam tertianam quæ ultra quartum circui
tum non progredietur. Ruffa vero urina exiſtente/neq; ſuſpenſione

aliqua neq; nebula in primo circuitu apparente ad ſeptem circuitus
extendetur inter omnes autē tertianas illa ſimpliciſſima eſt quæ om
nia illa nuper a me dicta exquiſite tertianæ ſigna pręmonſtrauerit in
urinis etiam ſubſidētiam albam & leuem & æqualem ſtatim in primo
fecerit die: neq; enim hęc ultra tertium progredietur circuitū: nūq̄d
igitur poſtq̄ diximus omnia legitimæ tertianæ ſigna quandam veluti
ipſius geneologiā per capita facientes: iam ad aliud trāſgrediamur.
Acceſſio ſi quidem incipit cum uehementi rigore faciens quales di
ximus pulſus deinde paulopoſt augetur properatq; ad ſummum ri
gorem cum his quæ diximus omnibus deinde ſoluitur eo quo dixi
mus modo ipſius vero generatio anni conſtitutionem aridam & ca
lentem requirit & ut ſumatim dicā æſtima. Aetatem vero conſiſten
tem & naturam bilioſam quæ in laboribus vigilijs curis & inedijs ex
titerit & ſi tibi libet his etiam adde propter lapideos methodicos
quod conſueuit pariter Archygenes adſcribere ſit ſcilicet ita vt prę
ſens conſtitutio multas tertianas per populum vagantes fecerit: vt
artificioſis inditijs vulgarem quidem ueram tamen coniecturam ad
iungens fidem pręcognitionis adaugeas nunquid per deos nundum
etiam dicemus hanc eſſe tertianam: ſed lanificum diatritum ideſt
tertiam diem expectabimus quam delirus. Theſalus inter mulieres
educatus ſub patre ſceleſto lanas cedente male audebat dicere in
Hyppocratem & reliquos medicos veteres ſuperbe inuehens qui
omnia medicinæ Theoremata ſtantia ac firma pronunciauit tertia
nam febrem inuadētem nequit agnoſcere: ſed diatritū expectat hoc
ſiquidem admirabile eſt quæ quidem non erant certa hæc certa eſſe
dixit omnia autem quę uere certa erant ignorauit ſed huius quidem
vetulæ nec meminiſſe conuenit. Poſtq̄ uero exquiſitam tertianā iam
patefecimus ad exquiſitam quartanā tranſire tempus eſt cuius prin
cipium quale ſit iam diximus antea ꝙ videlicet nihil ſimile habeat in
rigore ac pulſibus cum initio tertianæ nunc reliqua tranſigamus/ſed
neq; id ratione caret vt pulſus qui in acceſſionibus ſunt q̄uis antea
enarratos iterum repetamus: ſi enim cognoueris pulſum ægrotantis
naturalem vel in altero ipſius morbo per initia acceſſionis affueris
nihil amplius expectabis quin febrem inuadentem quartanam eſſe
pronunties: nam eximia quędam ad tarditatem ac raritatem conuer
ſio fit. Ego quidem nōnullos meos familiares quorum pulſus exquiſi
te cognouerā/Iam ingruēte acceſſiōe contēplatus ꝙ tale principiū
nullius alterius q̄ quartanę febris fore contingeret demonſtraui atq;
ita euenit. Tu uero ſi artis quæ circa pulſus uerſatur magnā non ha
bes peritiam deinde raritas ac tarditas eoꝝ te aliter lateret ſecurius

tamen uelles diſcernere pręcepta Hippocratis hoc in loco ad memo-
riam reuoca qui tempore æſtiuo tertianam: Autumnali uero quarta-
nam abundare aſſeuerat : primum uero hoc ipſum conſydera : nun-
quid autumnus frigidam & ſiccam & inęqualē habuerit temperaturā
& tunc magis ſperabis quartanos circuitus in ipſo fore frequētiores
poſt hæc ſi regio ipſa talium febrium ſit generatrix: & ſi ægrotātis na-
tura atræ bili obnoxia ſit taliſqꝫ ratio uictus anteceſſerit quæ huiuſmo-
di humorem aggregauerit: & ſi eo tēpore quartanæ febres popula-
riter fiant: hæc autē cum illis quæ deinceps dicentur obſignabis ſi ho-
mo lienoſus fuerit uel febres erraticas paſſus ſit ſi augumentū & ſta-
tus plurimum contrarij fuerint tertianis febribus/ & ſecundum calo-
ris motus & pulſuum & pręter hęc omnia ſi tenues albę & aquoſę uri-
næ fuerint: nam hę omnino tertianarū urinis diſſimiles ſunt: tertianā
quidem a quartana qui primo ſtatim die neſcit diſtinguere/neqꝫ oīo
medici meretur nomen: quottidianā autē a tertiana diſcernere faci-
lius eſt: neqꝫ enim primo ſtatim die cum rigore inuadit ſed progreſſu
temporis refrigerationes potiuſq̄ rigores ipſis adueniunt : neqꝫ ullus
ordo autem æqualitas pulſibus aſſidet cum primum acceſſiones fiūt:
nouimus autē ꝙ & in augumentis motus uelocitas magnitudoqꝫ atqꝫ
uehementia: quæ omnia tertianis perſpicue adſunt quottidianis non
adſunt/ſed neqꝫ deurunt neqꝫ nudari corpora & palia iactari cogūt/
neqꝫ multum aut frequenter reſpirare / aut ueluti flammam ex ore
efflare frigidumqꝫ potum expetere: verum iſti cum febricitent mini-
me ſitiunt urinæqꝫ ipſis in primis diebus tales ſunt / quales quartanis
incipientibus adſunt/atqꝫ in primis diebus minime ſudant / ſed pro-
grediente tempore hoc etiam illis aduenit: a tertiana quidem adeo
manifeſte differt ut nihil cum ea ſimile habet : ad quartanam autem
propius accedit/ſed & ab hac differt manifeſte primum quidem pul-
ſibus quos in ægrotis familiaribus quiſpiam deprehenderet/ſed & ri-
gore etiam atqꝫ alijs extrinſecis omnibus propter quæ accidunt: nam
& natura egent humidiore uitaqꝫ ocioſa plena crapulis : ſic igitur &
In pueris aſſidue fiunt / ac per rarum eſt quin & os uentriculi/ & epar
in ipſis male afficiatur / ſed & cruditates antecedunt plurimæ & co-
ctionis moræ & accidi ructus & cum primum febrire incipiunt præ
cordia ultra naturæ habitum penitus intumeſcunt : magna uero ex
parte inflantur ac diſtenduntur color his cum paliditate: albus etiam
cum acceſſio declinauerit/taliumqꝫ ægritudinum hibernum tempus
ferax eſt & ſtatus temporis humidus & eiuſdem naturæ locus & ac-
ceſſionum principium tardius mouetur: ita quidem quottidiana ter-
tiana & quartana primo die inuicem diſcernuntur: continuas autem

febres quæ idem genus cum illis quas nuper diximus habent quiſpiā
exercitatus: neqꝫ in primo die agnoſcendi ac diſtinguendi facultate
carebit. Secundo uero die ſi mentem adhibuerit : neqꝫ ſi etiam fue-
rit inexercitatus: voco autem febres continuas idem habere genus
cum ſingulis intermittentibus cum tertiana quidem exquiſita: exqui-
ſitam ardentem: cum quottidiana uero eam quæ quolibet die facit ac-
ceſſionem ſed nunq̄ deſinit in infebricitationem : ſic & cum quarta-
na illam quæ quarto quoqꝫ die ſimiliter: nam exquiſita febris ardens
cū omnia alia ſeruet exquiſitæ tertianę inditia eo ſolo differt ꝙ neqꝫ
cum rigore inuadit/neqꝫ ad infebricitationē deſinit. Quæ uero quot-
tidie acceſſionem facit quando & tempus anni / & conſtitutionem/
& ætatem/& naturam corporū/& regionem/& uictus rationem an-
tecedentem/ac pręterea pulſuum formā/caloremqꝫ eundem habue-
rit cum exquiſitis quottidianis non peruenerit autem ad infebricita-
tionem idem genus cum illis obtinet : eodem modo & quæ quarto
quoqꝫ die acceſſionem facit ſine vlla media interpoſita febris quiete
eiuſdem eſt generis cum quartana / & palam eſt ꝙ neqꝫ rigor in ea
acceſſiones antecedit/neqꝫ ſequetur ſudor: ſicuti neqꝫ in febre ardē-
ti fit horum neutrum/neqꝫ ſtatim ab initio/ neqꝫ deinceps vſqꝫ ad cri-
ſim fieri poſſibile eſt : in his igitur dignoſcendis primum ſe quiſpiam
exerceat/ atqꝫ inuicem diſtinguere ſtudeat ſimplices atqꝫ impermix-
tas eiuſdem generis febres quas ob hoc ipſum legiptimas atqꝫ exqui-
ſitas veteres medici nominarunt. Nam quæ in ſola flaua bile febris
accenditur ſine aliquo uiſceris vitio: ſiquidem manente adhuc intra
uaſa bile accendatur exquiſita febris ardens nuncupatur: ſi vero per
totum corpus deferatur tertiana : ſic & ſi ab atra bile fit febris cum
mobilis eſt quartana fit febris. Cum vero immobilis illa quæ quarto
quoqꝫ die excreſcit: ſicuti ſi ex pituita ortum habeant/ vel quottidia-
næ ſunt/uel quæ ſingulis diebus accenduntur : nam quæ ad infebri-
citationem deſinunt febres. Eandem hypotheſim cum continuis/de
quibus diximus habent vno ſolo differentes ꝙ per uenas/ vel totum
corpus in eis deferuntur humores / quare & reliqua ipſis comparia
adſunt: quia uero cum rigore / uel ſine rigore/& cum vomitibus qui-
buſdam vel ſudoribus fiunt / uel ſine his differentiam habent conti-
nuam quidem nomino febrem quæ ad infebricitationem antequam
ex toto ſoluatur non deſinit. Cum vero neqꝫ declinatio aliqua ſenſi-
bilis apparuerit: ſemper uero a primo principio febris uſqꝫ ad criſim
ſimilis perſeuerauerit. Erit & hæc ex genere febrium deurentium: ab
eiſdem uero acutie differet/ſed neqꝫ in primo die uel ſecundo poſſi-
bile eſt huiuſmodi febrem pręnoſcere : neqꝫ aliter utile: ſufficit enim

genus agnoſcere quot ſcilicet biliosa ſit / atq; perurens & peracuta:
neq; enim ſi etiam ſynochon ipſam nominaueris/ut quidam medici
faciunt appellationis ratione a febribus adurentibus differt : ſicuti
neq; ob id ꝙ tres ſynochi differentias agnoſcentes proprium ſingu-
lis ipſorum nomen impoſuerunt has quidem epacmaſticas ideſt in-
creſcentes:has uero paracmaſticas ideſt decreſcentes has aut acma
ſticas & omothonas ideſt in eodem uigore / atq; tenore perſeueran-
tes nominantes iam ex hac diuerſitate appellationum differre ſecun
dum genus eſt exiſtimandum . Quare neq; ad præſentem tractatum
eorum dignotio plurimum confert : hæ enim omnes in prima ſepti-
mana dijudicantur:hoc uero in præſenti eſt neceſſarium aliquam to-
tius morbi conſtitutionis ac criſis in primis diebus aſſumere cognitio-
nem : ſi enim exquiſita tertiana fuerit intra ſeptem circuitus: ſiue-
ro exquiſita febris ardens intra primam ſeptimanam neceſſario fi-
nietur : omnino autem diuturnæ ſunt / & quottidiana intermittens/
& illi adherens continua : ſicuti & quartana & quæ per quartum diē
excreſcit: quare tria erunt uniuerſa ſimplicium febrium genera ſin-
gula uero ipſorum in duas primas differentias ſecabuntur/uel enim
intermittentes uel continue febres erunt/ & primo die ſtatim inua-
dentes dignoſcentur : Aliæ uero in aſcenſu : aliæ in ſummo earum
vigore : quædam in primis declinationibus / vel febre uacantibus
Intermiſſionibus. Quot ſi morbus compoſitus fuerit non æque faci-
le dignoſcentur . At hic maxima intelligentia atq; exercitatio eſt ne
ceſſaria. Intelligentiam igitur propriam ſuapte natura poſſidens uel
minime poſſidens quiſpiam accedet:exercitationem autem ea quæ
nunc dicetur meliorem nemo reperiet . Oportet enim ipſum ad hoc
exercitari ut ſimplicem febris ſpeciem agnoſcat/atq; ita deinceps
ad compoſitas tranſgredi : Dupliciter vero compoſitum genus fe-
bris conſtituitur : in prima quidem ſectione/ uel quia hæ quas dixi-
mus febres citra alicuius mēbri paſſionem cōmiſcentur/ uel quia ex
membri cuiuſpiam inflammatione accenduntur . Nam in utraq; ha-
rum differentiarum. Alteram rurſus ſectionem fieri contingit : nam
quæ citra membri paſſionem conſiſtunt dupliciter commiſcentur.
Aliquando quidem complicatæ:nonnūquam vero per ſe totas con-
fuſę. Membra quoq; inflammata / & ipſa quædam ueluti complican-
tur. Tantūmodo quædam autem ueluti confuſionem quandam ha-
bent diſpoſitionum : primum igitur exercitari oportet ad hoc/ut
complicationem cognoſcamus: Deinde ipſam confuſionem a febris
bus incipientes:febres quidem complicantur vnius generis cum alijs
eiuſdem generis vel unius ſpeciei cum alijs eiuſdem ſpeciei:contin-

git uero nōnunquam ut etiam differentes : nam quottidianæ tertia-
nis / & his quartanæ & quæ eandem ſpeciem ſeruant inuicem plæ-
runq; complicantur quo ſit ut ſæpius idem homo tres quartanos ha-
beat circuitus:ſed hos quidem nō eſt difficile agnoſcere . Quandoq;
vero aliqua ex intermittentiū genere cum continua complicata diffi
cillimam vixq; explorabilem facit mixtionem de qua deinceps dice-
mus ſi prius omnes quas propoſuimus ſimplices differentias tranſe-
gerimus:nam ſicuti febres ita & patientia loca mixtionem recipiunt
vel quia differentia mēbra propriam ſingula febrem accendunt/uel
diſpoſitio mixta ueluti inflammationis quæ eriſipelati aut eriſipelatis
ꝙ inflāmationi commiſcetur:ſed in his omnibus mixtionibus digno-
ſcendis exercitari oportet quando iam exquiſite omnes earū formas
ſimplices tenuerimus : alia enim eſt forma febris ex latere & ex pul-
mone atq; epate ortę:ſicuti etiam omnes alię febres quæ ex inflam-
matione partium naſcuntur diuerſificantur: ſed & aliæ rurſus formæ
ſunt earum quæ ex eriſipelate accidunt & febris ardens maligna uel
pulmonis aut epatis aut uentriculi eriſipelatibus aduenit : diſtingue-
re autem oportet in ſingulis ægrotantibus: primum quidem ſi ſine lo-
ci paſſionem ſit febris/uel ex humorum putredine/uel quia ſolus ſpi-
ritus ſit alteratus: Deinde ſi membrum patiens febris ſit cauſa/& quę
nam ſit eius diſpoſitio: vbi uero horum notitiam exercitatione com-
prehenderis:tunc eorum omnium mixtiones inuenies. Nunquid igi-
tur nunc a me exiges ut vel de patientium locorum uel febrium om-
nium complicatione recenſeam & ipſe rurſus operis damnabis pro-
lixitatem:hoc enim admirandum plurimi hominū patiuntur ut pau-
ca diſcere expetant & nihil prętermitti: Decem igitur Archygenis de
febrium dignotione uolumina / cum dicant eſſe longa ſolum legere
compendium inſtituunt/neq; hoc ipſum omnes:ſunt autem qui & il-
lum damnent quoniam uolumen integrum de febris notione con-
ſcripſerit atq; ideo hunc nolunt attingere ſiue quicq̄ audire aut diſce
re quantum Eraſiſtratus in febris notione aberrauerit . Cum uero
exigunt ſibi aliquid de febribus enarrari: primam ſtatim differentiā
omnino non admittunt ꝙ videlicet quædam ex locorum paſſione.
Quædam autem ſine illa conſiſtunt:idem etiam circa criſes patiun-
tur ſi quid prætermiſſum fuerit reprehendentes : uerborum tamen
damnantes prolixitatem . Cum hæc duplex ſit ueluti hoc loco di-
ſtinguam : quarum vtranq; cum ipſi uituperent magis tamen ſermo-
num carpūt breuitatem:hanc quidem ut quæ aliquid ex his quæ ſunt
neceſſaria prætermittat/uel ſaltem obſcuram tradat doctrinā proli-
xitatem uero quæ omnia enarrat oportuna / atq; vna falſas aliorum

opiniones refellit longas eſſe nugas autumant / eoſq; qui ſolum uti-
lia docent collaudant: rurſuſq; aduerſus eos qui hæc tantum dicunt
contrarias aliorum opiniones obitiunt temeritatemq; reprehendunt
eorum qui ſine demonſtratione aliquid proferentes dignum putant
vt eis fides adhibeatur : non tolerant autem vel eos qui vtilia latius
edocent: quare neq; mirandum ſi eos / qui de criſibus ſermones ha-
bentur : eodem modo accuſabunt breuitatem quidem vituperando
vt quæ ſimul obſcure doceat/& multa prætermittat / neq; plura au-
dire ſuſtinendo/atq; inſuper quod paulo ante dixi reprehendendo.
Nam & de patientibus locis archygenes tres libros conſcripſit: opti
me quidem omnium qui circa eandem materiam fuere verſati : hæc
igitur ſi in præſentem tractatum transferre tentarem/atq; his præte-
rea addere / quæ a nobis inuenta ſunt prolixitatem operis accuſa-
bunt . Et ſi etiam de febrium differentijs omnia hoc loco tranſige-
rem: multo etiam magis viderer illis eſſe prolixius. Quot uero nullus
ſcribendi modus mordacitatem poſſit effugere tam eſt antiquum/
vt etiam Plato huius rei meminerit : his vero ita ſe habentibus me-
diam ſermonis formam elligere / optimum mihi uidetur . Quid au-
tem eſt medium? Quod ego mihi videor attingere omnia illa demõ-
ſtrans quæ oportet ex neceſſitate cognoſcere / qui recte præuiſurus
ſit morbi ſolutionem qualis quoue tempore futura ſit : non omnia
quidem hoc loco tranſigens / ſed ea enarrans quæ ab alijs obſcuræ
ſunt tradita : quæ vero prætermiſſa hæc addens . Quæcunq; autem
manifeſte / ac recte ſunt a veteribus ſcripta tranſcribere / aut his
quæ ſunt ab eiſdem male dicta contradicere vt longum opus euita-
ui. Poſtquam igitur cum in primo ſermone aphoriſmum Hyppocra-
tis exponeremus illud oſtendimus quot ex ipſius morbi natura non
paruam licet occaſionem accipere ad futura prænoſcenda: mirum
vero multis videtur ſi in primo die quiſpiam morbi ſpeciem agno-
uerit demonſtrare tentauimus: id quidem forte fore difficile : non
tamen impoſſibile eſt/viamq; qua hoc facere oporteat expoſuimus
hic mihi ſcilicet a ſermonis prolixitate abſtinere uiſum fuit / atq; eos
qui hæc uellent exquiſitæ cognoſcere in Archygenis commentarijs
de locis patientibus exercitari iubere / atq; inſuper in commenta-
rijs de Typis/ & febrium notis : nam & forte nos in eoſdem locos
tractatus edemus/ut & quæ a veteribus noſtris ſunt inuenta tran-
ſigamus/ac quædam quæ non recte ſunt ab Archygene ſcripta ſub-
trahamus: omniaq; dilucide aperiamus : quod vero ad præſens at-
tinetur in illis oporteret exercitari . Rurſus igitur quantum huius
intereſt operis illius repetentes nos tranſigamus : Intereſt autem

niam tradere exercitationis de compoſitis morbis qualem nuper de
ſimplicibus fecimus: exquiſitas enim febres/ſiue intermittentes ſiue
cõtinue ſtatim a principio noſcere datur: quæ uero ex mixtione alia-
rum uariantur/atq; adulterantur difficile quidem eſt in die prima nõ
tamen impoſſibile agnoſcere: plurimas quidem in ſecundo uel tertio
uel omnino quarto die exquiſite poſſumus inuenire : nulla enim eſt/
neq; ſpecies/neq; genus morbi quod circa tertiam uel quartam diem
cuius naturæ ſit non poſſit innoteſcere . Inuadat igitur febris aliqua
horrida ſimul atq; omnino inæqualis in pulſibus atq; in eo qui totum
corpus calore ſentitur: ut ſæpius prope ſtatum eſſe exiſtimetur / uel
medium augumenti obtinere. Rurſus uero horrida fiat , & pulſus mi-
nores ſimul & debiliores ac tardiores & rariores habeat: & calorem
quidem ab extremis partibus recedentem: circa uero uentrem / atq;
thoracem redundantem hanc non abſq; ratione quiſpiam hemitri-
teum fore ſperaret / uel potius iam eſſe : a multis uero in tertio die
noſcetur: ſed hæc quidem mixta eſt ex bilioſa & pituitoſa febre : de
quibus antea ſermo habebatur non iam inuicem complicatis : ſed
per ſe totas confuſis : quæ autem ex complicatione fit quadruplici-
ter conſiſtit uel tertiana ac quottidiana commixtis uel ea quæ ſingu-
lis diebus acceſſionem facit continua alteri quæ per tertiam uel ter-
tiana ei quæ ſingulis diebus acceſſionem facit continue / uel quotti-
diana ei quæ per tertium continue nulla ex his mixtionibus in pri-
mo die exquiſite cognoſcitur . Secundo uero inſtante die agnoſcere
facile eſt ac multo magis tertio/rarumq; eſt ut quarta dies ad id ſit ne
ceſſaria : fiat enim ſi ita contigerit in prima die acceſſio una cum ri-
gore : deinde calida atq; deurens febris accendatur ardenti ſimilis
ac ſitibunda/ atq; ad ſtatum celeriter properet pulſus æquales habẽs
magnos atq; ueloces/uehementeſq; atq; frequentes : ſit autem una
cum pulſibus & calor æqualis omnino: deinde cum uomitu & ſudo-
re finiatur : & quædam infebricitatio ſuccedat iam manifeſtum eſt
huiuſmodi acceſſionem eſſe tertiam periodi propriam : fiat autem
& in ſequenti die quottidianæ acceſſio : neq; enim de eiſdem milies
eſt neceſſarium dicere hic mentem adhibere oportet ad horas ac-
ceſſionum ut aliquid de die tertio prænoſcas : nam ſi tertianæ febris
acceſſio circa primam horam fieri debeat: circa undecimam autem
quottidianæ: ſic quidem manifeſta erunt utriuſq; principia / & magis
ſi longiori interuallo diſiungentur: ſi uero utraq; eadem hora inuaſe-
rit mixta erit omnino acceſſionis forma : & ei qui inſpicere diligen-
tius quiuerit: quædam apparet facta confuſio quottidiani & tertia-
ni circuitus. Diſtinguit autem eos manifeſte quarta dies cum tamen

ſint artifici etiam in ſecundo cogniti: adhuc autem difficilior inter-
mittentium cum continuis mixtio ut pluribus omnino impoſſibilis ui-
deatur: ſimul enim & febrem intermitti atq; haud ſine febre hominē
eſſe ex tali accidit cōmixtione quo nihil minus poſſibile eſſe uidetur:
ſed ſi quis & hic exquiſite poſſit agnoſcere utriuſq; febris naturā ma-
nifeſte comprehendet ꝙ neq; huiuſmodi mixtio eſt impoſſibilis: nu-
per igitur quædam muliercula in paribus diebus horridam habebat
acceſſionem ſemitertianæ exquiſitę propriam imparibus diebus ue-
ro mane alteram quandam eam quæ præceſſerat longe minorem ut
altera die ſemitertianę febris acceſſio ſuper acceſſionem aduenire ui-
deretur quod in tali febre fieri conſueuit: circa octauam uero horam
diei altera inuadebat acceſſio cum rigore uehementi omnia exquiſi-
tæ tertianæ febris inditia afferens. Iam uero hęc confracta ſudoribus
ac bilis uomitu hora tertia noctis mox extendebatur ad diei paris ho-
ram ſecundam & cum iam quieti appropinquaret rurſus illo horrida
atq; inæqualis acceſſio ſuccedebat quam in paribus diebus fieri dixi-
mus: deinde per totum diem maligne compreſſa: ac rurſus adaucta
vix occidente ſole ad ſtatum perueniebat ac declinare incipiebat ho-
ra quarta noctis: Deinde mane rurſus ſuper ābundantes reliquias au-
gumentum inæquale uſq; ad octauam ſuperueniebat horam: & cum
deinde iam manifeſte ſtatum obtinere febris uideretur iam febrem
hanc altera ſemitertianæ febris exquiſite acceſſio ſuſcipiebat: hanc
nos febrem ſtatim die ſecunda ex complicatione ſemitertianę febris
atq; tertianę factam agnouimus: longe uero certiorem tertia dies prę-
buit cognitionem atq; in ſpem uenimus alterum tertianæ febris cir-
cuitum cito finem habiturū/ alterum in longius tempus debere pro-
tendi quod etiam contigit: & tunc aperte uiſum eſt in reliqua parte
ægritudinis ſola ſupereſſe ſemitertiana quæ principiū quidem totius
cirtuitus in die pari faciebat: in die uero impari ſuperaccendebatur:
tales quidem mixtiones non eſt uniuſcuiuſq; dignoſcere. Si qua uero
febris in prima die exquiſite tertiana deprehenſa: deinde die ſequēti
ſimilem priori omnino fecerit acceſſionem hæc longe cognitu faci-
lior eſt duplex exiſtens tertiana: ſic autem & duę & tres quartanæ ſæ-
pius inuicem cōplicantur quas acceſſionum forma a quottidianis di-
ſtinguit: neq; enim ꝙ ſingulis diebus acceſſio fiat hoc ſufficiēs ſignum
eſt ad febres quottidianas indicandas ſed & febris ipſius & acciden-
tium forma: oportet igitur in unaquaq; re primū artificē fieri quibus
verbis uſus eſt quidam ex noſtris pręceptoribus admirandis: demum
ſic ipſa aggredi opera. Artificē autem fieri eſt primū quidem & maxi-
me totius arti ſubiectę materiæ ſimplices uires agnoſcere mox ipſa

rum compoſituras quot & quales ſint: nam de medicamētorum com-
poſitione atq; uſu eadem eſt doctrinę uia: quēadmodum in cōmenta-
rijs de ipſis ſcriptis oſtendimus cum duplex materia medicis adſit al-
tera in qua aduenit finis qui eſt ipſa hominum corpora: ſecūda uero
auxiliorum a quibus fit finis ea quidem quæ eſt de medicamenti tra-
ctatio ad ſecundam materiā attinet: at quæ nunc inſtat ad primā: nūc
enim diſcere oportet in his quę de febribus ſermones habētur ꝙ tria
ſunt omnia quæ ex humorꝝ putredine febrium accenduntur genera:
quędam enim ex flaua bile hęq; plurimę ſunt: quædam vero ex atra/
quædam ex pituita conſiſtunt: hic uero ſermo haud parui momenti
eſt: quid nā patiētibus dictis humoribus febris accenditur: neq;.n. his
ſm naturam ſe habētibus/ ſed in hoc ſermone etiam illud oſtenditur
ꝙ nō ſit admiratione dignū ſi ex frigidis natura humoribus putreſcē-
tibus febris accēdit: & ꝙ oīs aliaꝝ febriū uarietas ex hoꝝ fit cōmix-
tione ſic & quæ ephimerę & ecticæ febres dicuntur/ alia duo genera
ſunt ab his quę acutę febres nominātur ſeparatę & ꝙ febris acuta uel
aliquo dictoꝝ humoꝝ putreſcēte uel mēbro inflāmationē patiēte fit
& ꝙ inflāmationis uocabulū non ſm antiquā conſuetudinē ſit audiē-
dum: hæc uero omnia multis digna admiratione uidētur: quēadmo-
dum & id quod paulo ante dicebamus ſi queat vnq̄ intermittentē cū
continua commiſceri ſed nihilominus hoc ſi poſſibile ſit nulla quiete
ægrotāti adueniēte ſolum intermittentes miſceantur. At & hoc ma-
nifeſte oſtendimus non tertianis tantum uel quottidianis intermittē-
tibus ſed & quartanis accidere. Cum.n. plures inuicē cōplicātur: ſiue
eiuſdem generis ſint/ ſiue diuerſi ſecunda plurimū anticipat adue-
nire anteq̄ prima in quietē exquiſitam deſierit: deinde rurſus tertia
eodē modo ſuccedit anteq̄ & hęc ad infebricitationē perueniat: hoc
uero maxime accidit in longioribus acceſſionibus: nam in his quæ in-
tra primum terminū deſinunt: ita autem uoco duodecim horaꝝ ſpa-
cium uel multos neceſſe eſt cōplicari circuitus uel eam quæ ex inter-
mittentibus cōponitur febrē impoſſibile eſt ad continuitatē perueni-
re: multas uero earum quæ ita cōplicantur febriū medici qui circa ta-
lia nō ſunt exercitati: ſiquidē acutiores uideātur omnes uocant ſemi-
tertianas: ſi uero tardius moueant erraticas. Cum.n. ſemel poteſtatē
acceperint & in ſemitertianis plurimas fieri remiſſiones exiſtimādi &
in erraticis principia inordinata omnes hoc modo febres quaꝝ cōpo-
ſitionē nō agnoſcūt uel ſemitertianas uel erraticas nomināt: cū tamē
ſępius manifeſtum habeāt proportionis ſimilitudinē: ſicuti adoleſcēs
qui circa autūni finē cū in prima die circa quintā horā cepiſſet febrici-
tare una cū rigore breui: deīde ueſpere profundo parū ſudauit mox

hora ſeptima noctis anteq̃ omnino ſine febre fieret parum rigoris
habuit: poſtea cum paululum ſudaſſet in ſecundo die mox circa ho-
ram decimam iterum facta acceſſione: ac deinde cum ſimiliter ſu-
daſſet in nocte: deinde tertio die hora ſecunda cum rigore cepit fe-
bricitare anteq̃ prioris diei declinatio in quietem deſineret nobis igi
tur omne febris formam diligenter conſyderantibus uiſa fuit trium
complicatio tertianarum: nam & quæ primo die ceperat hora quinta
& ſequenti nocte rurſus hora ſeptima / & quæ in ſecundo die hora
decima & pulſus & caliditatem omnia propria tertianis habebant:
ſicuti etiam rigores atq; ſudores: nulla uero ex his ad quietem perue
niebat quoniam ſequentis tertianæ acceſſionis principium anticipa-
bat: ſicuti ſi nulla altera febris ſucceſiſſet horis tribus aut quatuor
alijs homo ſine febre perſtitiſſet: trium quidē tertianaꝝ cōplicatio in
ſecundo ſtatim die nobis uiſa eſt manifeſte: ꝙ autem anticipando ac
ceſſiones facerent tertio die primum cognouimus: nam hora ſecun-
da febris inuaſit non quinta: quēadmodum in primo: tertiani uero
circuitus inditia omnia his quæ in primo die apparuerant attulit ma
nifeſtiora ab hoc uero die: deinceps obſeruantes omnes inuenimus
acceſſiones duabus aut tribus horis anticipātes quare & illa quæ pri-
mæ proportione reſpondebat in circuitu quinto die oriente ſole fa-
cta eſt: ſeptimo uero multo celerius ueluti circa horam noctis nonā:
deinde quæ poſt hanc ſm̄ eandem proportionem in hora noctis ſe-
ptima & quæ ſequuta eſt hora quarta / atq; ab hinc rurſus quæ ſuc-
ceſſit quarta & quæ poſt hanc quinta: deinde iterum ſexta: deinde
octaua quæ erat decima a principio acceſſio facta eſt ſm̄ uero similē
huic proportionē & aliæ duæ poſt ſeptimum circuitum non ſolum nō
anticiparunt / ſed etiam tardius adnenerunt quando & mihi & alijs
omnibus manifeſte apparuit qui ſemitertianam febrem eſſe putarāt
quantum ſua opinione aberaſſent: nam cum acceſſionum prolixitas
ad octo horas contracta eſſet ipſoq; acceſſionis inſultu non amplius
anticipante ſed potius retardante duabus iam horis: tunc acceſſio-
nes ad infebricitationem deuenerunt / atq; ita paulatim de longitu-
dine minuentes quieuerunt primū quidem quæ leuiſſima erat: dein-
ceps quæ magnitudine ſecunda erat & tertia uehementiſſima inter
ipſas quod & ipſum nō mediocre fuit inditium ꝙ ſtatim ab initio tres
tertianæ extitiſſent ſed cuius gratia hæc omnia dicta ſunt ad hoc rur
ſus redeo ꝙ oporteat exercitari ut exquiſite noſcamus omnes ſimpli
ces diſpoſitiones adeo ut cum ſole conſiſtunt primo die ſtatim facile
ipſas agnoſcamus. Inuicem uero & ſibi ipſis complicatas: & ſi non in
primo die ſaltem in ſecundo uel tertio uel omnino quarto diſcerna-
mus: nos

mus: nos igitur haud quaq̃ latuerunt tres iſtę tertianę in ſecundo die
nō ob aliam cauſum niſi ꝙ eaꝝ naturam exquiſite noſcebamus: tale
enim quid accidit in morborum notitijs quod nobis omnibus in tota
vita cōtingit: nam eos amicos qui nobis familiariſſimi ſunt ex longo
īteruallo ſtatim ac primo intuitu cognoſcimus: ſi uero quempiam ſe-
mel uel bis tantum uiderimus uel ſępe quidem non tamen continue
non iam æque iſtos neq; ex lōgo interuallo nec primo incuitu ſtatim
cognoſcimus. ſed nōnunq̃ diu ambigimus ac dubiramus: nūquid iſte
coriſcus: an ſocrates ſit ita & in morbis res ipſa ſe habet ſinguli pro-
priam habent figuram quā quiſpiam ſæpius contemplatus prōpte di
gnoſcit ac pręcipue cum ſola fuerit ac ſimplex: earum igitur febrium
quæ ſine loco patiente ex humorum accēdūtur putredine tres ſunt
primę ac ſimplices formę & eaꝝ ſcilicet quę ex pituita & quę ex atra
bile & quæ ex amara ortum habēt quas ſi quiſpiā ſtuduerit exquiſite
dignoſcere ſingulas ſeorſum ac ſolas non iam amplius difficulter ea-
rum mixtiones inueniret: earū uero quæ ex locis patientibus accidūt
iam forma cōpoſita eſt. Quædam enim loci iuditia pręſeferunt: quæ
dam autem eius quę ipſum offendunt cauſæ ueluti in morbo laterali
locus quidem patiens eſt membrana quæ coſtis ſubtenditur: & cum
inflammata ſit neceſſario dolorem infert: quoniam neruoſa eſt ſed
& hūc pungentem & longe extenſum: Quoniam pars illa quæ pati-
tur membrana eſt. Tales vero ſunt ſentientium membranarū dolo-
res & quidē: quoniam eadem pars unum exſpirandi inſtrumentis ne
ceſſario animal difficilem habebit anhelitum. Quoniam uero cordi
proxima eſt: hunc quoq; facile inflammabit: ſi uero hoc febricita-
bit animal: ſicuti quoniam pulmoni proxima eſt facile ſuum illi cō-
municabit affectum: cum præſertim adeo rarum / ac molle ſit mem-
brū quod omnē ſubſtantiam humidam facile poſſit admittere tuſſiet
igitur homo non tamen ſtatim omnino ſpuet ſed ſi quidem multū ac
craſſum ab inflāmatione defluxerit cū tuſſi expuet: ſi uero paucū &
tenue irritabitur quidē neceſſario ita ut tuſſis moueatur nō tamē ex-
puet anteq̃ collectū ſimulatq; cōcoctū ad multitudine craſſitudineq;
peruenerit ſed hoc quidē diſpoſitionis inditiū eſt huius: non autē mē
bri patientis nā cū paſſio ſufficienter auguſta fuerit & ueluti alligans
in ſe ipſa uniuerſum fluxū cohibuerit tunc facit morbos laterales qui
ſicci nominātur ſed cū ſatis relaxata fuerit atq; ad pulmonē dimiſerit
tunc iā iſti magis tuſſiunt atq; expuūt: hoc igitur formā inflāmationis
non autē patientē indicat locū. Nūquid uero magis pituitoſus ſit uel
bilioſus humor his qui inflāmationē facit ex accidentiū forma cogno
ſces. &. n. ſpumoſa & flaua & ruffa & rubra & palida & nigra expuūt

ex his uero quæ quidē ſpumoſa ſunt fluxū maxime pituitoſum oſten-
dunt: flaua autem bilioſum in permixtū. Quæ uero ruffa ſunt amarā
quidem & iſta bilem : ſed non paucam ſeroſam ſuperfluitatem cum
flaua bile cōmiſceri ſignificant : & multo ampliorem quando palida
expuerint ſic & nigra atræ bilis fluxū oſtendunt: ſicuti quę magis ru-
bra ſunt: plurimum quidem ſanguinis: minimū autem amaræ bilis in
eo qui inflammationem facit hnmore contineri ſignificant/atqꝫ ideo
inter omnia ſputa hęc ſunt mitiora ſicuti nigra magis exitialia. Et qui
dem in hiſce omnibusaccidentibus magnitudines diſpoſitionis ma-
gnitudinē indicant/breuem autem indicant diſpoſitionem acciden
rium paruitates: nō igitur omniū omnia inditia ſunt/ſed ſingula unū
quoddam peculiare demonſtrant : nāqꝫ & duorum uel trium rerum
ſignificationes eſſe uidentur ſi ea diligenter perquiſieris/altero qui-
dem ſuorū accidentium patientem locum : altro uero diſpoſitionē/
altero ipſius magnitudinem/ altero eorum aliquem caſuū qui ſubſe-
quūtur ſignificare reperies : pulſus igitur laterali morbo laborātium
hęc omnia indicat/ſed non eodē modo omnia : ſed qua quidem du-
ram tentionem pręſefert neruoſum eſſe locū patientē oſtendit. Qua
vero ſerrę inſtar ſignificat eſſe inflāmationis affectum/Qua uero ue-
lox ſimul & frequens ac magnus ad inflāmationem cōſequi febrem/
Qua uero ſingula quę diximus maiora aut minora exiſtūt uel magnā
eſſe uel paruā oſtendunt diſpoſitionem: mihi uero hæc exempli gra-
tia dixiſſe ſufficiat/neqꝫ enim nunc de locis patientibus agere propo
ſuimus: ſicuti neqꝫ de febribus/uel typis/uel cauſis: ſed horum ſingu-
lorum memini ſimul uiam quandam uolens oſtendere qua ſit in ipſis
exercitandū quam ſi quis exercitationem habeat/& ſi nos proprium
de his quę diximus tractatum nō ſcripſerimus quiſpiam & ex his quæ
in alijs ſcripta ſunt uel ipſe per ſe ipſum ſi perſpicaci ingenio fuerit &
diligētiam adhibuerit. Quod ſupereſt poſſit inuenire/ſimul autem &
vtilitatem uolens demōſtrare eorū quę dicta ſunt cōmemoraui & de
febriū differentijs & de typis & diſpoſitionibus/& cauſis: ipſiſqꝫ pa-
tientibus partibus. Nā in his omnibus exercitatum eſſe oportet qui
debeat in primis diebus diligētet nouiſſe ęgritudinis formā: uel enim
ſimplex eſt febris/uel compoſita/uel cū loco patiente/uel Epheme-
ra/uel ectica: Quod ſi ſimplex fuerit omnino humoris inditia afferet:
ex quo genita eſt/ſi uero compoſita ex quot ſimplicibus febribus erit
conſtituta totidem humorum numero multitudinem indicabit. At ſi
hoc illud etiā ſignificabit nunquid morbus diu durabit/uel cito finie-
tur: nam ſi humor pituitoſus extiterit neceſſario diuturnus erit : lon-
ge uero magis ſi atræ bilis naturam referet. At ſi ad flauā bilem per-

tinebit non erit diuturnus. Sic & locus patiens/ qui quidē motu mul-
to exercetur / calidusqꝫ eſt ac rarus & principatum gerit acutiorem
morbum futurum portendit: qui uero neqꝫ in motu continuo eſt fri-
gidusqꝫ ac denſus & ſine principatu eſt ad longius tempus extēdi de
bere ſignificat eodē modo & diſpoſitio: ſiquidē difficilem motū ha-
buerit/frigidiorqꝫ fuerit/& denſior diu duraturū: ſi autem facile mo-
ueatur / calidiorqꝫ fuerit ac rarior cito ſolutum iri. Eodem modo &
de cauſis iudicandū eſt. Quare ſi quis diligenter agnouerit totā mor-
bi hypoteſim non paruam habebit ad pręnoſcendū portionem. Eas
igitur quę cum magno & repentino certamine fiunt morboꝝ ſolutio
nes/quas pręcipue criſis nominari dicebamus. Earum quæ ex calidis
humoribus febriū accenduntur proprias eſſe eſt exiſtimandum poſt
has quęcunqꝫ membroꝝ ſunt principatum habentium facile mobiles
& calidę diſpoſitiones: Ephemerę uero & ecticæ febres/ & ſine ma-
gna perturbatione & minime ſubitas faciūt permutationes: ſed quo
niam & has per abuſionem aliquando criſes appellāt de iſtis etiam
deinceps dicetur: nūc uero finē imponere ſtatuimus prę ſenti ſermo-
ni ad unū omnia quę antea diximus caput redigentes ſubitas in mor
bis trāſmutationes. Si uelis pręnoſcere neceſſariū eſt primo principij
& aſcēſus/ac ſtatus/& declinationis habere cognitionē & pręcogni-
tionem: hęc autē ipſa aſſequeris & ex ęgritudinis forma & anni tem-
pore una cū ills quę his correſpōdent: ex circuituū etiā proportione/
atqꝫ etiā ex mox apparētibus: ex morbi quidē forma ad has tres ſim-
plices / & primas febres inſpiciēs ad eā ſcilicet quæ ex pituita & atra
bile & amara generatur. primū igitur in his dignoſcendis exercearis
quæ exquiſite ſunt / atqꝫ legitime : ſic enim aliquando poteris etiam
compoſitas inuenire. Tunc uero exquiſitæ ſunt atqꝫ legitime quan-
do & ætas & anni tempus ac ſtatus: naturaqꝫ/ atqꝫ ea quæ anteceſſit
ratio uictus: prę ſentia quoqꝫ accidentia & omnia ſimpliciter quę an-
tea dixi humoris naturę cōuenire affuerint: manentibus igitur in ue-
nis humoribus continue ex ipſis febres generantur: ſi uero mouean-
tur ac per totum corpus deferantur : hæ quæ cum rigore atqꝫ horro-
re uehementi incipiunt : cum ſudore vero omnino ad infebricita-
tionem deſinentes : eſt autem ex ipſis tertiana quidem & quæ per
tertium accenditur breuis temporis : ſicuti quartana / & quæ per
quartum diem accenditur longi. Minus vero ꝗ hęc longi quottidia-
na / & quæ ſingulis diebus facit acceſſionem ſi has noueris expedi-
te cognoſcere: haud quaꝗ difficulter eas quæ ex quorundam loco-
rum paſſione conſiſtunt inuenies: nam in omnibus inflāmatis parti-
culis humoꝝ īpactio quæ locū bene diſſlari prohibet ſtatim ꝗdē hu-

mores putrefacit ſimulq; calorem q̃uendam malũ accendit qualis &
in reliquis omnibus putreſcentibus oritur: huius igitur caloris modus
cum ſimplex fuerit earum alicui quas diximus, febriũ neceſſario aſſi-
milatur uel potius ſi uerum velimus dicere una ex illis eſt uel ad ama
ram bilem uel ad atram uel ad pituitã attinẽs: audiſti autem Hyppo-
cratem quodam in loco dicentẽ: ꝙ os vocant acutos morbos quorũ
febres magna ex parte continuę ſunt quare ſi ſeorſum ac per ſe ſingu
las febres noſcere meditaberis haud quaq̃ difficulter: neq; cum pol-
monis/aut ſplenis aut epatis aut ventriculi inflãmatio aliqua affuerit
formam ipſius cognoſces totiuſq; morbi uſq; ad ſolutionẽ longitudi-
nem præcognoſces: omnino enim fluxus qui inflammationẽ efficit/
vel flauæ bilis eſt/uel atræ/uel pituitæ. Si igitur impermixtę multæq;
flauæ bilis fuerit: tunc facit cryſipelata & eos qui herpetes nominã-
tur: ſicuti nigrę uel cancros phagedenas aut elephantes aut aliquem
ex his adeo incurabilibus morbum: quęcũq; uero ingruente pituita in
tumorem attollũtur hæ inflationes nũcupantur. Simplex igitur & ſo
lus unuſquiſq; horum quos diximus humorũ quãlibet harũ quas cõme
morauimus facit ægritudinem: ſanguini uero permixtus atq; confu-
ſus: Deinde in particulã aliquam decumbens/uel duriciei/uel inflatio
ni uel eriſipelati ſimiles facit inflãmationes duriciei quidẽ is qui atræ
bili miſcetur: eriſipelari uero ſimles qui amarę inflationi autem qui pi
tuitæ cum uero ipſe ſm̃ naturam ſe habens ſanguis impactus in loco
fluctioni obnoxio putruerit: hic quidem affectus inflãmatio eſt ſim-
plexq; ex ipſa febris accenditur ſimilis maxime ephemeris quę ex in-
flammationibus inguinum accidunt: nam & ipſa inguinis inflãmatio
ex bono ſanguine fit: liquet autem ꝙ cum hic putreſcere ceperit nõ
amplius optimus remanet/ſed iam ad amaræ bilis naturã tranſit/atq;
in hoc illud ſeruatur triplex eſſe genus uniuerſum ſimplicium febriũ.
Quæ enim ex ſanguinis putredine fit iam quodãmodo bilioſa eſt ſi-
quidem in naturalibus ſermonibus recte oſtenſum eſt ꝙ ſanguis a mo
deraro calore generatur: flaua autẽ bilis ex maiore: atra uero ex ſuffi
ciẽter imodico: qcq̃d igit̃ pingue & leue in ſanguine eſt fit flaua bilis.
Craſſum vero ac ueluti fex quando immodice calefactum inaruerit
atra flaua etiam bilis aliquando in atram conuertitur cum aſſata fue
rit duplex: eſt.n.eius generationis modus oſtenſus: omnes igitur quę
in particula aliqua febres accenduntur vnum aliquẽ ex dictis ſimpli
cem vel compoſitum habebunt characterẽ ſimplicem quidem quan
do ſufficienter præualuerit unus aliquis ex humoribus dictis non ſim
plicem uero quando alterius commixti potentia apparuerit: nõnuq̃
autem non ſolum apparet/ſed æqualiter dominatur: & nõnunq̃ tres

ſimul uiribus æqualibus cõmiſcentur ſed ſicuti qui ſcit & uinũ & mel
& aquam ſeorſum exquiſite diſcernere neq; horũ ignorabit tempera
turam. Eodem ut arbitro modo neq; qui facultatẽ habuerit eas quas
ante dixims febres ſingulas exquiſite noſcendi earũ mixtionem igno
rabit quare omnium talium principium eſt optimum tres illas febres
poſſe exquiſite diſcernere. Quottidianam tertianam & quartanam.
Smiles enim ipſis omnino ſunt cõtinue eiuſdem generis adiacentes
non igitur ad plures atq; obſcuras intentiones ſed paucas & manife
ſtas omnem tibi redegi exercitationem in his enim exercitatus haud
quaq̃ difficulter in primis diebus formã ægritudinis perſpectam ha-
bebis duo quidem genera febrium quo pacto quiſqiam ab initio co-
gnoſcat expoſui: dico autem dua genera febriũ & quod occaſſione
membrorũ quorũdam patientium/& humorum tantũmodo accen-
ditur reliquũ eſt ut de tertio febrium dicamus genere quas epheme
ras appellari diximus ſunt autẽ ipſius tantũmodo ſpiritus paſſiones
abſq; humorũ putredine aut membri inflãmatione niſi inflãmatis in
guinibus accidant. Earum autem generationis ſunt occaſiones uigi-
lię cruditas & triſtitia & timor & ira & curę deuſtioq; ac refrigeratio
laſſitudo & ebrietas & quæcunq; ſimilia ſunt quomodo igitur & has
in primis diebus cognoſcere oporteat deinceps expono cõmuniter
omnium pulſus ad celeritatẽ & frequentiam promouetur & nõnũq̃
ad magnitudinem exquiſite autem ſeruat eam quæ ſecundũ naturã
æqualitatem atq; molliciem & ordinem ſic & urinæ nonnullæ quidẽ
ſuſpenſiones nonnullæ uero ſubſidentias optimas habent quædam
autem nebulas omnes uero bene colorate ſunt ſicuti & in omnibus
calor uaporoſus ſed quibuſdam ſtatim quidẽ in primo contactu qui-
buſdam uero poſterius atq; omnibus ipſis abſunt maligna acciden-
tia de quibus nos docuit Hippocrates in prognoſticis hęc igitur cõ-
munica ſigna ſunt omnium febrium ephemerarum propria uero ſin
gulis quæ a me dicta ſunt in primo libro artis curatiuę ad Glauconẽ.
Nunc uero incohabo ſermonem ab affectibus animæ a cura timore
& ira & triſtitia ſi q̃dẽ remanẽtibus adhuc animę affectibus cõſydera
tio fiat ex pulſibus maxime tentandũ eſt facere dignotionem quem-
admodum in libris de pulſibus ſcriptum eſt poſt autem etiam ex alijs
inueſtigandũ ꝙ ſi illi quidẽ affectus ſedati fuerint diſpoſitio uero re-
manſerit debile quidem & hic in pulſibus inditiũ inuenies. Earũ quæ
febrem anteceſſerunt paſſionum tibi autem etiam ſine pulſibus reli-
qua omnia ſufficient communes enim omnibus urinæ ruffiores adeſt
autem his quidẽ qui ob triſtitiam febricitant acritudo potius q̃ mul-
titudo caloris ſicuti his qui ob iram contrario modo ſed & tenuitas

corporis In his qui triſtitia aut cogitatiõibus uexati ſunt/manifeſtius apparet & oculorum cõcauitas & quædam inſolita decoloratio: hæc quidem cõmuniter & omnium aliorũ qui quocunq; modo cogitationibus impliciti fuerunt inditia ſunt ſed pręcipue ex oculis diſcernendi ſunt: ex his enim etiam inſanis licet animæ affectum coniectura cõpręhendere: in agris autem manifeſtiora ſigna ei qui inſpiciendi habeat facultatem ſic quidẽ eos qui propter diſciplinas aut meditationem aliquam cogitarunt/Eos autem qui nimium uigilarũt diſtinguit decolorationis modus/nam ſubtumida ipſis facies ineſt & oculorum motus: manifeſti uix enim attollunt palpebras. Et humiditas etiam/ſicciores enim triſtatis & cogitantibus concauitas uero cõmune omnium accidens eſt triſtitię uigiliæ curarum nõ tamen & irę huic enim neq; oculorum cõcauitas neq; decoloratio manifeſta & calor etiam amplior & qui celeriter ex profundo efferatur & pulſuum magnitudo non diminuitur quemadmodum in uigilijs triſtitijs & cogitationibus. Quare iram quidẽ ab ipſis manifeſte diſtingues illas uero inuicẽ quemadmodum antea diximus. Eorum uero qui ex laſſitudinibus febricitant cutis eſt ſiccior pluſq̃ in alia aliqua febrium Ephemerarum: ſed hoc quidem omnibus qui ex laſſitudine febricitant commune eſt in eo acceſſionis tempore quod uſq; ad ſtatum protenditur reliquo vero plurimis quidem quicũq; non ſupra modum fatigati ſunt humiditates quędam uel uapor calidus ex profundo attollitur. Quibuſdã vero etiam in his quæ ſtatum ſubſequuntur temporibus ſiccitas remanet: ſituero hoc maxime his qui ſupra modum fatigati ſunt uel frigefacti/uel deuſti una cum laſſitudine: & pulſus/etiam non eodem modo in utriſq; ſe habẽt: parui enim his qui ſupramodũ ſunt fatigati: magni uero alijs ſunt atquæ ex denſata cute febres oriũtur: denſatur autem uel frigefacta aut qualitate acerba ſubito ipſam inuadente ueluti accidit ei qui aqua aluminoſa ſe balneauerit hæ ſolę ex omnibus febribus paſſio aſtricta ſunt: licet autem ipſas ex tactu cognoſcere ſicuti & aridas febres quę ex laſſitudine fiunt: neq; enim & harum denſitas tactum lateret exercitatum ſed & caliditatis motus eſt quodam modo rediens: nã in primo inſultu mitis apparet acrior autem poſtmod ũeuadit ſi perdurauerit: ſed neq; urinæ ruffę in talibus neq; corporis tumor collapſus neq; oculi concaui & ſicci utiq; fierent ſed ſunt quibus & humidiores & prominentiores q̃ ſecundum naturam fieri videntur. Pulſus uero non quemadmodum in triſtitia & cogitationibus vigilijs atq; immoderatis exercitijs minores / Earum uero febriũ Ephemerarum quæ ex inflammationibus inguinum accendũtur pulſus maximi ſunt ueloces atq; frequentes calorq; plurimus & poſt ſtatum ſtatim ex profundo atto llitur ſed ſuauis: nam acre ac mordax minime omnium his febribus adeſt & rubida facies magna ex parte ipſis ineſt & ma or tumor urinæ ſubalbæ. Communis uero his febribus ineſt æqualitas pulſuum: nam ex ipſis paucæ admodum eam quę ſecundum unam percuſſionem inęqualitatem oſtendunt ſed neq; hę valde manifeſte neq; liquido: dicta a me ſunt & febrium Ephemerarum inditia: de ecticis autem non eſt pręſentis temporis ſermo nulla earum enim in primis diebus ſed in progreſſu temporis fit. Quare de his quidẽ in ſequẽtibus diſeremus: hic uero finẽ libro faciemus.

## LIBRI SECVNDI DE CRISIBVS FINIS.

## Capita Tertij Libri.

Quot earum quæ ſunt in morbis permutationum/ſex ſunt om-
nes differentiæ. Caput primũ.

Quot eam quæ ſubita fit in morbo permutationẽ criſim ſimpliciter
minari oporteat/& tunc maxime quando perfecta fuerit/& non
veluti quædam earum defecta. Caput .II.

Quot eas quæ ſubitæ nominantur criſes/neceſſarium eſt per excre-
tiones & abſceſſus fieri. Caput .III.

Quot cum quadam perturbatione/& caſibus terribilibus tales cri-
ſes fiunt. Caput .IIII.

Signa quæ bonã criſim indicant. Caput .V.

Exemplum particulare in quibus & terminus criſis prænoſcetur/&
mos. Caput .VI.

Quot abſq; criſi pereunt nõnulli. Caput .VII.

Quomodo aliquis præcognoſceret vtrum per profluuium ſangui-
nis/uel vrinas/vel vomitus/vel ſudores/vel per aluum infe-
riorem criſis erit. Caput .VIII.

## INCIPIT TERTIVS DE CRI-
## SIBVS LIBER.

PROPOSITVM NOSTRVM EST
ſicuti & prius dicebatur omnis in morbo muta
tionis pręſentis quidẽ cognitiones: futurę vero
præcognitiones dicere. Quia vero ſex modis
iſtæ fiunt/tentandum eſt de ſingulis ſeparatim
ſcribere hac prius; facta memoratione ꝙ ſex
ſunt in morbis mutationũ differẽtiæ/vel.n.ſubi
to ad ſanitatẽ ueniũt/vel ſubito interimũt uel
paulatim horum ntrũq; contingit/uel mixtim paulatim quidẽ/uel.ſ.
morbo decreſcẽre/uel ægri uitibus diſſolutis: mixtim uero quãdo ſu
bita aliqua ad melius uel peius cõmutatio facta fuerit: Deinceps uſq;
ad omnimodã ſolutionẽ nel mortẽ reliquũ tempus fuerit abſumptũ.
De prima igitur quæ repente fit permutatione dicamus quoniã om-
nium quas antea diximus optima eſt/atq; ideo ipſam per excellentiã
criſim nominamus quoniã natura omnia quæ pręter naturã ſunt ſu-
perante exquiſite perficitur. Ex alijs autẽ permutationibus: quæ qui-
dem ad citam mortẽ terminatur mala criſis. Quæ uero aliquã effatu
dignam faciunt mutationẽ non tamen integrã ſolutionẽ imperfectæ
criſis uocãtur: ſicuti & quæ paulatim vel.ſ.uirtute debilitata/uel mor
bo contingunt q̃uis diſſolutiones ſimpliciter non tamẽ criſes nominã
tur. Sola igitur ſubita ad ſanitarẽ conuerſio ſimpliciter criſis nomina
tur. Et quidẽ omnino fit in ſubitis quibuſdã excretionibus manifeſtis
aut effatu dignis abſceſſibus. Quęcũq;.n.aliter quieuerint malignius
retrocedunt: antecedit autẽ huiuſmodi excretiones & abſceſſus non
mediocris perturbatio in corpore ægrotãtis: nam & anxietates & ui-
giliæ/& demẽtiæ/& graues ſomni/& difficiles anhelitus/& halucina-
tiones/& difficiles ſenſus/& dolores capitis colli/& ſtomachi/& mul
torum aliorꝫ mẽbrorꝫ: nõnullis uero auriũ ſonitus/& ſplẽdores quidã
uani ante oculos apparẽt/& lachrymę inuolũtarię effluunt/& vrina
retinet/& labrũ agitaẽ/aut aliqd aliud tremulũ fit obliuio/& pręſen-
tium ignorẽtia/& vehemẽs accidit rigor/& plurimũ acceſſio cõſuetã
horã anticipat/& multus ęſtus ſitiſq; intollerabilis ſeqtur clamãt & ſa
liunt: ſicuti furẽtes: neq; poſſunt in eodẽ ſitu recũbere: Deinde mul-
tus ſudor erũpit aut vomitus aliqs nõpaucus inſequiẽ aut uẽter ſubi-
to ſolutus eſt aut abundãs fluxus ſanguinis aut hæc oĩa ſimul contin-

gunt unde nõ paruus iminet timor inſpiciẽtibus: & qſpiã homo vul-
garis quũ iſtis adeſſet ipſa re cogẽte ita pronũciauit ꝙ iudiciũ de uita
ęgrotantis tũc ageret: neq;.n.medicoꝝ aliqs primus inuenit id nomẽ
ſed oĩo neceſſariũ eſt ut q p̄ſens erat cõturbaret/atq; ideo exclama
ret & criſim.i.iudiciũ rem ipſam nominaret: Decet aũt medicũ gene-
roſum/neq; turbari/neq; futuꝝ euentũ ignorare: melius aũt fuerit ſi
ſe ad p̄noſcẽdã futurã criſim exercuerit: neq;.n. iſta cognitio quæ ha
betur de p̄ſentis criſis euẽtu multũ diſtat a p̄cognitione eiuſdẽ futurę
ſed ex eadẽ cõtẽplatione utraq; recte perficit/& iã hæc oĩa dicta ſunt
partim qdẽ in.j.lib. de diebus criticis.i.iudicatorijs partim in duobus
libris q iſtũ antecedũt: Dicã uero & nũc oĩa ſũmatim quæ vel p̄ſentẽ
criſim quo euaſura ſit oſtẽdũt & futurã p̄mõſtrãt: primũ qdẽ & maxi-
mum inter oĩa eſt cõſyderare coctiões ex vrinis & excremẽtis & ſpu
tis: ſicuti ego millies dũ fiẽtibus criſibus intereſſem neminẽ unq̃ uidi
intereuntẽ q p̄cedẽtibus coctionibus criſim habuiſſet nõ tamẽ uigor
ęqualis oĩbus ſignis eſt tribuẽdus ſed in morbis qdẽ thoracis atq; pul
monis p̄cipue ſputa ſunt aĩaduertẽda nõ tamẽ urinaꝝ cõtẽplatio ne
gligẽda ſed & excremẽta ſunt inſpiciẽda. Si uero tãtũ febricitẽt ſine
alicuius uiſceris paſſione aut inflãmatiõe hepatis uel renũ uel veſicæ
uel ſplenis maxĩe urinis animũ oportet adhibere: ſicuti ſi circa uẽtri-
culũ paſſio ſit primũ excremẽtis alui: deĩde neq; urinę ſũt negligẽdę:
ſemp.n.quũ febris affuerit uel ex ſola humoꝝ putredine accẽſa/uel
ex mẽbro inflãmationẽ patiẽte p̄cipue urinas inſpiciendas cẽſeo atq;
inde coctiones agnoſcendas: ſicuti & prius definiuimus: primũ qdẽ &
maximũ inſtãtis criſis inditiũ ſunt coctiões: ſecũdũ ãt ꝙ ab aliq̃ die in
dicatoria antea indicet cui ãnexa eſt diei indicãtis potẽtia. Deinceps
aũt & ſpeciẽ morbi & morẽ ſpeciẽ qdẽ ſi tertiana uel quottidiana uel
febris ardẽs uel pleuritis uel peripneumonia. Morẽ aũt ſi moderatus
& mitis uel prauus atq; malignus: Deinde ſi formę morbi excretio re-
ſpõdeat: ſi.n.ſit febris incẽdẽs uel ſanguis e naribus profluat uel poſt
vehemẽtẽ rigorẽ ſudor multus & calidus p̄ totũ corpus emanet/aut
per uomitũ/aut per aluũ aliqd bilioſum excernat/ita & tertiana uo-
mitibus & excremẽtis bilioſis & ſudoribus toto fluẽtibus corpore fi-
niri debet: plurimũ autẽ pituita in quottidianis febribus excernat &
multi in toto corpore ſudores fiant: finit aũt & phrenitim ſudor opti
mus & p̄cipue ſi ex capite multus & calidus fluxerit ſudãte ſimul reli-
quo corpore. Cõtingit autẽ aliquãdo ꝙ etiã per ſanguinẽ e narribus
profluẽtẽ firmiter finit nõ tamẽ lethargus aut p̄ipneumonia fluxũ ſan
guinis amat ĩter ipſas aũt pleuritis mediũ obtinet locũ: minus.n.q̃ fe
bris incendẽs & phrenitis: magis autẽ q̃ peripneumonia atq; lethar-

gus ꝓfluuio ſanguinis ſoluit: ſoluit aũt lienis & hepatis inflãmationes
ſanguis e narrib9 ꝓfluẽs quũ hęc uiſcera una cũ acutis febribus habẽt
inflãmatiões & oẽs quæ ſm̃ p̄cordia fiũt calidę atq; acutę inflãmatio-
nes fluxu ſanguis finiũtur: opꝫ aũt p̄ directũ fluere ſanguinẽ. Ex dex-
tra qdẽ narre hepate patiẽte uel locis ſm̃ dextrũ hypocũdriũ poſitis
ex ſiniſtra uero cũ liẽ & pars eius aliq̃ laborat. Iuuat aũt & ſudor opti
mus oẽs quæ ſũt iuxta p̄cordia gręci hypocũdria uocãt inflãmatiões.
Hepatis uero gibbe qdẽ ptes quũ inflãmationẽ patiũtur trib9 p̄cipue
modis excretiõis obediũt fluxibus ſanguis e narre dextra & ſudorib9
optimis & urinis abũdãtibus: cauę aũt ptes excremẽtis bilioſis atq; ſu
doribus: nõnũq̃ uero & uomitib9: magis aũt expetũt p̄ urinas expur-
gari q̃ gibbe hepatis ptes oĩa ea quę uel in ptibus renũ uel ueſicę labo
rãt: ſicuti loca quę ad thoracẽ ptinẽt & pulmonẽ ſputis: ſudores uero
oĩbus febribus ꝓprij ſunt & p̄cipue incẽdẽtibus. Iuuãt aũt nõ parũ &
efferueſcẽtes inflãmatiões qñ ſicuti & antea diximus una cũ coctio-
nibus emanarint: finiũt autẽ & quottidianas febres ſimul uomitibus
atq; excremẽtis pituitoſis adiũctis & quartanas etiam ſi atra ſimul ac
uaria execernãtur. Semitertianas uero ſi bilioſa ſimul & pituitoſa: fi-
niunt aũt parotides lethargos & reliquos oẽs capitis affectus. Alijq;
decubitus oẽs febres diuturnas ſecure finire cõſueuerũt ſed nõdũ de
diuturnis morbis dicere propoſuimus: nã repẽtinę mutationes acu-
toꝝ ſunt quaꝝ optimã qualis ſit nũc enarramus ꝙ vꝫ oĩo ſine coctiõe
nõ eſt & ꝙ in aliquo die iudicatorio fit ac p̄terea ab aliquo indicato-
rio ante indicatur & etiã criſis modũ facit morbo cõuenientẽ præter
hæc aũt hortor hoc loco ut ægrotãtis ętatẽ atq; naturã necnõ antece
dentẽ uictũ locũue in quo ægrotat/& anni tẽpus atq; p̄ſentẽ tẽporis
cõſtitutionẽ cõſyderes: ſi.n.quẽadmodũ morbus eſt bilioſus: hęc etiã
ſingula bilioſa ſint oportet bilẽ in excremẽtis expurgari: ſicut ſi pitui
ta ſupabũdauerit pituitã oportet euacuari. Varijs aũt humoribus ſu-
perfluẽtibus uariã etiã oportet eſſe euacuationẽ. Quũ uero hæc uni-
uerſa bene tibi fuerint explorata tũc ex euẽtu reliqua ſunt cõſyderã
da. Si.n. ęgrotãte criſim paſſio febris ſoluaẽ atq; alijs accidẽtib9 liberet
& melius fuerit coloratus p̄ rõne euacuatiõis cũ meliorib9 pulſib9 &
ad ſurgẽdũ robore hæc optima criſis eſt. Si uero ex his aliqd deſit tm̃
ab optĩa deficit quãta eſt eius qđ deficit uis: ſic qdẽ dignoſcere opꝫ
optimã criſim p̄ſentẽ: futurã uero hoc mõ morbi natura cõſyderanda
eſt an ad amarã bilem ptineat uel atrã aut pituitã uel mixtas habeat
ſignificatiões: ſcripta autẽ in libro præcedẽte horũ inditia: poſt hoc
autem tempus anni & laborãtis ætas/& tẽperatura: & quæcũq; alia
eiuſdẽ ſunt ordinis de qbus pauloãte ſermonẽ habuimus unde facta

de uño meſtione reliquorum etiam uel ſi ſilentio pretermittatur me
miniſſe oportet. Nam longum eſſet omnia percurrere: poſt hæc autẽ
acceſſionum circuitus ſunt conſyderandi: ſi uel per tertiũ uel p quar
tum uel per ſingulos dies eueniant uel nullo modo eueniãt: ſicuti in
his accidit febribus quę proprie ſynochi nominãtur: ſi enim propera
erint ac ſemper proportionaliter anticipauerint horã ac multo uehe
mentius infeſtauerint/& per tertium occurſauerint cito criſim ſubſe
cuturam denuntiant: ſi uero lente moueantur/atq; eadem inuaſerint
hora & ſingulis diebus fiant poſt longius tempus criſim futurã ſigni
ficant: in his autem deinceps quod & maximum eſt coctiones inſpi
cere oportet & harum præcipue effatu dignis trãſmutationibus men
tem adhibere: Si enim in diebus indicatorijs fiant inditio ſunt ꝙ ſe
quentes iudicatorij dies ægrotum morbo liberabunt ſummati enim
(vt in præcedentibus ſermonibus diximus) vniuerſa morbi cõſtitu
tio per quattuor dicta genera manifeſtatur / de quibus diximus Hyp
pocratẽ in aphoriſmis diſeruiſſe in hũc modũ: acceſſiones autẽ & cõ
ſtitutiones oſtẽdunt morbi & anni tẽpora & circuituũ adinuicem in
crementa: Deinceps ita inquit/ſed & ex apparentibus veluti in mor
bo laterali ſputum ſi ſtatim ſuperueniat incipientem quidem breuio
rem facit: ſi uero mox apparuerit longiorẽ: in præſenti autẽ tractatu
de ſignis mox apparẽtibus quæ quidẽ ſigna morbi coctionẽ oſtendũt
plurima diximus & quo pacto ab his quæ ſigna atq; accidẽtia iudica
toria uocãtur differãt explanauimus. Si igiť ea memoria retines ſpe
ro te facilius præcognoſcẽdi ac dignoſcendi optimã criſim facultatẽ
ex hoc ſermone adepturũ. Reliqua.n.cõiectura quadã artificioſa co
gnoſcũtur: optimã uero criſim quã etiã ſolã criſim uocari diximus nõ
per cõiecturã/ſed firma cognitione quiſpiã cõpręhẽderet: oĩa.n.in ta
libus morbis ſtatim ab initio ſecura videtur. Quũ igitur talia integre
fuerint in primo quaternario crium futurã denuntiãt: ſicuti & Hippo
crates in prognoſtico hiſce uerbis oſtẽdit. Mitiſſime.n.febres & quæ
cum ſecuris ſignis fiũt quarto die finiũtur uel prius neq;.n.cõtingit fe
brem omnia ſigna ſecuriſſima habẽtẽ: neq; illã in qua ſunt omnia ma
xime pernicioſa: alterã quidẽ non liberare: alterã autẽ non occidere
in primo quaternario ægrotantẽ: veluti ſi hæc quidẽ parum ab extre
me pernitioſis diſceſſerit. Illa uero a maxime ſalubribus huiuſmodi fe
bres ſeptimũ diẽ non cõtingit trãſcendere. Si uero criſis uehemẽs &
cum cõflictatione futura ſit aut potius moderata/uel neq; criſis oĩno
ſed ſolutio ſimpliciter nõ ãplius ex pnicioſis ſignis & ſalutaribus / ſed
potius ex alijs pręcognoſciť: Duo autẽ ſunt & hoꝝ genera magnitudo
& morbi motus in quibus ab initio diligẽter oportet exercitari ut ipſa

noſcamus / ac facile a more ac morbi ſpecie diſtinguere ualeamus:
ſed ſpeciem ipſam quo quidem pacto dignoſcamus in ſecundo uolu
mine diximus: nam tertiana & quottidiana & quartana & pleuritis
& peripneumonia & phrenitis ſunt ſpecies morbi. Si uero benignus
aut malignus ſit morbus ex ſubſequẽtibus accidentibus noſcitur quæ
omnia fere Hippocrates in prognoſticis enarrauit. In his autem an
numerare oportet coctionis & cruditatis ſigna: magnitudo uero &
morbi motus ab his diuerſa ſunt. Debiles quidem & paruæ febres
quandoq; ualde malignæ ſunt/& aliæ calidæ atq; incendentes ut ali
quando ſtomachi anguſtiam & calorem & ſitim intolerabilem affe
rant nihil tamẽ habent nõnunq̃ periculoſum: Dictum autem & prius
eſt ꝙ ſiue vehementiam/ ſiue magnitudinẽ morbi quiſpiam uelit no
minare nihil differt ab hiſce vero oĩbus differt motus & ex tẽpore par
tium acceſſionis compręhenditur. Cum.n.unaquęq; acceſſio quat
tuor habeat partes/principium/augumentum/ſtatum/& declinatio
nem uel has omnes breui tempore acceſſio percurrit/ uel tarde / uel
nõnullas quidem citius: nõnullas uero ſerius. Si igitur omnes celeri
ter peragit manifeſtum unde fit ꝙ ad criſim properat & omnino hu
iuſmodi febris eſt de numero intermittentium: neq; enim contingit
vt illa quæ omnes celeriter peragit amplius continua permaneat: ſi
cuti neq; ut quę in omnibus partibus prolixitatem ſeruat ſit intermit
tens. Liquet autem ꝙ eam quidem quæ ad infebricitationem deſinit
voco intermittentẽ: continuæ uero febris omnino pars aliqua protẽ
ditur. Contingit autem ut duę uel omnes longæ ſint febris quidem
quæ proprie ſynochus nominatur longus eſt ſtatus: magis autẽ tota
hæc ſtatus eſt: eius uero quæ non eſt ſynochus non tamen deſinit in
infebricitationẽ quum ſtatus alijs temporibus longior exiſtit motus
eſt uelox: ꝙ ſi breuior fuerit tardus eſt motus: quum igitur & morbi
ſpecies/& magnitudo/ & motus / & mos fuerint diſtincti / & ſpecies
quidem ex proprijs accidentibus cognita: magnitudo uero ex eorũ
dem quãtitate. Motus uero ex tempore partium acceſſionis: mos au
tem ex accidentibus ſeperuenĩẽtibus his quoq; adiuncta conſydera
tione temporis anni & naturæ & ſimilium nũquid morietur æger aut
ſaluabitur ad hæc tria reſpiciens inuenies ad ſpeciem ad morẽ & ma
gnitudinem ſed maxime morem inſpicere oportet. Vtrum uero per
criſim terminabitur morbus aut non: primũ quidem ex motu ac ma
gnitudine inſpicies: Deinceps autem ex ſpecie ipſius: Deinde ex anni
tẽpore & ex alijs quę eiuſdem ſunt ordinis & ex ſuperuenĩẽtibus qui
dem accidẽtibus nõ omnibus. Sed ex his quæ pauloante memoraui/
quę uel una cum criſi ab initio inuadũt uel paululũ anticipant ipſam/

quæ critica proprie nominamus. Nam cum ſuperuenientia acciden-
tia trifariam diuidantur in ea. ſ. quæ morem morbi natura oſtendere
apta ſunt & quæ non ſolum ſigna / ſed etiam cauſas criſis poſuimus:
primum quidem ex his ſimplex eſt genus: nam quædam ipſorum pra
ua: quædam uero optima omnino exiſtunt: ſecundū uero & tertium
non ſemper neq; idem facere neq; oſtendere aptum eſt / ſed ſm̄ mor
bi tempora variatur: Diximus autem de omnibus his in primo libro:
Doctrinæ igitur manifeſtioris gratia adducatur ad exemplum aliquis
ægrotus qui in primo die habeat ſigna manifeſta. Salutis huic. n. om-
nino in primo quaternario finietur morbus: vtrum uero per ſolutio-
nem uel criſim magnitudine & paruitate diſtinguitur: nam ſi magna
fuerint omnino criſis ſubſequetur: ſi uero parua ſolutio tantūmodo
nam ſi febris ſynochus fuerit ac nullus error acciderit (ſemper. n. hu-
iuſmodi oportet meminiſſe) in quarto die ſperandum eſt criſim fu
turam: ſi uero cōtinua fuerit magnitudinē ac motum inſpicere opor-
tet: contingit enim in tertio uel quinto die criſim fieri: in tertio quidē
ſi morbus ſit magnus ac motum uelocem habeat. In quinto autem ſi
neq; magna mole / neq; uelocitate moueatur: oportet enim criſim in
idem tempus incidere cum acceſſione & ita raro accidit ut in die le-
uiore fiat criſis adeo ꝙ uidetur Archigenes bis tantum in toto ſuę ui-
tæ tempore id obſeruaſſe. Ego uero uſq; ad hanc horam ſemel ſolū
& hæc cauſa eſt. Quēadmodū diximus in libris de diebus iudicatorijs
ut criſis ſæpius ex quarto die ad tertium & ad quintū trāſmutetur: nā
morbus qui tam ſubito criſim habet eſt peracutus: in omnibus autē
morbis peracutis neceſſariū eſt acceſſiones uel ſynochas eſſe uel cō-
tinuas: quæ per tertiū exacerbātur. Synochi quidem raro eueniūt &
vbi nullus ſit error in quarto finiūtur per criſim natura a proprijs cir-
cuitibus ad criſim peruenieēte. Rarū uero eſt ut nullus error admitta-
tur continuę quidē febres quæ in acceſſionibus criſim habent tertio
die uel quinto rationabiliter finiūtur: nam ſi quādoq; etiam quarto ra
tione eius acceſſionis quæ tertio die fit id patiūtur. Quę. n. circa horā
vndecimā ſi ita contigerit diei tertiæ acceſſio inuadit / uel tertij diei
nocte uel quarto criſim affert. Quum igitur primo die (rurſus. n. hæc
repetenda) ſignū aliquod coctionis manifeſtum apparuerit: reliquis
etiam omnibus nullū periculū portendētibus: tunc proculdubio ſcie-
mus ꝙ in primo quaternario morbi ſolutionē ſubſequi ſit neceſſariū.
Quot ſi etiam eius magnitudo inſpecta ſit ulteriorē habebis noticiā
ꝙ cum criſi finietur: ex motu autem morbi te ſperare oportet ꝙ criſis
uel tertio die fiet uel quarto uel quinto: ſi quidē celer ſit motus in ter-
tio. Si uero quodāmodo tardior in quinto: ſi vero febris fuerit ſyno-

chus in quarto adiuuat autē motus celeritatē eius magnitudo & anni
tempus & ætas & regio & quęcūq; alia amaræ bili conueniūt: tardita
tem autem contraria: æſtate. n. adoleſcēs natura calidior poſt inediā
& labores & cibos bilioſos tertianā criſim aduocabit / & præſertim ſi
is qui anteceſſerit tēporis ſtatus ſiccus extiterit & præſens etiā & lo-
cus ipſe in quo ægrotat fuerit natura calidior: ſi uero & tertianę cri-
ſes tunc abundauerint adhuc certior erit coniectura: ꝙ ſi omnia con
traria cōuenerint & motus morbi tardior neq; magnitudo ualde effa
tu digna & tēpus anni fuerit hybernū. Aeger autē uel natura pituito
ſior uel iā declinātis ętatis ſperandū eſt criſim ad quinti diei acceſſio-
nem peruētură: adhuc autē magis ſi locus natura frigidior atq; humi-
dior extiterit & præſens tēporis cōſtitutio cōſimilis & quintanæ cri-
ſes abūdauerint & reliqua his proportionalia ueluti ociū repletio &
eſus ciboꝝ pituitoſoꝝ antecedens in plurimo tēpore: rurſus igit̃ alius
ægrotus ſubijciatur qui nullū habeat coctionis ſignū manifeſtū: neq;
in primo / neq; in ſecūdo / neq; tamē pernitioſum / ſed omnino omnia
ſint citra periculū ſaluabit̃ quidē: & hic ſed in primo quaternario nō
liberabitur integre. Oportet igitur mentē diligēter adhibere nūquid
aliquādo ſignū manifeſtū coctionis oſtēdat. Nā ſi hoc fiat neceſſe eſt
vt in ſeptimo die ęger liberetur: modo interim nullus error admittat̃.
Si uero per criſim uel ſine criſi ſalus ſit ſecutura hoc ex morbi magni-
tudine noſcitur: liquet. n. ꝙ ſi magnus fuerit omnino per criſim mor-
bus finietur: ꝙ ſi etiā motus uelocitas adiungatur: multo magis id fiet
ꝙ ſi aliquis error non magnus tamē circa ægrotantē factus fuerit ſpe
randum eſt criſim in ſeptimo euenturā: ꝙ ſi non multū uelociter mo-
ueatur: aliquis vero error circa hominē interim fiat ad nonū diem cri
ſis transferetur. Rurſus itaq; ſupponamus aliquem morbo haud peri-
culoſo laborare qui die ſeptima aliquod ſignū coctionis habeat ma-
nifeſtū hic ſi morbus magnus extiterit & celeriter moueatur vndeci
mo potius q̃ quartodecimo die criſim patiet̃: ꝙ ſi minor fuerit neq;
celerē motū habuerit quartodecimo magis q̃ vndecimo. Ex alijs ue
ro ſignis eſt diſtinguendū. Si. n. iuuenis fuerit & natura bilioſus & tē
pus ęſtiuū & in loco natura calido ægrotauerit & prior uictus & quę-
cunq; pręſenti attinēt cōſtitutioni ad calorē declinauerint oīno iſte
Die vndecima criſim habebit. Quēadmodū ſi omnia cōtraria his quę
dicta ſunt affuerint ægrotāti in. xiiij. ꝙ ſi nōnulla quidē affuerint: nō-
nulla uero nō atq; iterim aliqs error acciderit fieri nō pōt ut criſis die
xj. ſubſequat̃: ſępius uero nec die. xiiij. qñ maius fuerit erratū ſed ſi nul
lus error acciderit: mixta uero fuerit accidētia hic opus erit medico
exercitato ac pſpicace ut ea quæ uim maiorē habēt ſigna diſtiguat:

& illi quæ ab ipſis oſtenditur criſi fidem adhibeat certiorem in hiſcẽ
adeo ambiguis pręcognitionibus. Si uero neq; in ſeptimo die ipſo aſt
alijs inter ſeptimam & vndecimã id quod futurum eſt exquiſite di-
ſcere licet. Nam ſi magnitudo uel velocitas motus morbi in eiſdem
diebus intendatur ac coctionis ſignis effatu digna adiectio facta fue
rit huiuſmodi ægrotus die vndecimo criſim patietur : ſicuti ſi contra
ſe res habuerint in quartodecimo ſubijciat rurſus ægrotus qui in mor
bo non periculoſo in primis diebus tardiorem febris motum habeat:
neq; cum nimium vehemẽti calore febricitauerit: verũtamen adſint
cruditatis ſigna. Quot quidem intra quartũdecimũ diem hic non libe
rabitur a morbo iam manifeſtum eſt. Si uero in illa ipſa die uel lõgius
ex temporibus morbi diſtinguendũ eſt: nám principij ſigna ſi diu per
manſerint diuturnum fore morbum ſignificãt : Augumenti uero ſi in
quarta uel ſeptima die apparuerint ſperandũ eſt aliquid in quartode
cimo ſed in vndecimo determinabitur: nam ſi hæc tria in eo die con-
iuncta fuerint & motus uelocitas quæ ſufficiens ſumpſerit incremen
tum & febris magnitudo ac præterea manifeſtũ coctionis indiciũ cri-
ſis in quartadecima fiet : adhuc autẽ magis ſi & anni tempus & ætas
& ægrotantis natura/& quęcũq; alia his ſunt proportionalia ad criſis
celeritatẽ contulerint. Si uero ſolum manifeſtum coctionis ſignũ die
vndecima appareat: neq; tamen morbi magnitudo aut motus uelo-
citas feſtinauerint: tunc ultra diem quartũdecimum criſis deferetur.
Sed ſi quidẽ anni tempus & ætas ægrotantis & quęcũq; alia his ſunt
proportionalia ad frigidius declinauerint forte ſperãdum eſt morbi
ſolutionem in vigeſimo die ſecuturam: ꝙ ſi mixta ſigna affuerint/ &
dies quartuſdecimus coctionẽ inſigniter auxerit/die decimoſeptimo
criſis occurret. Si uero neq; die quartodecimo aliquid nouatum fue-
rit quod ſit ualde exquiſitum: tunc ad ſeptimũdecimũ diem eſt reſpi-
ciẽdum: ſi.n. in ea aliquod ſignum apparuerit id fidiſſimũ erit: quãuis
valde exiguum fuerit idq; futuram die vigeſimo criſim pręmõſtrabit.
Quot uero hæ criſes uniuerſæ quas enumeraui omnium optime ſint
hoc eſt ſecuræ atq; perfectę & certę: ſi quis ea omnia quæ a principio
diximus mente aſſequatur nulla amplius egebit demõſtratione. Quũ
enim poſt ſigna optima atq; exquiſitam coctionem factæ fuerint ne-
ceſſe eſt ut optimę ſint quando & ſola coctio criſis celeritatẽ & ſalu-
brem ſecuritatẽ oſtẽdit: neq;.n. uel animo concipi poteſt ꝙ poſt mor-
bi exquiſitam coctionẽ criſis mala ſubſequatur. Exquiſita uero coctio
fit tempore ſtatus atq; iccirco ab ipſo initio nos admonuimus nulli al
teri exercitationi adeo eſſe intendendũ q̃ ad morbi ſtatum prænoſcẽ
dum: nã ſi figura uictus ad illum inſtituatur & criſis optima in illo fit:
atq; omniũ

atq; omniũ criſium ipſe eſt regula. Quę enim huic proximior eſt alte-
ra magis diſtante potior in nulla re adeo exercitandus eſt medicus
q̃tum in ſtatus pręcognitione. Eſto enim ut in die quartodecimo ſpes
ſit futurum ſtatum uerum aut ob morbi magnitudinem uel eiuſdem
velocitatem uel propter aliquid aliud extrinſecum. Irritamẽtum cri-
ſis die undecimo anticipet neq; ipſam perfectam neq; omnino bonã
quimus ſperare ſed hoc tempore omnino timendum eſt pręſertim ſi
neq; in totũ morbus periculo uacat ꝙ ſi ſalubris eſſe apparuerit ue-
rendum eſt ne criſis uel cum grauibus fiat accidentibus uel non per
fecta uel omnino reuertatur adeo magnam uim habẽt coctiones ac
propterea etiam morbi ſtatus & quidem ſi qui morbi in hoc tempo-
re criſim non habuere fieri nõ poteſt ut in declinationibus habeant:
quicunq; enim ſtatus tempus ſemel pręterierint hi ſine criſi perſeue-
rant & paulatim ſoluuntur & nullum eſt mortis periculum tempore
ſtatus elapſo quantum iudicio aſſequi poſſum & tamen quidam ſunt
qui putant ſe uidiſſe nõnullos ęgrotos in declinationibus perijſſe ſed
ſi uel experientię uel rationi credere oportet noui ipſos alia ratione
q̃ morbi interijſſe. Omnes ſiquidem ex erroribus obiere pręcipue qui
dem ipſorum ſed & aliquando medicorum ſic quidem experientia
teſtatur neminẽ unq̃ ui morbi in declinationibus obijſſe / ſed adhuc
magis ratio/ neq; enim contingit ut poſtq̃ cauſę morboſæ iam coctæ
ſunt ac iam natura ſuperauerit æger moriatur modo recta curatio a
medicis adhibeatur: ubi enim natura ſuperior euaſit & debellauit &
reſtitit uehemẽtiori morbi conatui & quæ infeſtabãt oppreſſit (hoc
enim eſt ipſa coctio) fieri non poteſt ut deinceps ſuccũbat ꝙ ſi a mor
bo natura non uincatur mortẽ ſubſequi nullo modo contingit: ſiqui-
dẽ nihil aliud eſt mors niſi omnimoda naturæ proſtratio ubi uero ip-
ſa perdurat dominatur ac uincit hominẽ neceſſe eſt liberari: ex omni
bus igitur morbi partibus hanc pręſertim quę ſtatus uocatur pręco-
gnoſcere eſt intendendum: nam ſi moriturus eſt æger/aut non nemo
pręcognoſcet niſi ſtatus tempus pręcognouerit. Tunc enim primum
mori ægrotantẽ eſt neceſſariũ quãdo uires morbo ſuccubuerint/ſiue
autem uires ſiue naturam dixero. Idem te nunc intelligere oportet.
Et quidem utrum prius ſuperabitur ſciri nõ poteſt/ ſi futurũ penitus
fuerit incertum. Nam ſi criſis citra unum diem eſſe debeat ſaluabitur
æger anteq̃ uires a morbo proſternantur. Si uero ante uiginti dies
(ita enim cõtingit) non poſſit criſis aduenire fieri poteſt: ut interim
natura fatigetur: adeo ut eiſdem ſignis morboſis apparẽtibus. Alter
quidem ſaluetur alter moriatur ob tẽpus ſtatus futuri: ſi qui uero nos
alium modum ſciret edocere quo morituros a ſaluãdis poſſemus di-

ſtinguere non eſſet fortaſſis ad hoc ſtatus neceſſaria prȩcognitio ſed
quum eiſdem apparentibus morbis quis ſit ſalubris quis ue mortalis
alia uia q̃ nuper dicta inuenire nequeamus magna ex hoc cognitio-
nis ſtatus neceſſitas oritur Hippocrates quidē igitur ita inquit conie
ctura aſſequi oportet / an æger cum eo uictu uſq; ad morbi cōſiſten-
tiam perdurabit. Et utrum prius ipſe deficiet neq; cum eo uictu per-
durabit uel morbus antea finietur uel obtundetur uidetur quidem
& Diocles & Pliſtonicus & Praxagoras & Phylotimus/ atq; oēs (ut
ſimpliciter dixerim) probatiſſimi medici nihil aliud melius inueniſſe
ad iudicandū nūquid æger ſaluabitur aut morietur. Qui uero oīa artis
bona deteriora reddiderūt/ neq; aliqd aliud doctius excogitarūt &
hæc maxime neglexerūt. Quis enim eorū eſt qui aut morbi magnitu
dinem aut naturæ robur cognoſcere ſtudeat aut futurū ſtatū prȩco-
gnoſcere & quidem ſine horū triū cognitione nihil de ſalute inueſti-
gare contingit neq; enim magis hoc q̃ nūquid aliquis portādo oneri
ſufficiat ſcire poteſt eiuſdem hominis portantis robore & uiȩ longi-
tudine antea nō perſpecta nā ægri uires portanti onus morbus uero
oneri longitudo autē temporis quod uſq; ad ſtatū extēditur longitu-
dini uiæ reſpondet quo pacto igitur de ægrotante ſciri poteſt nun-
quid ſufficiet ſi nulla ſtatus prȩcognitio habeatur ſi enim neq; conue
niēs uictus adhiberi poteſt ſi hic nō prȩnoſcatur neq; etiā de ægri ſa-
lute uel morte alio modo manifeſtā habere noticiā cōtingit ſed neq;
de criſi nūquid futura ſit aut omnino nō erit & quū ſit quādo aut qua
lis ſit ſciri poteſt: ſi prȩcognitio ſtatus non habeatur : quare maximū
hoc erit artis opus & cæteris omnibus anteferendū ad prȩnoſcendū
futurū ſtatū exercitatio ſed quomodo hæc fieri poſſit antea diximus
nunc uero quȩ nuper dicebamus repetenda ſi cognouerimus ex ma
gnitudine morbi & uiribus ægrotantis & tempore ſtatus nunquid li-
berabitur aut morietur colligere ita poterimus de criſis tēpore & mo-
do ſiquidē morbus ſalubris īueniatur & neq; eius acumē neq; magni
tudo feſtinēt neq; error aliquis circa ægrotū admittatur ſtatus tēpus
criſis expectat & hȩc quidē optima criſis eſt: fit.n. morbo iam cocto ſi
vero uel ꝓpter morbi magnitudinē uel motus celeritatē uel propter
alqd aliud irritamētū ante ſtatū criſis uenire cogatur tanto hȩc optima
deterior erit quāto ſtatū anticipauerit ꝙ ſi neq; uſq; ad ſtatū ſufficere
poſſit neceſſariū eſt ægrotātē ex hoc morbo īterire nō tamē omnino
prope ſtatū. Cōtigit.n.& multo celerius & ſtatim circa morbi totius
initio: criſis.n. uel in ſtatu/uel parti ante ipſum fit mors uero in tribus
tēporibus principio augumēto & ſtatu: quū uero res plures ſint con-
cedant mihi ſophiſtȩ manifeſtioris doctrinȩ gratia ſingulis proprium

nomē īponere: & ſi ēt nō cōceſſerit lōge ualere ipſis dicētes (neq;.n.
ipſis ſed his q̄ ueritati ſtudēt hic ſermo cōponitur) ita cōſyderemus ſiqs
ſubito morbo liberatus eſt oīno huic aliq̄ euacuatio effatu digna con
tingit: uel ꝑ uomitū/uel uentris exonerationē/uel ſudores/uel urinas
uel ſanguis e narres ꝓfluuiū/aut ex ſede ꝑ hemorroydas/aut in mulie
ribus ꝑ purgationē mēſtruorum: ſed ēt potides nō paucos in tp̄e oppor
tuno apparētes liberarūt: & ad genua/& ad pedes/& ad aliud quop-
piā membrū ignobile decubitus. Et q̄dē antecedit his oībus atq; aſſi-
det nō minima in ægrotātis corpore ꝑturbatio: delirāt eni & difficilē
hn̄t hanelitū & ſtomachi anguſtiā/atq; alia quæ prius diximus patiun
tur. Vnus quidē hic modus eſt morborum ſolutionis: quē nō modo nos
criſim noīare inſtituimus manifeſtioris doctrinæ gratia: ſed oēs ēt qui
nos anteceſſerūt eodē noīe criſim nominabāt. Alter uero modus qui
hȩc q̄dē oīa ſeruat: vno autē tantūmō differt/qa nō integre a morbo
liberat: noīatur uero & hic nōnūq̄ quidē criſis ſimpliciter ſicuti & pri
mus aliquādo uero cū additione criſis imperfecta/uel criſis defecta.
Quicūq; autē morbi paulatim finiuntur ſolui: quidē in prȩſentiarum di-
cantur per criſim autē finiri nequaq̄ quāuis aliquādo per abuſum hoc
etiam ita nominari dixerimus/ſed nunc ſingulis eorum quæ diximus ſit
propriū nomen impoſitū. Criſis quidem ſimpliciter ſubita morbi ſo-
lutio: defecta uero criſis ſubita morbi diminutio. Solutio autē ſimpli-
citer quæ in lōgiori tēpore & paulatim facta eſt : ſicuti uero uel effa-
tu digna euacuatio uel omnino decubitus: cum acuta perturbatione
neceſſario in criſibus fiūt ita in ſolutionibus neq; agitatio aliqua neq;
euacuatio neq; decubitus accidūt: tres ſunt hi modi quidē permuta-
tionis morborum quum a morbo liberari debet ægrotus. Tres uero alij
iſtis proportionales quum moriturus eſt: uel.n. ſubito moritur una cum
turbatione & agitatione & quibuſdā excretionibus/uel decubitibus
effatu dignis uel mortē quidē non ſubijt ex iſtis ſed multo deterius q̄
antea ſe habet ȩgrotus. Vocētur aūt hæ duȩ criſes nō bonæ quū nihil
referat ſiue hoc modo ſiue malas criſes noīemus. Seorſum uero pria
quidē ꝑfecta: ſecūda uero impfecta. Tertia āt ſpēs malȩ ꝑmutationis
quȩ paulatim fit uſq; ad mortē arefactio noīetur: hȩc igitur tria tribus alijs
oppoſita ſunt q̄rtus modus eſt ſubitȩ mutatiōis ad peius ſine magnis
excretiōibꝰ & decubitibꝰ quē neq; criſim appello: ꝙ igr̄ hūc modū ab
alijs differre dicimꝰ quos cū agitatiōe ac ꝑturbatiōe effatu dignis ex-
cretiōibꝰ uel decubitibꝰ fieri dicebamꝰ unicuiq; māifeſtū differt.n. ſi-
ne his fieri accidētibus q̄ prius critica noīauimus/atq; abſq; excretiōe
uel decubitu & fieri cū illis: an uero recte uł nō huic mō mortis nomē
criſis detrahamus hoc eſt de noīe: nō āt de re ipſa cōtēdere. Ego.n.

quattuor modos edocui inuicem differentes & ſingulis propriũ no-
men manifeſtioris doctrinæ gratia imponendum cenſui: ſi quis uero
melius uel manifeſtius ſcit nominare de eius nuncupatione minime
diſceptaremus: docere uero utile aliquid haud quaq̃ in iſto conſiſtit
ſed in noſcẽdo potius hos ſingulos modos quũ adſint & futuros prę-
noſcendo neq; etiam ſi horum modorum cauſas explicare tẽtarem.
Deinde quiſpiá eiſdem cauſis contradicens putaret ſe aduerſus mo-
dos ipſos differere recte opinaretur: cognoſcere enim ꝙ tot ſunt mo
di ſecundum quos ſoluantur/ aut moriantur ægrotantes/ ac ꝙ dictis
nominibus nominẽtur atq; ubi pręſentes fuerint ipſos dignoſcere fu-
turos uero pręcognoſcere. Hæc ipſa ſunt ad medendum conferentia
atq; expedit nomina quidem concedere: dignotiones uero ac pręco
gnoitiones experientia explorare. Si uero conantibus nobis unde
hæc inueniamus edocere quiſpiam in contradictionibus exercitatus
qualem habitum admirabilis Aſclepiades acquiſiuit impediat ac ſer-
monem noſtrũ interrumpat meminiſſe oportet ꝙ hic iſtud agens nõ
rem ipſam ſed quæ de ea uerba dicuntur cauillat/ neq;.n.ꝙ nullæ re-
pentinæ turbationes fiant aliquando circa corpus ægrotantis poteſt
aſſerere Aſclepiades neq; ꝙ ſæpius poſt ipſas effatu dignæ excretio-
nes non eueniat neq; ꝙ magna ex ipſis non ſit facta in ægrotantibus
permutatio neq; ꝙ huiuſmodi res nõ uocetur criſis ſed ꝙ certãte na
tura contra cauſas morbum facientes iſta non fiant hoc demõſtrare
tentabit non parũ quidem etiam hac in parte delirãs propter admi-
rabiles tumores atq; meatus quos ipſe ſuppoſuit quoꝝ cauſa neq; no
uit potentias illas quibus animal gubernatur neq; ꝙ hę omnia ſalutis
cauſa faciũt tã in ſanis q̃ etiã in ægrotis: neq; ꝙ ipſæ ſunt quę morbos
finiũt ſed quũ poſſit quidẽ in rebus ſenſui occultis huiuſmodi ſermo
nugari nihil tamen ꝙ ad artẽ medendi pertineat attingit: neq; enim
dignoſcere nos criſium modos neq; pręnoſcere talia ſophiſmata pro
hibẽt in multis etiã ſæpius delirabit Aſclepiades & quicũq; non no-
runt naturas eſſe morborũ medicatrices neq; unq̃ poterũt modũ ſa-
lutis aut mortis pręnoſcere: & tamẽ quo pacto turpe nõ eſt medico
inſtante criſis more vulgariũ perterreri. Quem decuit nõ ſolum præ-
ſentẽ criſim quorſum euaſura eſſet intelligere ſed etiã futurã pręco-
gnoſcere. Equidẽ hæc omnia quę ad criſim attinent uel futura pręno
ſcere uel iã pręſentia dignoſcere nõ ex alijs principijs adinueni q̃ ex
his quæ ſuppoſuit Hippocrates. Et.n.ꝙ ea quę ſunt in corpore con-
coquantur uel nõ cõcoquantur Hippocraticis: nõ autẽ aſclepiadicis
Dogmatibus congruit: & ꝙ natura multas potentias habeat: quibus
aĩal gubernat unũ quoddam eſt Hippocraticũ dogma/ & ꝙ ſine his

pręſentẽ contẽplationẽ ſciẽtia cõpręhẽdere minime poſſumus. Neq;
enim numero infinitos ſpectare oportet ſignrũ cõcurſus tanq̃ in ſin-
gulis ipſorũ propriã obſeruationẽ aſſequi poſſimus ſed potius omnia
particularia ad unã redigere intẽtionem de qua uerba faciẽs coactus
ſum facere de ſophiſtis mẽtionẽ qui nõ modo nihil opportunũ ſtudẽt
inuenire ſed etiã quę bene inuẽta ſunt conãtur facere deteriora & ta
mẽ melius foret quũ nos intuẽtur & diẽ ipſum in quo criſim morbus
ſubibit pręnoſcẽtes atq; inſuper criſis modũ ac iã pręſentẽ etiã quem
finem ſit habitura dignoſcẽtes tali cõtẽplationi diſcẽdæ intẽdere ex
qua huiuſmodi facultas cõparatur neq; more vulgariũ ꝑterreri quor
ſum euaſurus ſit morbus ignorãtes. Ego q̃dẽ ſępius expertus ſum ta-
les medicos qui de pręcognitione ſępe ſunt admirati quãdo in ęgro-
tis ſuccedẽtẽ inſpexerint atq; ideo diſcere ſtuduerũt ſed quãdo quiſ-
piam ipſos docere cęperit / aut quippiam de coctione uel naturæ ro
bore differuerit uel de re aliqua alia ſine qua ea quę de criſi cõtẽpla-
tio cõſiſtere nequit quomodo inquiũt mihi ſuadebis ꝙ ſit natura quę
dã omnia agens ad animaliũ ſalutẽ uel ꝙ eadẽ natura expellẽte ſup-
fluitates quidã a morbo liberãtur uel ꝙ calidũ in animalibus ſit præ-
potẽtius uel ꝙ ex calido frigido: ſicco & humido corpora aĩaliũ ſint
tẽperata aduerſus quos ego dicere ſoleo tu quidẽ o uir cępiſti tãq̃ di
ſcipulus audis autẽ tãq̃ cõtradictor neq; enim tibi ſufficit naturę ope
rũ quorũ te cępit admiratio doctrinã perdiſcere ſed etiã eius princi-
pia iudicare conaris nõ ſolum ut medicus ſed etiã ut naturalis & ta-
men ſatis tibi fuiſſet contrario modo de principijs iudicare multo.n.
pręſtare arbitror mirãda opera quę ex illis principijs ſequũtur inſpi-
ciẽtẽ ab eiſdẽ operibus fidẽ aliquã de ipſis principijs aſſumere fides
enim artiũ cõtra ſe habẽt q̃ inuẽtiones credũtur.n.ex operibus inue-
niũtur ex principijs mihi q̃dẽ opus aliquod artificioſum inuenire eſt
impoſſibile niſi ueris utar principijs quare mihi neceſſariũ fuit natu-
ralẽ ſciẽtiã diligẽter ꝑdiſcere tibi uero iã artis opibus adinuẽtis uiam
diſcere ſufficit quare ſi tibi nõ ſuppetit tẽpus ut tãq̃ naturalis omnia
diſcere poſſis tãtũ ſaltẽ tibi raciocinari adſit ꝙ nulla altera uia ſit pręter iſtã quę te faciat futuri p̃cognitorem & ꝙ nulla neceſſitas urgeat
ad prĩcipia ſciẽtię cõpręhẽdẽda quũ iã frui poſſis his quę ꝑ ſciẽtiã inuẽ
ta ſunt. Qui.n.prius hęc ſtuduit inuenire magno in ꝑiculo fuit ne fru-
ſtra tẽpus cõtereret neq;.n.uerꝰ aliq̃d ex falſis principijs ĩueniri cõti-
git/ ſed quũ tu ab ingrẽdi labore ſis liberatꝰ & quæ iã bene ĩuẽta ſunt
diſcere cõcupiſcas ſupuacaneũ foret prĩcipioꝝ ſciẽtiã cõplecti ſi ꝑſer
tim ad hoc tibi tẽpꝰ minime ſuppetat neq; cupido te teneat aliquid
eoꝝ quę deſint ĩueniẽdi ſed tibi ea ſolũ quę recte inuẽta ſunt ſufficiãt

Tu itaqꝫ ſupponēs aliquā eſſe uitalē potētiā: ſtude ut agnoſcas eius
ita in robore ſicuti in imbecillitate diſpoſitionē: ubi uero in his exer⸗
citatus fueris ſtude deiceps omniū morborū tā in magnitudine ꝙ etiā
in more differētias cognoſcere & poſt hęc futuri ſtatus ꝑcognitionē
ꝑdiſcere: ubi uero hæc oīa didiceris tū te exerceas in cōprehēdēda ꝑ
exqſitā cōiecturā tam morbi magnitudine ꝙ uirtutis robore & quāto
hæc tēpore poſſit ꝑdurare: multū uero ad hoc te adiuuabit in operi⸗
bus exercitatio: prius uero ꝙ ea oīa quę dixi diligenter didiceris nihil
ægrotos intuēdo ꝑficies: ſed quomodo hęc oīa exqſite diſcere opor⸗
tet nō aliter ꝙ ſicuti prius a nobis dictū ē: etenim quēadmodū morbi
magnitudinē & morē ac ꝑterea ſtatū inuenire oporeat exqſite tāſe⸗
gi: in unaquaqꝫ autē naturę ui imbecillitatē uel robur in alio libro ubi
De multitudine agitur antea enarraui: ex illo igitur eaꝝ dignotiones
exqſite diſcere oportet: uti uero ad medēdū ut ī alijs edocui/neqꝫ mi
nus & nūc ad eā quę habeť de criſibus cōtēplationē. Sicuti.n.ꝗ oīa ſi⸗
gna bona ꝑſefert in primo quaternario integre liberabitur eodē (ut
arbitror) modo ꝗ oīa mala hic intra primū quaternariū omnino mo
rietur: ſed ꝙ qdē liberatur oīa morbi tēpora uniuerſalia ꝑtrāſit prin⸗
cipiū augumētū ſtatū & declinationē ꝙꝙ nōnullis fieri nō uideať de⸗
clinatio ubi repētinę criſes aduenerīt: nā paulopoſt de iſtis diceť: mo
riturus aūt ad declinatiōis tēpꝰ ꝑtigere minime pōt nō tamē neceſ⸗
ſario etiā ad ſtatū: cōtigit.n. ipſum & in augumēti & in pricipij ēt tē⸗
pore mori: criſi uero ſubire nō eſt neceſſariū & maxime qñ in princi⸗
pio morbi morieť: hoc aūt accidit: ubi natura plurimū a morbo ſupať.
Tūc.n.neqꝫ certamē aduerſus ipſum aggrediť: ſine certamine.n.cri⸗
ſis nō fit: hic igiť eſt ꝙtus modus mortis ꝗ nulli ſalutariū aſſimilať ne⸗
mo ſiqdē ſubito morbū euaſit ſine criſi: multi uero ſine hac ſubito īte
reūt plurimiqꝫ in acceſſionū pricipijs. Illi ꝑſetti ꝗ ꝑꝑ materię multitu
dinē aut craſſitudinē aut inflāmatiōis magnitudinē exitialiter labo⸗
rant: in declinatiōibꝰ uero ꝑpter uiriū ībecillitatē moriunť: hoc ſiqdē
pluſꝙ aliqd aliud ꝑ uerilſimo haberi oportet ꝙ in acceſſionū particu
lariū declinatiōibꝰ plurimi peūt qđ nōnulli uidentes iccirco opinanť
& in uniuerſalis declinatiōis tēpore poſſe aliquē mori uerū nō ita ſe
res habet: ubi.n.morbi ſtatus ꝑterierit / natura qdē iā ſupior euaſit:
neqꝫ.n.aliter morbus declinaſſet: nullus aūt modus mortis tūc adue⸗
niētis excogitari poteſt ꝑterꝙ ex errore ſed de hoc haud quāꝙ nunc
conſyderare propoſuimus ſed ſi morbi ratione tūc mori contingat.
Neqꝫ igiť ego unꝙ hoc uidi fieri neqꝫ id īuenit ratio ſed particularibꝰ
acceſſionibꝰ declinātibus multos ſæpiſſime uidi interire neqꝫ rationē
ſequētibus mirū uideť ꝙ naturę uis ībecilla in principio qdē acceſſio⸗

nis & augumēto/& ſtatu queat perdurare: quum adhuc habitus ipſe
in unum collectus cōtineatur: tempore uero declinationis a medio
ad extrema calore retrocedēte naturæ habitus ſpargiť atqꝫ diſſoluit:
horum itaqꝫ nōnulli ſubita morte opprimūtur ut præſentes exiſtimēt
deficere animo potius ꝙ mori: quidā uero paulatim nō autem ſubito
interierunt incipientes quidem omnino ab acceſſionis initio: ita uero
latenter ut multis uideātur tales citius ꝙ ſperaſſent a ſtatu ad decli⸗
nationem trāſire/ſed manifeſtiſſime ex pulſibus cognoſcūtur: neqꝫ.n.
paruo interſtitio differūt qui mortis ratione citius ꝙ ſperabať ad quā⸗
dam falſam declinationem perueniunt ab his qui uere declinant. In
vtriſqꝫ.n.ſubito febrilis calor diſſoluitur: fit uero contrarijs ex cauſis:
ſiquidem naturæ robori contraria eſt imbecillitas. Vehementior igi⸗
tur fit cōtinue magis pulſus & æqualior atqꝫ ordinatior in optima de
clinatione: expellit.n.natura fortius omnem ſubito febrilem calorē:
Debilior uero atqꝫ inordinatior & inæqualis eſt pulſus in mortalibus
declinationibus: nam una cū alijs tunc calor febrilis expirat atqꝫ hinc
ſpes melioris exoritur mox quum ad leuandum ventrem ſurrexerunt
animi defectū incurrunt & nōnulli pauco ac tenaci ſudore effuſo mo⸗
riuntur uel etiam ſine ſurrectione: ſic quidem in particularium acceſ⸗
ſionū declinationibus ſine criſi moriuntur: in principijs uero propter
magis ſubitum humoꝝ ad interiora motū ueluti ſuffocata atqꝫ extin⸗
cta natura nō aliter ꝙ ſi lignoꝝ uiridiū aceruū ſuper flāmā conijcias:
reliquus eſt igiť mortis ſine criſi modus in exitialibus morbis tēpore
ſtatus a uehemētia acceſſionis natura ſuperata / ſic & in augumentis
plerūqꝫ moriūtur nō alio modo ꝙ ſtatus ratione. Omnino.n.quādo a
vehemētia morbi natura ſuperať ratiōe ſtatus moriūtur. Cōtingit ue
ro aliquādo & in augumētis acceſſionū ſed rarius hoc accidit atqꝫ idē
eſt modus cū illo qui fit tēpore ſtatus: tres igitur ſunt oēs mortis mo⸗
di his qui ſine criſi moriūtur: primus qdē in principijs acceſſionū qui
in magnis inflāmationibus plurimū cōtingit quę mēbra occupāt prin
cipalia / uel ob humoꝝ multitudinē craſſitudinē ac tenacitatem qui
ſubito confluunt ad interiora adeo ut ſpiritus meatus integre obſer
rent. Alter uero tēpore ſtatus a morbi ui natura ſuperata: alias uero
iam reliquus in declinationibus qui rariſſime accidit uigore uitali re⸗
ſoluto: horum uero nullus cum criſi contingit: neqꝫ enim morbū de⸗
pellere in huiuſmodi mortis modis ab initio natura tētauit. Vbi uero
tētauerit ſed ſuccubuerit malā criſim talē euentū appello. Et fit oīno
uel cū excretionibus uel abſceſſibus effatu dignis ſimul cū reliꝙ omni
ꝑturbatiōe de ꝙ diximus ātea hmōi uero criſiū ꝑcognitiōes mīus ſta
biles ſunt & ualde prudēte & arte inſtructo / atqꝫ exercitato medico

Indigent: primũ quidem nũquid futuræ ſint: Deinde ſi ſtatim hominẽ
interficient uel tantũmodo nocebunt/ſed prius exercitari oportet in
optimaꝝ criſium præcognitione de quibus prius locutus ſum: Deinde
in his quæ non ſunt optimæ bonæ tamẽ ac deinceps ad malas deſcẽ-
dere. Sicuti. n. in iſtis plurima eſt incertitudo & cõiectura ita in bonis
ſcientia & firmitas prçualet determinati ſiquidẽ ſunt atqꝫ ordinati na
turæ motus quum ualida fuerit & materiæ dominatur & proprijs ra-
tionibus operatur: indeterminati uero atqꝫ inordinati atqꝫ ideo inco
gniti quãdo ſuccumbit: ſed ſiquidem integre ſuperetur neqꝫ ab initio
criſim facere tentat neqꝫ omnino reſiſtere & ſi paulũ aſſurgat ad pu
gnam ſtatim ſuccũbit. Cauſa uero huius intempeſtiui aſſultus eſt mor
bi uiolẽtia irritatrix quædã exiſtens & acuta uidetur: ſiquidẽ natura
nihil huiuſmodi poſſe tolerare ſed ſtatim properare ad expellendũ
id quod infeſtat: ſicuti ex his quæ uentrẽ aut ſtomachũ mordent tor-
quent frigefaciunt & grauant ſiue quouis alio modo ſtimulãt licet in-
ſpicere: quæ. n. ſupernatãt per uomitus expellere tentat. Quæ uero
inferiora occupãt loca per ſedẽ excernit: & hoc quidem maximũ eſt
ſignum criſis intempeſtiuæ. Quæ. n. in tempore fiunt hoc eſt in ſtatu
& coctionibus etiam ſi nullũ adſit irritamentũ in feruidis ac magnis
morbis uidemus accidere. Quæcũqꝫ uero antea diſrumpũtur (uocat
autem ita Hippocrates omnia quæ ante ſtatũ ad criſim ruunt) ob ali
quod irritamentũ id patiuntur/& tanto hæc criſis plus mali habet q̃
illa quæ fit in ſtatu quãto magis anticipauit in exitialibus autẽ morbis
eodẽ modo ſe res habet neqꝫ criſis ſtatus tẽpus expectat aut admo-
dum raro ſed magna ex parte in augumentis interficit uel in princi-
pijs & ſi aliqua dies indicatrix futurã criſim prçoſtẽderit/& malã fu-
turam oſtẽdit. Age. n. in. iiij. die uiſa ſit primũ nebula in urinis nigra
vel ſuſpẽſio nigra aut tale aliqd huiuſmodi. Sint uero & oĩa alia ſigna
vel accidẽtia ꝑniciosa morietur: quidẽ omnino hic ægrotus/ſed ſi in
imparibus quidẽ acceſſio facta fuerit. vij. die criſis accidet. Si uero in
diebus paribus in ſexto: certiorẽ uero tibi expectationẽ faciet morbi
motus. Si. n. acute moueatur criſim accelerantẽ conſignificat hoc eſt
in ſexta uenturã: ſi uero tarde ad ſeptimã Differetur: quum uero dies
indicatrix nullum De mala criſi futura ſignum oſtẽderit/neqꝫ eius prç
cognitio facilis eſt: oportet tamen hic animaduertere ea quæ Dicen-
tur ſigna: eſt autem primũ & maximum in morbis mortalibus ꝙ ſine
criſi mors ſit ſubſequtura viriũ imbecillitas: neqꝫ natura. n. ita proſtra
ta ad pugnã contra morbũ excitatur. Secundũ vero ſi nullũ adſit ſi-
gnum vel minimũ coctionis & præter hæc ſi magnus ſit morbus atqꝫ
malignus atqꝫ etiã celeriter moueatur. Quũ. n. hçc affuerint omnino

abſqꝫ criſi mors ſubſequeẽ: mortis aũt dies præcognoſcit quãto ſuper.
morbus naturã cõſyderãdo & grauiores acceſſiones inſpiciẽdo. Si. n.
effatu Dignus fuerit exceſſus & parũ reſiſtere adhuc vis naturç videa
tur mors cito ſubſequit. Si vero cõtraria affuerint tardius ſit igit gra-
tia exẽpli multus quidẽ exceſſus non tamẽ manifeſtũ nũquid vnũ Diẽ
vel Duos poterit expectare: Hoc vero diſtinguet acceſſionũ circuiti-
bus: quo. n. Die debet acceſſio fieri in illo moriet & eiuſdẽ Diei horam
in quo mors accidet iam eſt Dignoſcere facile ſi meminerimus in vni
uerſum eoꝝ quæ pauloãte Diximus in quibus morbis principia acceſ-
ſionũ maxime afferunt mortẽ: in quibus vero incrementa & declina-
tiones: particulatim vero in ſingulis ægrotãtibus præcedẽtiũ Dieꝝ re
cordatio tibi plurima cõmonſtrabit. Si. n. ex ipſa morbi ſpecie qſpiã
nequeat ꝑnoſcere in qua maxime parte acceſſionis moriet ea quæ in
primis Diebus cõtigere ad memoriã reuocãs qua maxime parte gra-
uiſſima atqꝫ exitialia accidẽtia ſuſtinuerũt: ſic etiã poterit De futuris
cõiecturari ſit rurſus uere cognitũ ꝙ morbus ſit exitialis/& non multa
viriũ proſtratio: primũ ex hoc cõſtat mortẽ nõ eſſe propinquã: Dein-
de inquirendũ eſt ſi poſſit fieri criſis: huius vero inuẽtio habet ex con
tẽplatione uirtutis quõ ſe habeat atqꝫ ipſius morbi motus: ac ꝑterea
ſignoꝝ coctionis. Si. n. virtus robuſta fuerit & morbus uelociter mo-
ueatur & aliquod ſignũ coctionis affuerit nõ extra rationẽ eſt ꝙ natu
ra tẽtabit criſim ꝙ ſi uirtus quodãmõ obtorpuerit/ac morbus tardũ
motũ habuerit nullũqꝫ affuerit coctionis ſignũ in hoc ſubſequi criſim
non cõtingit: ꝙ autẽ ſi morbus ſit fortior virtute nõ neceſſario virtus
ipſa ſit debilis nos alio oſtẽdimus libro atqꝫ inde Diſcere oportet pro-
pria ſigna virtutis imbecillis: oĩa. n. ſimul tranſigi non poſſunt omniũ
autẽ meminiſſe ſimul & nihil ꝑtermittere: ex his quæ ſepatim aliquis
Didicit/ſed oĩa in ſingulis ægrotãtibus aſſumere nigil difficile ne dum
impoſſibile. Rurſus igit memoria repetẽtes ea quæ in ꝑcedẽtibus diſ-
ſeruimus ad ſequẽtia trãſeamus: Diximus optimas criſes in ſtatibus fie
ri: in augumẽtis vero ſi ſalus ſit ſubſequutura vel imꝑfectas vel nõ ſe-
curas in morituris autẽ vel ſubito interimere vel magnã ad peius fa
cere mutationẽ. In principio autẽ morbi nõ fieri criſim eſſe vero opti
maꝝ criſiũ exqſitas ꝑcognitiões. Aliaꝝ vero quidẽ cum cõiectura &
maxime quũ fuerint criſes ſigno carẽtes: ita autẽ nominari diximus.
Quæcũqꝫ a nullo Dieꝝ indicantiũ antea fuerũt oſtẽſe/ſed & has & ſi
non multo prius tẽpore ſaltẽ paulopoſt futuras ꝑnoſci oportere aſſe-
rui mus: futurã aũt ꝑcognitionẽ ex eo ꝙ properat ac vehemẽter na-
tura irritat a morbo atqꝫ ex ſubita ꝑter rationẽ circa corpus facta per
turbatione: oĩno. n. fit aliqua nouitas quãdo criſis futura eſt vel circa

reſpirationẽ uel circa mentem uel auditũ uel uiſum uel ferendi facili-
tatẽ uel circa eoꝝ aliquod de quibus ſępius iam diximus quæ uno uo-
cabulo cõpręhẽdẽtes accidentia & ſigna indicatoria nũcupamus &
quod in aphoriſmis ab Hippocrate dicitur qbuſcũq; criſis fit his nox
moleſta quæ antecedit acceſſionẽ eſt id ipſum quod nos nũc dicimus
quãdo futura morbi criſis oſtẽditur & nox moleſta fuerit & poſt ipſã
acceſſio citius inuaſerit cum quibuſdã inſolitis accidẽtibus neceſſe eſt
in eadem acceſſione fieri criſes: qualis autem erit / hoc eſt utrum per
ſanguinis fluxum uel uomitus uel ſudores uel per aliud aliquid ex his
quæ ſæpe antea enarrauimus: deinceps explanare tentabimus: hic
quoq; initium facientes ab eo qui nobis omnium fuit dux atq; auctor
bonorum qui in primo libro Epidemiarum ſcribit in hunc modum.
Circa caput & collũ dolores & grauitates cum febribus & ſine febri-
bus. In delirãtibus quidẽ neruoꝝ diſtentiones & vomitus erugini ſimi
les & quidã ex his cito intereunt. In febribus autẽ ardẽtibus atq; alijs
quibus adeſt colli dolor & tempoꝝ grauitas & tenebræ oculis oboriũ
tur uel hipocũdria intendũtur abſq; dolore his profluuia ſanguinis a
naribus: quibus uero totius capitis grauitates & cordis morſus ac ſto-
machum faſtiditũ habẽt: iſti bilioſa ac pituitoſa euomẽt: magna uero
ex parte pueris in huiuſmodi affectibus accidũt neruoꝝ diſtentiones
mulieribus uero & hæc & ex vuluis labores. Senioribus uero & in qui
bus iam uiget calor deliria atq; furores / & atræ bilis morbi / & oculoꝝ
priuatio: in libro autẽ qui prognoſtica inſcribitur: rurſus Hippocrates
in hunc modũ ſcribit. Quæcũq; autẽ febres protrahũtur: Signa tamẽ
ſalubria homine habente neq; dolore ex inflãmatione ægrũ habente
neq; ex alia occaſione manifeſta huic expectãdus eſt abſceſſus cũ tu-
more atq; dolore ad unũ aliquod ex articulis & pręcipue ex his qui in
inferioribus locis ſunt: magis uero fiũt & in minori tẽpore huiuſmodi
abſceſſus iunioribus nondũ trigĩta annos natis: ſtatim autẽ attẽdere
oportet ad abſceſſum ſi vigeſimũ diẽ febris trãſgreſſa fuerit. Seniori-
bus uero minus fiunt febre diuturniore exiſtẽte: oportet aũt talẽ ex-
pectare abſceſſum quũ febris cõtinua fuerit: in quartanã autẽ finiturã
ſi intermittẽs fuerit & more erratico inuaſerit: & ſi pręter hęc oĩa etiã
autumno appropĩquauerit: ſicuti uero his qui iuniores ſunt. xxx. ãnis
abſceſſus fit ſic his qui. xxx. annos habẽt uel etiã ſenioribus quartanæ
magis accidũt: abſceſſus uero ſcire oportet magis hyeme fieri qui au-
tem tardius deſinũt & minus retrocedũt: ſufficiũt quidẽ hæc & ualde
manifeſta ſunt quæ de abſceſſibus dicta: adiũgẽda aũt ſunt ipſis: Dein
ceps ea quę de criſibus inquit in hunc modũ. Quicũq; aũt in febre nõ
mortali dixerit ſe dolere caput aut aliqd tenebroſum apparere ante

oculos ſi cordis morſus huic acciderit vomitus bilioſus ſubſequetur.
Si uero rigor inuaſerit & partes quæ ſunt infra hypocũdria frigidę fue
rint celerius adhuc aderit uomitus: ſi uero biberit aut comederit cir-
ca hoc tẽpus forte cito euomet: ex his uero qui primo die dolere cæ-
perint quarto die grauãtur uel quinto: ſeptimo uero die liberant: plu
rimi uero ipſoꝝ dolere incipiũt: tertio die conflictãtur autem quinto
maxime liberãtur autẽ nono / aut vndecimo die. Quicũq; uero quito
die dolere cęperint ſi & alia ſm rationẽ prioꝝ ipſis affuerint quarto-
decimo euadunt: fiunt uero hæc uiris quidẽ & mulieribus in tertianis
præcipue: iunioribus uero fiunt quidẽ & in his magis uero in febribus
continuis & in tertianis legitimis. Quicunq; uero in huiuſmodi febre
caput doluerint: loco autem tenebroſę alicuius apparitionis obtuſio
fiat vel quidã ſplẽdores ante oculos uideãtur: pro cordis uero morſu
ſub hypocũdrijs aliqua fiat extentio uel ad dextrã partẽ uel ſiniſtram
neq; cum dolore neq; cum inflãmatione his ſanguinẽ ex naribus: ma
gis uero hoc in iunioribus eſt expectandũ: minus uero in his qui iam
triginta annos habẽt & ſeniores ſunt ſed uomitus in his ſunt expectã
di: & hæc quidem ſufficiunt. Præter hæc autem & illoꝝ nihilominus
meminiſſe oportet: quæ in eodẽ libro ſcribũtur ab Hippocrate: capi-
tis aũt uehemẽtes dolores / atq; cõtinui cũ febre: ſi qdẽ aliquod ſignũ
mortale affuerit ualde eſt exitiale: ſi uero ſine his ſignis dolor ultra ui-
geſimũ diẽ progrediatur expectare oportet ſanguinis fluxũ ex nari-
bus uel aliũ abſceſſum ad loca inferiora: donec autẽ dolor circa tẽpo
ra fuerit & faciem expectandus eſt fluxus ſanguinis ex naribus in his
maxime q iuniores ſunt trigeſimoquinto ãno. In ſeniorib⁹ uero ſuppu
rationẽ & ẽt in ſermõe de pipneumonicis ita inqt qbus abſceſſus fiũt
ex pulmõis morbis circa aures & ſuppurant uel ad iferiora loca & ad
fiſtulã pueniũt iſti euadũt: Deinde ſubĩferẽs inqt: cõſiderare aũt opor
tet & talia hoc mõ ſi febris habuerit & dolor non ceſſauerit & ſputũ
nõ pceſſerit ſm rationẽ neq; alui excremẽta bilioſa fuerint / neq; facile
diſſolubilia / aut pura fuerint neq; urina plurima & multã habens ſub-
ſidentiam. Reliqua autem ſigna ſalutem ſignificauerint his oportet
tales abſceſſus futuros ſperare: fiunt autẽ nõnulli quidẽ ad loca infe-
riora qbus aliquid flegmatis affuerit circa hypocũdriũ: quidã uero in
ſuperioribus quibus hypocũdriũ molle & ſine dolore pſeuerauerint.
ubi uero aliquod tẽpus difficilẽ hanelitũ habuerit abſq; ulla alia occa
ſione quieſcet & quidẽ de tumoribus circa hypocũdria uerba faciẽs:
ita inquit: ſignificãt aũt huiuſmodi tumores in principio quidẽ mortis
multo poſt ſecuture periculũ. Si uero proceſſerit ultra uiginti dies / &
febris habẽs / & tumor non deſierit ad ſuppurationẽ cõuertitur: fiunt

autẽ his in prima ꝑiodo & fluxus ſanguinis ex naribus & forte iuuat
ſed interrogare oportet an caput doleãt uel uiſum obtuſum habeãt
ſi.n.aliq̃d horũ affuerit huc uergit: magis aũt fluxũ ſanguinis ex nari
bus expectare oportet in his q̃ iuniores ſunt triginta annis & hęc qui
dẽ in ꝓgnoſticis ab Hippocrate dicta ſunt indicãtia modos ſcḋm quos
criſis fit quicũq; autẽ mingũt urinã tenuẽ ac crudã multo tẽpore ſiq-
dẽ alia ipſis ſigna ſalubria affuerint his abſceſſum expectare oportet
ad loca quæ ſub præcordijs hæc q̃dem in prognoſticis breuiter dicta
ſunt ab ipſo futuꝝ criſis modũ ꝑdocẽte addit uero ipſis multa ꝑticu-
latim & in libro prędictionũ & epidemiaꝝ ueluti ꝙ retentiones urinę
ante rigorẽ & ꝙ oculi rubidi fluxũ ſanguinis mõſtrãt eodẽ modo &
de oculis lacrymãtibus & de malis rubidis & de ipſo nare ac ꝑterea
& labrũ inferius cõcuſſum futuꝝ uomitũ ſignificat & ꝙ ſomn⁹ grauis
cũ dolore capitis & ſurditas ſtatim aduenientes ſunt ſigna parotidũ
& multa huiuſmodi alia particulatĩ ſcribit quę oĩa potẽtia cõtinent in
his quę in libro ꝓgnoſticoꝝ ſcribunt ſummatĩ.n.nihil aliud cõſydera
re oportet in mõ criſis ꝑter naturę motũ quẽ manifeſte oſtẽdit Hip-
pocrates in ꝓgnoſticis parti q̃dẽ cordis morſum atq; rigorẽ memo-
rãs in q̃bus uomit⁹ ſubſequutur⁹ eſt partim ſpirãdi difficultatẽ & ocu
lorũ ſplẽdores in q̃bus ꝓfluuiũ ſanguinis e narribus expectaĩ ac ꝑter
iſta diſtinguẽs de urinis & alui excremẽtis in quibus inq̃t neq; biliosa
fuerit alui excremẽta neq; facile ſolubilia & impmixta neq; urina mul
ta ualde neq; plurimã habẽs ſubſidentiã ſi.n.tale q̃d fuerit manifeſtũ
eſt ꝙ huc repit ægritudo & ꝑ iſta expurgaĩ. Quũ uero huc nõ repint
& protrahitur morbus cũ ſignis tamen ſalubribus futurũ abſceſſum
expectare oportet coniecturaĩ autẽ in his naturę motũ ad loca ſiqui-
dẽ inferiora futuros abſceſſus inquit q̃bus circa hypocõdria aliq̃d fle
gmatis.i.inflãmationis atq; caloris affuerit quoniã hũc repunt hi qui
peripneumoniã humores efficiũt hunc ſiquidẽ ſermonem ueluti ad
exẽplũ peripneumonicorũ Hippocrates trãſigit. Vbi uero nõ repũt
ad ĩferiora & hypocõdria q̃dẽ mollia & ſine dolore erũt ſemp: æger
vero ad aliq̃d tãpus difficilẽ habebit hanelitũ ſine occaſione manife
ſta & manifeſtũ eſt ꝙ huic abſceſſus ſubſeq̃ ſupra eſt neceſſariũ hoc
eſt circa glanduloſas carnes quę ſunt poſt aures: ſtatĩ uero in ipſo &
aliud aliq̃d ſignũ aderit quod ad caput habebit ſignificationẽ ueluti
grauis ſomnus & ſurditas repẽtina ac pręter rationem aut grauites
capitis uel temporũ uel tale aliq̃d aliud nullum igitur indicium de-
ficit modi futuræ criſis ſed omnia ab Hippocrate exceptis pulſibus
dicta ſunt plurimi uero priſcam breuitatem aduertere minime aſſue
ti quędã deficere arbitranĩ. Nos igiĩ altero ſermone manifeſto eadẽ

Ipſis dicamus forte enim ſi hoc modo didicerit/ neq; impoſſibile eſſe
arbitrabũtur ꝓcognoſcere modũ futurę criſis/ neq; adhuc circa exer
citationẽ torpebũt. Quũ igitur ꝙ criſis aderit ex his quæ diximus prę
cognoueris: Deinceps qualis futura ſit hoc modo diſtinguẽdũ eſt pri-
mum quidẽ ſi acutus & calidus morbus & ſi criſis fiat in primis perio-
dis neceſſe eſt.n.in talibus criſibus non abſceſſum ſed excretionẽ ſuꝑ
ſequi. Secundo autẽ loco ſi diuturnus & tardus: nam hi per abſceſſus
quieſcere cõſueuerũt: tum præcipue quũ vrinæ tenues & crudæ lõgo
tẽpore exierint. Si.n.multæ & plurimã ſubſidẽtiã habuerint rationa-
bile eſt morbũ potius paulatim debere cõcoqui nõ per abſceſſum ter
minari his præfinitis: Deinceps cõſyderandũ ſiquidẽ ꝑ excretionẽ de
bet terminari: nũquid profluuiũ ſanguinis uel uomitus uel ſudor uel
alui ſubductio ſequeĩ: ſi uero per abſceſſum quod mẽbrũ uel quis ar-
ticulus abſceſſum ſuſcipiet in his quidẽ qui per excretionẽ terminari
debẽt dupliciter diſtinguere oportet & ex futuræ excretionis ſignis
ſi affuerint & alioꝝ ſi nõ affuerint: certius.n.ſperabis eum qui ſemper
præoſtẽditur modũ excretionis ſi nullũ te aliud diſtraxerit: me igitur
oportet propriũ vniuſcuiuſq; dicere: te uero in ægrotãtibus non hoc
ſolũ inſpicere ſed ſingula alia cõſyderare. Si igitur præter rationẽ al-
uus ſuprimit uel urinę iam prope criſi exiſtẽte rigorẽ ſperare oportet.
Si uero hoc diſtinguendũ eſt nũquid ſudor poſt ipſum ſequaĩ uel vo
mitus uel ſubductio uentris uel hoꝝ aliquid uel omnia: & primũ qui-
dem ad morbi ſpeciẽ eſt inſpiciendũ. Si.n.exquiſite incedẽs fuerit ſta
tim certior rigoris præcognitio: quod.n.incẽdit biliosum eſt: dictũ eſt
autẽ in præcedẽtibus ꝙ humor iſte quãdo uehemẽtius moueĩ rigorẽ
facit: poſt hæc autẽ & illud cõſyderandũ eſt/ nũquid urinis tantũ uel
etiã aluo ſupreſſa riguit. Si.n.ambobus neceſſario ſudor multus ſub-
ſequetur: ſi uero vrinis ſolis conſyderare oportet: nũquid alui excre-
menta plura uel pauciora ante criſim exierint: ſi.n.multa manifeſtius
motus naturæ ad hũc locũ eſt agnoſcendus ſi pauciora ad ſudores: ſi
vero & uomituũ ſigna affuerint per has ambas excretiones termina
bitur & uel magis per eaꝝ alterã quę magis præualebit uel æque per
utrãq; quãdo æqualia quodãmodo inditia affuerint: ſi uero ſigna uo
mitus non affuerint ſolos ſudores expectare oportet & magis quãdo
ægrotãtes delyrauerint increſcẽte acceſſione & partes calidiores ac
rubidiores extiterint & uapor quidẽ calidus fuerit qualis antea non
aderat ꝙ ſi pulſus undoſus fiat & inſigniter mollis adhuc ãplius ſudo
res expectare oportet: Durus aũt pulſus uomitus magiſq; ſudores prę
oſtẽdere ſolet: altus.n.omnis excretiõis indiciũ eſt ſicuti & uehemẽs.
Si uero magnus fuerit motus ad exteriora potiuſq̃ ad interiora ſignũ

exiſtit : quũ uero utraq; duplex ſit ea quidẽ quæ ad exteriora per flu-
xum ſanguinis atq; ſudores: altera aũt interius per aluũ & ſtomachũ
vndoſus quidẽ pulſus ſudores: magnus autẽ ſimpliciter fluxũ ſangui
nis prçoſtẽdet: motu uero ad interiora ſuperãte quãdo quidẽ nõ ade
ſunt ſigna uomituũ per alui excremẽta criſis fiet: ſi uero affuerint per
vomitũ potius: ſi uero ea & hæc affuerint & uenter inſigniter ſuddu
catur per utraq; fiet criſis: inæqualis autẽ pulſus in pluribus quidẽ cri-
ſibus fit & ꝓcipue quũ fiunt cũ periculo & pugna: multo uero magis
quũ biliosi humores ad vẽtriculũ cõfluũt præſtãtibus etiã alijs uomi-
tus ſignis quæ Hippocrates ſcripſit: tunc.n.oĩno pulſus fiunt inæqua
les quũ ſtomachus grauat̃ atq; mordet̃/ ſed ſigna ex pulſibus ſumpta
Hippocrates nõ eſt excut. uel quia non nouerat uel quia non magni
momẽti exiſtimauit iccirco prçtermiſit: vomituũ autẽ ſigna ſunt cor
dis morſus ſimul cũ dolore capitis & uertigines obortæ cum his quæ
obijciũtur oculis tenebroſis & cũ agitatione labri inferioris & multo
ac tenui ſputo defluẽte: hæc uero oĩa accidũt quũ bilioſus & mordax
humor in vẽtre ac ſtomacho collectus fuerit & uentriculi os vna mo-
morderit quod priſci cor nominabãt & cũ ipſo totũ ſtomachũ intus
atq; infra diſtraxerit unde & labrũ ipſis agitat̃ & ſputũ tenue defluit
& tenebroſa quædã oculis obuerſant̃ & hallucinãtur & uertiginẽ pa-
tiuntur & caput dolẽt euaporãte aliquo ex humore bilioſo: & prçte-
rea facta ex neruis cõpaſſione : propria uero ſigna ꝓfluuij ſanguinis
quidã fulgoris motus oculis apparentes quoniã humor eſt flauus: vi-
ſus autẽ hebetes quoniã multus & totus ſimul elatus ad ſupiora ſpiri
tus meatus obſerrat. Ita aũt & oculi lachrimãtur ob fluxus multitudi
nem ꝙ etiã accidit in inflãmationibus oculoꝝ: eodẽ modo rubidi ali-
quãdo uidẽtur cum mallis nõnunq̃ & narribus : ꝓpriũ uero ſignũ flu-
xus ſanguinis ex narribus: eſt etiã hypocũdrioꝝ tẽtio ſine dolore: nã
& hoc nõ paruũ eſt inditiũ ſanguinis ad ſupiora tendẽtis : ſicuti etiã
difficultas anhelitus: nam & hçc permeãte thoracẽ ſanguine fit: ſi ue
ro dolore extẽdãtur nõ modo fluxũ ſanguinis ſed etiã aliquã tibi in-
flãmationẽ adeſſe ſignificãt ſed & dolores capitis & ſi cõe ſignũ exi-
ſtant uomituũ & fluxus ſanguinis q̃ tamẽ ueluti mordaces ſunt uomi
tum: q̃ uero quodãmodo graues atq; extẽdẽtes: pulſanteſq; & calidi
ſanguinis fluxũ ꝓprie ſignificãt: ſic etiã uiſceꝝ ſꝫm hypocũdria exiſtẽ
tium inflãmatiões cauſç ſunt ac ſigna ſanguinis fluxuũ qñ morbus ꝑ
excretiones debet terminari ꝙ ſi ad latus diuerſum ſanguinẽ fluere
nõ eſt bonũ ſꝫm directũ uero eſt bonũ ut docet Hippo. & experiẽtia
mõſtrat . Iam tibi facile eſt narrẽ ex qua fluxurus eſt ſanguis ꝑdicere
vbi cauſam fluxuri ſanguinis iam inueneris . Dextrũ.n.hypocundriũ

ex dextra narre bonã criſim affert. Siniſtrũ uero ex ſiniſtro didiciſti
vero prius & bonaꝝ & malaꝝ criſiũ ſigna. Quid igit̃ difficile eſt dice
re narrẽ ex qua ꝓfluet ſanguis quũ mẽbrũ patiẽs poſſis exq̃rere digno
ſcere & criſis morẽ nõ ignores & ſigna quæ fluxũ ſanguis indicãt ſint
manifeſta præter hæc oĩa/ & ætas/ & tẽpus anni/ & regio/ & ęgrotãtis
natura futurũ ſanguinis fluxũ poſſunt manifeſtare. Sanguinis igit̃ flu-
xus & uomituũ ꝓpria & manifeſta ſunt ſigna: ſecũda uero poſt ipſa ſu
dorũ. Si uero etiã per excremẽta alui criſis ſit ſubſecutura: manifeſtũ
quidẽ nõ tamẽ ita neq; ꝓpriũ ſed ex eo ꝙ adſunt quidẽ criſis ſigna de
ſunt aũt uomituũ uel fluxus ſanguinis uel ſudoꝝ colligere licet quaq̃
etiã ſi nullũ hoꝝ ſignoꝝ adſit nõ hoc tantũ ſed etiã per hçmorroidas
criſes fieri cõtingit uel mulieribus ꝑ mẽſtrua nõ tamẽ difficile eſt diſti
guere: grauitas.n.lumboꝝ effatu digna & tẽtio & dolor hic quidẽ mẽ
ſtrua antecedit hçmorrhoides aũt nõ oĩbus cõſuetç ſunt: quibus uero
cõſuetç ſunt in his eſt difficile diſtinguere: alijs aũt oĩbus qñ affuerint
ſigna coctionis & criſis: uomitus uero defuerint uel fluxus ſanguinis
uel ſudoꝝ oĩno uenter ꝑturbabit̃. Ita q̃dẽ diſtiguere oportet propria
atq; cõia modoꝝ criſiũ indicia in hiſce.ſ.morbis q̃ per excretiões fini
turi ſunt. Si uero ad abſceſſus cõuertãtur: cõia quidẽ omniũ inditia ꝙ
vbi de ægri ſalute nõ deſperat̃/ neq; morbus ſoluitur/ neq; urina mul-
ta & multã habẽs ſubſidẽtiã ſed cruda & tenuis fertur : ꝓpria uero ſi
morbus nõ fuerit diuturnus ſubita difficultas anhelitus ſuperueniẽs
mox q̃eſcẽs quã grauitas capitis ac dolor ſubſequit̃ & grauis ſomnus
ac ſurditas huic in glanduloſa carne poſt aures neceſſe eſt abſceſſum
fieri. Si uero morbus diu durauerit/ neq; ullũ ex his ſignis affuerit ſed
in aliquo ex locis inferioribus uel grauitas uel tẽtio uel inflãmatio uel
dolor apparuerit huic abſceſſus ad partes inferiores eſt expectãdus.
Exẽplũ uero utriuſq; abſceſſus ex uno morbo aſſumẽs Hippo.ĩ ꝓgno
ſtico his q̃ poſſunt eius ſermonẽ diligẽter ĩſpicere edocuit & quo pa-
cto oporteat de oĩbus abſceſſibꝰ rõcinari: quare mihi uidet̃ hoc in lo
co finẽ facere ꝑſentis ſermonis : ſi q̃s.n.ab Hippo. dictis hæc quæ mõ
ſcrip ſimus: adiũgẽs nõdũ tñ artẽ habet ꝑnoſcẽdi criſes in libris ſequẽ
tibꝰ q̃ ultimi erũt ꝓpoſitç tractatiõis ſpero ipſum id q̃d deficit cogni
turũ: doctis.n.& hçc poſſunt ſufficere neq; quarto egẽt tractatu.

Regiſtrum.

V X Y Z AA Omnes ſunt quaterni.

Aequalis dyscrasia dr̄ assueta & connaturalis ipsi membro
non .n. sentitur . nam quod consuetum est & familiare
non sentitur . Exemplum est in hectica febre . Inæqu
lis dicitur quæ nō assuevit sed quodāmodo cōtra
ria est naturali tempaturæ . Quare sentitur . &
si uehemens est dolorē gignit ut patet in
forti inflammatione . Et dicitur inæqualis
qa contraria est æquali & contrario modo se
habet ad illā .

# GALENI DE INÆQVALI INTEMPERATVRA.



NTEMPERATVRA INÆQVAlis corpus aliquando animalis obſidet / ſicuti in aqua intercutē quæ anaſarca nominatur & in febribus illis quę hepiale uocantur: cōtingit quod etiam in omnibus alijs fere euenit: præter eas quæ ecticę .i. habituales dicũtur. Fit autem & in uno quouis mēbro uel inflato uel inflammato uel gangrenā uel heriſipelas patiente. Ad hoc etiā genus pertinet morbus qui elephas nominatur / & phagedena / & herpis. Verum hæc omnia cũ fluctionibus accidunt. At ſine materia influente ſolis qualitatibus mēbris alteratis fiunt inęquales intemperaturæ / uel refrigeratis uel exuſtis uel ſupra modũ exercitatis uel ociatis uel aliquid aliud perpeſſis. Verũtamen etiam ex his quæ extrinſecus ingruunt inęquales intemperaturę noſtris corporibus accidunt uel calefactis uel frigefactis uel exſiccatis humectatis: ſimplices .n. hę quēadmodũ in cōmentarijs de tēperaturis oſtendimus. Cōpoſite uero ex ipſis alięquattuor ſi v3 ſimul calefiant & humectētur uel calefiant & exiccētur uel frigefiāt & humectētur uel frigefiāt & exiccētur: qđ aũt huiuſcemodi intēperaturæ differāt ab ęqualibus ob id ꝙ nō oēs corpis partes intēperaturā patiētis inuadũt apertiſſimũ exiſtit. Quiſnā igiť modus generationis oībus inęqualibus intēperaturis propoſitũ nobis eſt in hoc libro trāſigere: ut autē maiorē ſermo habeat claritatē de oībus primũ corporis partibus op3 facere mētionē ſumpto initio a maximis quę etiam vulgo notiſſime ſunt: nam manus & pedes & uentrē & thoracē & caput nemo eſt qui ignoret: ſed rurſus & his ſingula ſecentur a nobis in illas quæ proxime partes nominātur ueluti crus ſi opus ſit in fœmora tibiā & pedē: manũ autē in brachiũ cubitũ & extremā manũ cuius extreme manus ꝓprie partes ſunt uel ā dorſum & digiti: Digitoꝝ aũt rurſus oſſa cartilago ligamēta nerui & arterię & uenę mēbranę & carnes & chordę ungues & cutis & adeps: has aũt nō cōtingit in aliā rurſus ſecare ſpeciē ſed ſunt ſimilares ac priæ exceptis arterijs ac uenis quæ ex filis qbuſdā atq̧ mēbranis cōpoſite ſunt: quēadmodũ in libris in quibus docemus ſectionē corpoꝝ explicauimus. Vbi etiā dictũ a nobis eſt ꝙ multa inſunt ſpacia intermedia primis ac ſimilaribus partibus & adhuc plura atq̧ maiora diſſimilaribus atq̧ cōpoſitis: nōnunq̄



...uola

vero & unĩ alicui parti ſimilari: ſicuti oſſi & cuti de q̃bus oĩbus ĩ libris
in q̃bus docetur ſectio corporũ dicit̃. Mollia igit̃ corpora cũ in ſe reſi-
dent ſpacia intermedia ſenſui occulta reddũt: quæ uero dura ſunt ac
ſicca ſi quis inſpexerit habẽt ſua interualla manifeſta ſicuti oſſa fora-
mina in q̃bus ſm naturã humor q̃dã craſſus atq̧ albus cõtinet̃ ut p̃ſto
ſic ad oſſiũ nutritionẽ. Qui uero in cute meatus exiſtũt quo mõ fiãt in
libris de tẽperaturis expoſuimus. Hæc igit̃ nobis cõmemorare fuit ne
ceſſariũ pp illa quæ dicturi ſumus de inæquali intẽperatura. Sed iam
dicere aggrediamur qualis ſit ipſius natura: & quot modi generatio-
nis. Quot igit̃ nõ ſit una tẽperatura in oĩbus partibus corporis patiẽ-
tis añа dictũ eſt: ſed hoc q̃dẽ cõe eſt unicuiq̧ inæquali tẽpaturæ. Fiunt
aũt ſm partiũ patiẽtiũ naturas differẽtiæ: aliter. n. ſimplex caro: aliter
totus muſculus ad intẽperaturã ueniũt inæqualẽ. Stati. n. fluctiõe ca-
lida ad muſculũ decũbẽte primũ arteriæ maiores ac uenæ implẽtur/
atq̧ extẽdũtur poſt has uero minores ſitq̧ iſtud cõtinuo donec ad mi
nimas fluctio ptingat quæ q̃ñ fortiter intruſa fuerit & ãplius cõtineri
nõ põt pars eius exit p orificia pars p foramina uenarũ pcolat̃ ad ex-
teriora atq̧ exinde fluctiõe implẽtur ſpacia intermedia primorũ cor-
porũ ita q̧ caleſiũt atq̧ humor oĩa undequaq̧ circũfluit. Sunt aũt hæc
nerui atq̧ mẽbranæ & carnes & añ has arteriæ ac uenæ quæ primũ ac
maxĩe uarijs modis dolor̃ afficiunt̃: nã & intrĩſecus a fluctiõe caleſiũt
atq̧ extẽdũtur ac diſtrahunt̃ extrĩſecus ſimul caleſiũt cõprimunt̃ atq̧
grauãtur. Aliæ uero partes nõnullæ q̃dẽ q̃a caleſiũt tm̃ uel cõprimunt̃
nõnullæ uero utroq̧ malo laborãt atq̧ hic morbus flegmon. i. inflãma
tio nominat̃. Eſt autẽ intẽperatura inæqualis muſculi ſanguis ſiq̃dẽ in
eo exñs iã feruefcit: cõcalefacit aũt primũ q̃dẽ ac maxĩe tunicas arte
riarũ atq̧ uenarũ: adhuc ãt extra has oĩa illa q̃bus circũfundit̃ & duorũ
alterũ ſeq̃ eſt neceſſariũ uel ſuperãte fluctiõe corporũ quæ ſuccubuere
ſequi corruptionẽ uel ſupata muſculũ ad naturalẽ habitũ reuerti. Su-
bijciamus aũt ipſam primũ fluctionẽ ſupari: nã melius eſt ut meliora
p̃ferãtur. Duplex in hoc modus ſanatiõis uel diſſoluta tota materia
quæ fluxit uel ipſa cõcocta: verũ diſſolutio optabilior exiſtit. Ad co-
ctionẽ aũt hæc duo neceſſario cõſequũtur & puris generatio & abſceſ-
ſus. Abſcedit aũt aliq̃ñ ad maiorẽ & uiliorẽ ex his q̃ adiacẽt ventrẽ q̃
modus abſceſſus optimus eſt: aliq̃ñ uero ad maximũ q̃dẽ nõ tamẽ ui-
lem aut ad uilẽ q̃dẽ nõ tamẽ maximũ: nã in locis ad uẽtriculũ attinen
tibus optimus fit abſceſſus ad ſpaciũ laxius in pte interiori: peſſimus
aũt fit ſub pitoneo ſic & his quæ cerebri ſunt laborãtibus optimus ab
ſceſſus eſt ad duos uẽtriculos: prauus aũt ſubter mẽbranas ipſum te-
gẽtes & ad uẽtriculũ poſteriorẽ. At in coſtarũ locis abſceſſus fiunt ad
ſpacia latiora thoracis & ex muſculis q̃dẽ ad cutẽ: ex uiſceribus uero

vel ad arterias uel ad uenas q̃ in ipſis cõtinẽtur uel ſub mẽbrana quæ
tanq̃ cutis ipſa cõplectit̃: q̧ ſi materia fluxa corpora ſupauerit ad tan-
tam hæc ueniẽt intẽperaturã: q̧ eorũ opatio deſtruet̃ & pceſſu tẽpo-
ris corrũpent̃. Tũc uero primũ dolore deſinẽt q̃ñ illi a quo trãſmutã-
tur fuerint aſſimilata: neq̧. n. q̃ñ iam facta eſt trãſmutatio tẽperaturæ
mẽbra dolẽt ſed illo ipſo tẽpore quo trãſmutãtur: quẽadmodũ & ad-
mirabilis Hippo. his uerbis oſtẽdit his quorũ natura mutat̃ atq̧ corrũ-
pitur dolores accidũt. Mutat̃ atq̧ corrũpit̃ natura uniuſcuiuſq̧ uel ca
lefacti/uel frigefacti/uel exiccati/uel hũectati uel eius ſoluta cõtinui-
tati: in inæqualibus q̃dẽ intẽperaturis q̃a maxĩe caleſiũt aut frigeſiũt:
hæ ſiq̃dẽ qualitates p̃ alijs oĩbus ſunt ad agẽdũ potẽtes. Cũ uero fa-
meſcũt uel ſitiunt deficiẽte hic q̃dẽ ſubſtãtia ſicca illic uero humida.
Cũ autẽ aut pcutiũtur aut exedũtur aut intẽdunt̃ ſiue cõprimunt̃ uel
diuellũtur ſoluta cõtinuitate. Si igit̃ calor ſanguinis in inflãmata par-
ticula mitis extiterit & ſanguis q̃ in toto corpore aĩalis cõtinet̃ ſe mo-
dice habuerit ſm tẽperaturã nõ admodũ facile una cũ patiẽte cõca-
leſcit. Si uero uehemẽtius efferueat uel uniuerſus aĩalis ſanguis bilio-
ſus extiterit totus ptinus excãdeſcit: multo aũt magis ſi ãbo coeãt in
vnum q̧. ſ. & ſanguis in inflãmatione cõprehenſus ſit ſufficiẽter cali-
dus & in toto aĩali billioſus: caleſcit aũt primũ quidẽ ſanguis arteriarũ
q̃m & natura calidior exiſtit & ſpirituoſior: poſt hũc aũt q̃ cõtinet̃ in
uenis: q̧ ſi inflãmata particula uiſceribus multo ſanguĩe redũdãtibus
vrina fuerit acius adhuc ſanguis in toto aĩali cõcaleſcit & ut ſũmatim
dixerim. In omni calefaciẽte q̃cq̃d facile alterat̃ uel natura calidũ exi
ſtit primũ calorẽ recepit: quẽadmodũ etiã in frigefaciẽte q̃cq̃d facile
alterabile uel natura frigidũ fuerit illud primũ frigeſit. Facilime autẽ
alterat̃ ſpiritus q̃m ex tenuiſſima ſubſtãtia cõſtat. Calidiſſima aũt ſm
naturã eſt flaua bilis: frigidiſſima uero pituita: ex alijs aũt humoribus
poſt flauã q̃dẽ bilẽ ſanguis eſt calidus: nigra uero poſt pituitã frigida.
Vñа ãt rõne & ſubſtãtia tenuis facile ſuſcipit alterationẽ: craſſa uero
eſt alteri cõtumax quare neceſſariũ eſt multiformes fieri in inflãma-
tionibus alterationes q̃m & multiformiter corpora ſunt affecta. Pro-
pter hoc aũt etiã dolores excitãtur: primũ. n. ſanguis q̃ efficit inflãma
tionẽ/uel magis/uel minus calidus eſt: deinde & eius putrefactio ſm
p̄priã uniuſcuiuſq̧ naturã & pro ut magis uel minus in uno loco coar
ctatur quæ. n. nõ trãſpirant̃ facile putrẽt quod & in exterioribus oĩbus
accidit. Cũ uero calida & humida ſm naturã fuerint tunc maxĩa pu-
trent: & q̃dẽ & pars quæ patit̃ inflãmationẽ uel pxima eſt uiſceribus
ſanguine redũdãtibus uel lõge diſtat atq̧ uniuerſus ſanguis uel bilio
ſus uel pituitoſus eſt aut atræ bills naturã præſefert & hæc omnia ma
gis aut minus ita q̧ neceſſariũ ſit multiformes alter ationes exiſtere/



Malo

i. uicina    ocyus

ἐν ἑνὶ δὲ λόγῳ. i. ut paucis absoluã. ut breui comprehẽdã

ſiue alterũ alteri cõparet/ſiue idẽ ſibi ipſi.Hæ oẽs corporis intẽpera-
turæ fiũt inæquales:maxie autẽ ubi ſanguis naturalis in inflãmatione
igniat ſecũdo loco cũ & ſanguis naturalis & in corde exñs in ſiniſtro
pſertim eius uẽtriculo in quẽ ſi adhuc uiuo aĩali & nundũ febre arre-
pto uelis inicere digitos:quẽadmodũ in tractatibus qbus modus ſecã
di corpora tradit diximus uehemẽtiſſimã ſẽties caliditatẽ. Quare nõ
abſq ratiõe fit ut cũ totũ corpus ultra modũ naturæ cõuenientẽ cale-
fit ille maxie ad extremã ueniat caliditatẽ nã &tenuiſſimũ & ſpirituo
ſiſſimũ ſanguinẽ habet & cõtinue mouetur. Verũ in hiſce oibus febri-
bus caleſcit qdẽ nõnũq uniuerſus ſanguis & illã quæ ex putredie hu-
morũ habet caliditatẽ nõ tñ neq tunicę uel arteriarũ uel uenarũ/neq
aliquod aliud adiacentiũ corporũ iam integrã habet ſuæ tẽperaturæ
alterationẽ tenũ adhuc trãſmutãtur atq alterãtur caliditatẽ. Quot ſi
lõgiori tẽpore hoc patiãtur aliqñ ſuccũbẽt atq oimodã patiẽtur trã-
ſmutationẽ adeo q nõ tñ calefiẽt:ſed etiã erũt pter modũ naturę cõ
uenientẽ calefacta. Eſt ãt termius unicuiq periculę alterationis opatiõis
eius offẽſio. Tota aũt uſq ad hũc terminũ latitudo uia eſt in id quod
cõtra naturã:ueluti mixtũ quoddã atq cõe & mediũ factũ ex duob⁹
cõtrarijs:altero ſm naturã exqſite:altero prſus cõtra naturã. In hoc
aũt toto tẽpore quod calefit corpus quãtitati alteratiõis dolorẽ hẽt
pportionalẽ: vbi vero ſolide oẽs corporis partes integre cõcaluerit
huiuſmodi febris ectica nominat ut quæ nõ humida tñ ac ſpiritus ſed
ea etiã quæ habitũ tenẽt corpora occupat. Eſt aũt doloris exps & q
ita febricitãt neq oio ſibi uidẽtur febricitare qm neq oino ſentiũt ca
liditatẽ utpote oibus ęqualiter partibus cõcalefactis. Et iam hęc ſunt
omniũ naturæ interpretũ cõfeſſiõe recepta in eorũ de ſenſibus ratio-
cinijs:neq.n.abſq alteratione ſenſus doloris eſt/ neq ubi iam pfecta
eſt alteratio & hęc eſt cauſa ob quam oẽs febres ecticæ dolore uacãt
atq a laborãtib⁹ penitus nõ ſentiũtur:neq.n.in ipſis altera pars agit
altera patit cum iam oẽs ſimiles ſint effecte & unã habeãt tẽperaturã
pportionalẽ. Si uero alia qdẽ calidior extiterit:alia uero frigidior nõ
tanto calidior es quãto ſufficiat ad moleſtãdũ partẽ ſibi uicinã. Alio-
quin etiã partes quæ propriã naturã ſeruãt etiã ſibi inuicẽ moleſte fo-
rent ut quæ differẽtibus cõſtãt tẽperaturis. Caro.n.calida eſt os uero
frigidũ horũq & aliorũ omniũ inęqualitas omni dolore caret pp ex-
ceſſus mediocritatẽ. Sic itaq & aer nobis circũfuſus nullã moleſtiam
affert priuſq ad imodicã uel caliditatẽ uel frigiditatẽ euertat. Ipſas
itaq in medio differẽtias & ſi plurime ſint & manifeſtũ habeãt exceſ-
ſum ſine dolore ſentimus vnde ex his periclitat ne ſermo ille habeat
pbabilitatẽ quẽ quodã in loco Hippocra. ptulit. Oẽs morbos ulcera
eſſe: vlcus &.n.cõtinuitatis ſolutio eſt, Immoderate autẽ caliditates

ac frigiditat e; prope ad hoc uenit/ut ſoluant cõtinuitatẽ:nam calor
qdẽ plurimus ob id qa diuidit interſecat q ſubæ cõtinuũ. Supfluũ aũt
frigus qa dẽſando atq intus trudẽdo:hæc qdẽ exprimit:hęc uero frã
git & hũc qſpiã terminũ ſtatuẽs imoderati caloris & frigoris:nõ pcul
a uero deuiare uideret ſiue aũt hic ſiue alius ſit imoderãtię terminus:
illud tamẽ cõſtat imoderãtiã omnẽ in ad aliqd eſſe:neq.n.omne cor
pus eodẽ modo a calidis ac frigidis afficit atq ideo nõnulla aĩalia hu-
miditates habẽt inuicẽ cõuenientes:nõnulla uero nõ modo incõuenie
tes ſed inſup pniciosas ueluti homo ac uipa:ſputũ.n.utriuſq alteri eſt
pniciosum ſic ſi ſcorpiũ inſpueris occides nõ tamẽ homo morſu occi-
det hominẽ neq uipa uiperã neq aſpis aſpidẽ ſimile ſiqdẽ cõueniẽs
eſt atq amicũ:cõtrariũ uero inimicũ atq moleſtũ. Augentur itaq oia
ac nutriũtur a ſimilibus:a cõtrarijs uero interimũtur atq occidũt atq
ideo ſanitatis cuſtodia fit p ſimilia. Morborũ uero deſtructio p cõtra-
ria/ſed hoc alterius eſt tractationis. Febris aũt illa ectica quẽ iam ob-
ſedit aĩalis corpus a laborãte nõ ſentit. Alię aũt oẽs ſentiũtur: verũ alię
magis alię minus moleſte ſunt & quędã earũ rigorẽ afferũt. Fit aũt &
hoc accidẽs ſicuti alia plura ab inæquali intẽperatura/ſed quõ gene-
retur nõ attinet dicere in pſenti tractatiõe priuſq de potẽtijs natura-
libus quot ſint & quales & qd ſingulę facere natura apte ſint demon
ſtrauimus. De oibus aũt accidẽtibus in eo libro aget q de cauſis acci-
dentiũ inſcribit ſed redeo rurſus ad intẽpaturæ inæqualis differẽtias.
Quõ.n.ex inflãmatiõe fiat febris & q oĩs inflãmatio ac febris oĩs ex-
ceptis ecticis ſint ex numero morborũ hñtiũ inęqualem. Intẽpaturã iã
expoſitũ eſt. Fieret ãt & abſq inflãmatiõe ex ſola humorũ putredie fe
bris: neq.n.ſola arctata & nõ difflata putreſcũt:q̃uis iſta citiſſime ac
maxie ſed & alia plæraq putredini apta:de quorũ aptitudine alibi a
nobis dictũ fuit. Fit ãt & inęq̃lis tẽperatura alio mõ quę totũ occupat
corpus aliqñ qdẽ fuliginoſa difflatiõe coercita: aliqñ uero calore au-
cto ex laborib⁹ atq exercitijs & nõnunq pp irã efferueſcẽte. Quot ãt
& in hiſce oibus febrib⁹: ſicuti & in inflãmationibus ãtea dicebat & p
cauſę efficientis ui & p corpis diſpõne:hi qdẽ magis:hi uero minus fe
bricitãt:hi uero nihil oĩno puto eſſe manifeſtũ: & q aliqñ qdẽ ſpirita-
lem ſubam: aliqñ vero humores intẽpatura attingit:hoc quoq pſpi-
cuũ exiſtit/ſed nihilomin⁹ & illud liqt q oẽs huiuſcemõi febres ſi diu-
turnitatẽ accepint ectica febris cõſequet:& iam ſermo ipſe quodãmõ
oñdit q nõnũq aut calida aut frigida ad aliquã partẽ iflueẽt ſuba fieri
cõtingit huiuſcemõi inęq̃lẽ intẽperaturã: quẽadmodũ in inflãmatio-
nibus dicebat. Sępe uero nõ hoc mõ ſed ipſa corpis tẽpatura ſm qua-
litatẽ alterata & q cauſę ipſam alterãtẽ aliquę ex ipſo corpe excitant
aliq extriſecus ueniũt ex ipſo qdẽ corpe ut cũ in ſolis putrefactionib⁹

& qbuſdã inflãmationib⁹ accẽdit febris: extrĩſecus aũt qñ ex deuſtio-
nibus atq; exercitijs. Plenius autem de his a nobis dicet̃ ubi de cauſis
morboꝝ aget̃. Sicuti uero ex deuſtionib⁹ accẽdat̃ febris alterata cor-
poris tẽperatura ſic in gelu ſępius qbuſdã fortiter totũ corpus eſt fri-
gefactũ: vnde nõnulli eoꝝ interierũt & ꝙ hi oẽs doleãt neminẽ latet
ſed & illi pariter dolẽt qcũq; uehemẽter frigefacti ex gelu ſe ꝓmpte
igni expoſuerũt ut citiſſime calerent/ & multi ipſoꝝ ſubito manus ad
ignẽ applicãtes dolorẽ uehemẽtiſſimũ in unguiũ radicibus ſentiunt.
Deĩde qſpiã euidẽter inſpiciẽs doloris cauſam eſſe factã inæqualẽ in-
tẽperaturã ãplius non credit de doloribus intrĩſecus ortũ habẽtibus
aut admirat̃ quõ ſine inflãmatiõe aliqñ dolor uexat aut laxius inteſti-
nũ aut dẽtes aut aliã corpis partẽ: neq;.n.aliqđ hoꝝ admirari oportet
neq; quo pacto nõnulli ægrotãtes frigẽt ſimul atq; febricitãt: ſi.n.pi-
tuitoſus humor ac frigidus quẽ Praxagoras uitreũ nominat ac bilio-
ſus & calidus ſimul redũdẽt & p particula corpis ſentiẽtes moueãtur
nihil mirũ ſi æger ſimiliter utrũq; ſentiat: nã ſi hominẽ ſiſtas ſub ſole
calido & aquã frigidã ſubinfundas fieri nõ põt qn ſimul & a ſole cali-
ditatẽ & ab aqua ſentiat frigiditatẽ ſed hic qdẽ ãbo extrĩſecus ſunt &
ad magnas incidũt partes. In febrib⁹ uero quæ hẽpiuie uocãtur intus
ſunt & ad paruas atq; ideo totũ corpus uidet̃ pſentire q.a.n.p minima
ſpargũt & quod calefacit & qđ frigefacit nullã ita cõtingit partẽ ſen
ſilẽ accipe cui alteꝝ nõ inſit: & qdẽ in prĩcipijs acceſſionũ nõnulli fe-
bricitãtes rigẽt ſimul atq; febricitãt & ſimul utrũq; ſentiũt rigorem.ſ.
atq; calorẽ ueꝝ nõ eodẽ in loco poſſunt.n.iſti manifeſte diſtinguere
partes caleſcẽtes a frigeſcentibus intus.n.& in eiſdẽ uiſceribus calorẽ
ſentiũt in exterioribus aũt partibus oĩbus frigus. Sunt aũt & quæ lixi-
rie febres uocãtur oĩno tales & quodã genus ardẽtiũ febriũ exitiale/
ſed quod in his magis in ptibus accidit hoc in epialis cõtingit in par-
uis: nã & haꝝ febriũ tẽpatura inęqualis eſt: inęqualis aũt & reliquaꝝ
omniũ exceptis his quæ ecticæ nominãtur. Inæqualis etiã his q rigẽt
nũdũ tñ febricitãt: eſt aũt rarus qdẽ caſus ſed euenit aliqñ & mulieri
bus & uiris qbuſdã. Oportet aũt uitã oĩno ocioſam pceſſiſſe aut homi
nem lõgiori tpe aſumpſiſſe cibaria plurima ex qbus humor ſegnis fri-
gidus & crudus ac pituitoſus generat̃ q̃lis eſt ille quẽ Praxagoras ui-
treũ appellat. Pridẽ uero ut appet nemo in hũc modũ afficiebat̃ qm̃
nẽo ita ocioſã degebat uitã & quottidie cibis ſaturabat̃ atq; ideo ab
antiqs medicis ſcripto ꝓditũ febrẽ cõſeq neceſſario rigorẽ: veꝝ & a
me & a multis alijs medicis iuniorib⁹ ſępius rigor eſt uiſus quẽ febris
nõ eſt cõſecuta. Cõponit̃ ãt ex hac itẽpatura & altera febricitãtiũ he
pialus: ſic aũt nomino febrẽ illã cũ ſimul ãbo cõtingũt: veꝝ illã in qua
rigor añcedit: febris uero ſubſeqt̃ ut tertianã atq; quartanã nõ uoco

ſ. hepiali

hepialũ. Quare ex inęqlib⁹ itẽpaturis cõplicat̃ hepialus & alię febres
vniuerſę pter illas q̃ ecticæ nominãtur. Simili mõ & qcũq; morbi ptẽ
unã aliquã cũ tumore obſideat nõ ſecus q̃ inflãmatio & ipſi ex inęqli
cõſtãt intẽpatura cãcer/heryſipelas/herpes/iflatio/phagedena/gã-
grena qb⁹ oĩb⁹ cõe eſt ex fluxi hũoꝝ gñari. Differũt ãt qm̃ nõnulli q-
dẽ ex pituitoſo/ nõnulli ex bilioſo/uel melãcholico hũore: nõnulli ãt
ex ſanguĩe uel calido uel tenui.ſ.atq; feruẽte uel frigido ac craſſo uel
aliter affecto fieri conſueuerũt: nã de hoꝝ ſm ſpẽm dr̃ia alibi a nobis
oñdet̃. Quãtũ uero ad pſentẽ attinet tractationẽ hęc tm̃ dixiſſe ſuffi-
ciat ꝙ p q̃litate materię fluẽtis ſingulę fiũt paſſiões eodẽ mõ quo pri⁹
ex calido atq; ſanguĩeo inflãmatio fieri dicta eſt. Et ꝙ unũqđq; ſimila
riũ atq; ſimpliciũ ac primoꝝ corpoꝝ ab hac tali fluctiõe ad inęq̃lẽ &
ipſum pueniet intẽpaturã extrĩſecus qdẽ calefactũ uel frigefactũ uel
exiccatũ vl' humectatũ p materię fluẽtis q̃litate nõ tñ in ꝓfundũ uſq;
ſimiliter affectũ. Quod ſi totũ p totũ trãſmutatũ fuerit / atq; alteratũ
ꝓtinus qdẽ dolore uacabit ſed in difficiliorẽ incidet diſpõnẽ. Hęc mi
hi uiſa ſiũt neceſſaria pcognitu his qui tractatũ de medicamẽtis/ atq;
vna cum hoc alteꝝ curãdi ratiõe ſunt aſſecuturi.

FINIS.

Regiſtrum totius voluminis.

A B C D E F G H I K L M   A B C D E F G H I
K L M N O P Q R S T V X Y Z   AA BB

Quaterniones hi ſunt præter M primi alphabeti & A B H BB
ſecundi alphabeti qui ſunt Duerniones & M T eiuſdem alphabeti
qui ſunt terniones.

Codicẽ hunc p impreſſionẽ repręſentauit Bernardinus
Vitalis Venetus Anno dñi. M.D.XXIIII.
Die. XVIII. Ianuarij.
Ex Venetijs.



N

L

G

HH·4·2·